image
not
available

Digitized by Google

Digitized by Google

<36628381590013

BIBLIOTHECA HISTORICA BRANDENBVRGICA

SCRIPTORES RERVM BRANDENBVRGICARVM

MAXIME MARCHICARVM

EXHIBENS

IN SVAS CLASSES DISTRIBVTA ET DVPLICI INDICE INSTRVCTA

A

GEORGIO GOTHOFRED. KÜSTERO
GYMN. FRIDR. RECT. ET REG. SOCIET. SCIENTIAR. COLLEGA.

VRATISLAVIÆ.

SVMTV IO. IACOBI KORNII,
1743.



VIRO
ILLVSTRI ATQVE AMPLISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO
OTTONI
MYLIO
ICTO CONSVMMATISSIMO

AVGVSTISSIMI PORVSSORVM REGIS IN SVPREMO IVSTITIÆ ET APPELLATIONVM TRIBVNALI CONSILIARIO INTIMO

ITEMQVE

CAVSARVM MILITARIVM IVDICI GENERALI ET CONSISTORII MILITARIS DIRECTORI.

Digitized by Google

VIRO
ILLVSTRI ATQVE AMPLISSIMO

DOMINO
IOACHIMO
ERNESTO
CANNGIESSERO

POTENTISSIMO BORVS-
SIÆ REGI A CONSILIIS
INTIMIS.

Digitized by Google

VIRO
AMPLISSIMO ATQVE CONSVL-
TISSIMO

DOMINO
CHRISTOPHORO HENRICO BVCHOLZIO

SACRAE REG. MAI. BOR.
A CONSILIIS AVLICIS

BIBLIOTHECAM HANC BRAN-
DENBVRGICAM

D. D. D.

GEORGIVS GOTHOFREDVS KÜSTERVS.

VIRI ILLVSTRES ATQVE AMPLISSIMI

DAbitis hoc mihi, atque largiemini, vt libellus hic in VESTRIS nominibus appareat. Animum enim VOBIS addictissimum declarare, & palam profiteri volui, quantopere VOS colam. TE quidem, ILLVSTRIS MYLI, iam a multis retro annis omni obseruantia prosequutus sum, siquidem mihi contigit, Gymnasii patrii, quod Halæ floret, tum alumno TVO fauore ornari. Insignis vero ad istam in TE obseruantiam meam cumulus accessit, ex quo Hala Berolinum delatus, splendidisque muneribus præfectus es, atque ad lares TVOS tamquam oraculum, quod consulatur, quotidie plurimos confluere intellexi. Accedit, quod edito abs TE diui Regis auspiciis constitutionum Marchicarum corpore Marchiam vniuersam, eosque, vel maxime, quibus historia & iura patriæ in deliciis sunt, TIBI obstrin-

Digitized by Google

obſtrinxiſti. TV vero, ILLVSTRIS CANNGIESSERE, ita TIBI me deuinxiſti, vt ſupra nihil poſſit, quum ex inſtructiſſimo apparatu TVO, quæ ad adornandam bibliothecam mihi opus erant, liberaliſſime communicaueris, vt hæc ipſa, quam offero, bibliotheca non vna ex parte TVA eſſe videri queat. Idem de TE prædico, AMPLISSIME BVCHOLZI, & vere quidem. De TVA enim in me voluntate non vno me documento certum eſſe voluiſti, TVOque fauore hactenus es dignatus. Gratum igitur, VOBISque deditiſſimum animum dum profiteor, VIRI ILLVSTRES ac AMPLISSIMI, accipite quæſo hoc obſeruantiæ in VOS meæ pignus, VESTRAMque mihi beneuolentiam illibatam ſeruate ac perpetuam. DEUS O. M. VOS Sereniſſimo Regi, VESTRIS, qui VOS propius attingunt, patriæ, bonisque omnibus ſartos, tectos & incolumes, absque omni moleſtia & periculo immunes quam diutiſſime præſtet! Dab. Berolini in ipſis nundinis autumnalibus A. O. R. cIↃ IↃ CCXLIII.

PRAEFATIO.

EN TIBI Bibliothecam Brandenburgicam, *Lector Beneuole*, i. e. indicem ſcriptorum, qui hiſtoriam Brandenburgicam, inque primis Marchicam illuſtraruut. Vt de conſilio meo & propoſiti ratione conſtet, ſic habeto horis ſubceſivis, quæ a laboribus, quos muneris ratio ſibi depoſcit, vacant, hiſtoriam Marchiæ, quæ per quinque luſtra domicilium mihi præbuit, excolendam mihi ſumſi, ſtadiumque hoc eo maiori cum voluptate decurro, ex quo Societas Regia ſcientiarum non diſplicere ſibi qualescumque hos conatus meos ſignificauit. Addiderunt præterea ſtimulum viri & munerum ſplendore, & eruditionis laude conſpicui. Hos inter honoris cauſſa nomino Illuſtrem virum, CAROLVM FRID. GOLDBECKIVM, S. R. M. Prusſiæ a conſiliis aulicis, & tribunalis ſupremi in Vet. Marchia Adſesſorem meritisſimum, qui, quum ſolidisſimæ iuris ſcientiæ ſingulare hiſtoriæ patriæ ſtudium adiunxerit, qua eſt humanitate, conamina mea liberalisſime adiuuit. Celeberrimus quoque Ienenſium anteceſſor CHRIST. GOTTL. BVDERVS, & Lipſienſium orator facundisſimus IO. ERH. KAPPIVS, is quidem in additionibus, quibus b. STRVVII bibliothecam hiſtoricam locupletauit, hic in præfatione BEHRII rebus Mecklenburgicis præmisſa ad pertexendam, quam ceperam, telam ſunt hortati. Conſtitutum nimirum apud animum meum habeo, elegantisſimum, quem IO. WOLFG. RENTSCHIVS ſub nomine cedreti Brandenburgici (Cedern-Hain) edidit,

edidit, libellum adnotationibus auctum atque ad nostra tempora deductum, recudendum curare, inque eo sum, vt illum prelo propediem tradam. Quum igitur etiam septimum huius libri caput, quod de scriptoribus historiæ Brandenb. inscribitur, illustrandum mihi esset: nonnulli existimarunt, me non male acturum, si, quæ ad explicandum dilucidandumque hoc caput pertinent, nouæ RENTSHII editioni præmitterem. Nolui refragari hisce monitis, & lemmata capitum, quibus bibliotheca hæc mea instruenda erat, imprimi iussi, nouis literariis quæ Lipsiæ, Göttingæ, & Hamburgi publicantur, itidemque diurnis Onoldinis inserta. Quæ quum probari intelligerem, in suscepto labore strenue perrexi, quem nunc diuina adnuente gratia absolui. Collegi nimirum per hosce viginti annos continuos, & quod excurrit, scripta, quibus aliquantum lucis historiæ Marchicæ adfundi posse credidi, miratus subinde, perpaucos ab illis scriptores allegari, qui bibliothecas historicas vel vniuersales, vel particulares ediderunt, HERZIO videlicet, LIPENIO, MENCKENIO, STRVVIO, aliisque. Plures vero omnino scriptores prostare, iam isto tempore docui, quo notitiam scriptorum, qui historiam Marchiæ Brand. illustrarunt, ordine alphabetico consignatam, operibusque NICOLAI LEVTINGERI adiectam edidi. Hæc vero opella, quamuis (præfiscini dixerim) vtilitate carere non possit; in eam tamen adduci me passus sum sententiam, vt scriptorum, quorum tum indicem dederam, nunc ita digererem, quo de præcipuis historicæ Marchicæ

ſiue eccleſiaſticæ, ſiue ciuilis, ſiue naturalis, ſiue litterariæ momentis ſcriptores noſſe cupienti ſtatim occurrant, quos conſulere poſſit. Neque tamen ita ſuffenus mihi ſum, vt exiſtimari velim, me ſcripta ad vnum omnia nunc recenſere: noui enim, & non vana coniectura adſequor, in ſcriniis doctorum virorum (de illis enim, quæ ſanctiori cuſtodia adſeruantur, lubens taceo) hic & illic deliteſcere, quæ noſſe mihi nondum contigit. Sunt quidem tempora noſtra ſuperioribus feliciora, quibus diplomata eruuntur, & alia, quæ ad rem hiſtoricam faciunt, communicantur: at enimuero nondum omnes, qui per communia ſtudia opem ferre poterant, ad ferendam opem procliues eſſe videntur. Voluiſſe igitur quum interdum ſatis eſſe videatur: tentare volui, vtrum plura ſubſidia inſtituto meo profutura adipiſci queam. Indicaui igitur, vt appareat, qui mihi deſint, ſcriptores quos vel poſſideo ipſe, vel oculis uſurpaui, (hos vero ita indicaui, vt plagularum numerum adiecerim, ne quis libellum pro libro, & librum pro volumine habeat) vel ex aliorum commemoratione didici. Indicaui vero & maioris & minoris molis momentique ſcripta, quum ad bibliothecam vtriusque generis ſcripta pertineant. Nonnunquam iudicia de vno alteroque ſcriptore adiunxi, tum, ne nudum titulum adponerem, tum, quod bibliothecam me pandere memineram, in qua non raro colloquia litteraria inſtitui, ſermonesque ita miſceri ſolent, vt identidem aliqnid notatu dignum ſiue de auctore ſiue de ſcriptis eiusdem adferatur. Anonymos etiam

tiam &-pseudonymos quoad fieri potuit, de-
exi, quum subinde intersit, scire, ecquis sit, qui Apellis exemplo post tabulam latere voluit. Quodsi illis, qui historiæ Marchicæ studio tenentur, supellectilem meam data occasione augere, & scriptores mihi nondum cognitos vel æquo pretio permittere, vel significare saltim placuerit: næ hi rem facturi sunt, & mihi longe gratissimam, & publico, cui vnice prodesse nostrum est, profuturam. Næuos, qui vel operarum incuria, vel aliunde irrepserunt, æquus lector condonabit, quum in tanta nominum & numerorum copia errare facile sit. Peccauit littera si qua, corrige; nemo enim satis lynceus esse potest. Hac ipsa de caussa supplementa addidi, &, quæ interea temporis, dum bibliotheca sub prelo sudabat, vel adhuc incognita vel rectiora cognoui, lubens communicaui. Te igitur, Lector Beneuole, hoc Catone contentum esse velim. Vtere hisce laboribus, meisque conatibus fauere perge. Vale. Dab. e Museo in ipsis nundinis autumnalibus A. O. R. clɔ lɔ cc xxxxlll.

BIBLIO-

BIBLIOTHECAE BRANDENB. CONSPECTVS.

LIBRI

LIBRI

LIBRI

LIBRI IV. SECTIO II. de vitis principum, qui Marchiæ cum imperio præfuerunt.

LIBRI

Cap. 39. de vita WILHELMI FRIDERICI p. 630.
Cap. 40. de vita CAROLI WILHELMI FRIDERICI p. 631.
Cap. 41. de vita ALBERTI Senioris, Ducis Borussiæ p. 634.
Cap. 42. de vita ALBERTI FRIDERICI p. 642.
Cap. 43. de vita ALBERTI Archiep. Moguntini & Magdeb. p. 644.
Cap. 44. de vita IO. ALBERTI p. 647.
Cap. 45. de vita FRIDERICI p. 648.
Cap. 46. de vita SIGISMVNDI p. 649.
Cap. 47. de vita CHRIST. WILHELMI p. 650.
Cap. 48. de vita IO. GEORGII Episc. Argentin. p. 656.
Cap. 49. de vita ERNESTI Marchiæ Gubernatoris p. 659.
Cap. 50. de sepulcris & conditoriis Principum p. 661.
Cap. 51. de scriptoribus, qui icones Principum collegerunt, p. 663.
Cap. 52. de meritis Electorum Brandenb. in Imperium Romano-Germ. p. 665.
Cap. 53. de titulis & insignibus Brandenburgicis p. 666.
Cap. 54. de eminentia domus Brandenb. 671.
Cap. 55. de sigillo maiestatico p. 673.

)(X

LIBRI

LIBRI

LIBER



LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM

DE ORIGINIBVS MARCHIAE ET MARCHIONVM.

§. I. Schosseri
§. II. Schraderi
§. III. Bertkouii
§. IV. Becmanni
§. V. Bergeri
§. VI. Dithmari
§. VII. Gundlingii
§. VIII. Enzelii, & Angeli
§. IX. Loescheri
§. X. Sagittarii, Iunckeri, & de Ludewig scripta huc pertinentia recensentur.

§. I.

Aperientibus nobis, quod bene vertat, bibliothecam Brandenburgicam, commemorandi ante omnia sunt, qui *de Marchiæ, & Marchionum originibus* exposuerunt. Hos inter primum locum occupat IO. SCHOSSERVS, cuius *historia de origine & incrementis illustrissimæ & inclytæ familiæ Marchionum Brandenburgensium, elegiaco carmine illustrata* Wittebergæ a. 1558. prodiit 4. pl. 4. Epistolam huic libello præmisit maximi nominis vir, PHIL. MELANCHTHON, qua Electori Brand. IOACHIMO II. & SIGISMVNDO Marchioni Brandenb. Archiepiscopo Magdeburg. auctorem opusculi de optima,

ma, quod aiunt, nota commendat. Digna sunt MELANCHTHONIS verba, quæ hic repetamus: *cum optima voluntas vestra nota sit vniuersæ Germaniæ, docti vicissim studia sua vobis ostendere solent. Inter quos vt hunc SCHOSSERVM præconem laudum vestrarum, clementer complectamini, etiam atque etiam oro. Qui cum sit vir bonus & honestus, & recte inuocet Deum, sciatque venam fundendi carminis sonori & elegantis Dei opus & donum esse, confert eam ad Dei & bonorum principum laudes celebrandas, non ad inanes ludos, nec ad contumelias honestorum Principum, nec ad incitandos homines ad contemtum legum & ordinis politici, quibus argumentis non pauci inquieti homines delectantur, qui seueritate bonorum gubernatorum coërcendi erant.* Hactenus MELANCHTHON. Idem illud SCHOSSERI opusculum recusum postea, & Francofurti ad Viadrum 1562 editum est sub tit: *Marchiados liber primus.* Denique poëmatibus ipsius, quæ iunctim Francofurti ad Viadrum a. 1598. 8. prodierunt, insertum legitur. In hac enim carminum sylloge occurrit etiam *liber Marchiados*, in quo libellus, quem dixi, primo loco ponitur, ita inscriptus: *Ferfridus Columna:* (+) *vel de origine & incrementis illustriss. & inclytæ familiæ Marchionum Brandenb.* Epistola MELANCHTHONIS, quam allegaui, tribus hisce editionibus præmissa legitur.

Qui plura de SCHOSSERO nosse cupit, qui Æmiliæ, Thuringiæ oppido natus, Æmiliani cognomen, a patria adsciuit, quique, quum adhuc adolescens Ouidiani carminis elegantiam exprimere studuerit, inter celeberrimos Marchiæ poëtas referendus est, adeat IO. CHRIST. BECMANNI notitiam vniuersitatis Francofurtanæ p. 247. Ceterum hic m ille SCHOSSERVS est, qui *insignia illustris-*

ſtriſſimæ & inclytæ familiæ Marchionum Brandeb. elegiaco carmine celebrauit: quem libellum PHIL. IAC. SPENERVS operis heraldici parti ſpeciali p. 97. inſeruit. Eiusdem SCHOSSERI *de inſignibus clarorum virorum librum* doctiſſimus Noribergenſium myſta, qui ſub nomine THEOPH. SINCERI latere voluit, bibliothecæ hiſtorico-criticæ librorum opuſculorumque variorum & rariorum, ſiue analectis litterariis von lauter alten und neuen Büchern und Schrifften p. 264. ſq. inſeruit.

(+) Quum SCHOSSERVS ſecundæ libelli editioni, quæ inter poëmata eius exſtat, titulum *Ferfridi Columnæ* præfixerit: non poſſum non hoc loco mentionem facere libelli cuiusdam, quem IO. GRüWELIVS patrio ſermone conſcripſit, ſub tit. *der izigen Churfürſten uud Marggrafen zu Brandenburg, Burggrafen zu Nürnberg und Grafen zu Hohenzollern Vhranherr Ferfried, ſamt deſſen Heldenthaten vnd Abentheurn poëtiſch beſchrieben.* 4. pl. 6. de quo quidem ſuo loco plura diſſerendi dabitur occaſio.

§. II.

Idem argumentum tractauit CHILIANVS SCHRADERVS, Luneburgenſium Profeſſor, qui orationi cuidam ab equite Marchico CVNONE ALB. de QVAST habitæ programma *de origine vocis Marchio* præmiſit, Luneburgi a. 1684. 4. pl. 2.

§. III.

Succedit DAVID RAIMARVS de BERTKOV, Eques Palæo-Marchicus, & poſtea Ser. Regi a Conſiliis Aulæ & Dicaſterii Regii, quod in Veteri Marchia eſt, Adſeſſor: qui, quum in alma Viadrina ſtudiis operam daret, orationem ex legibus ſtipendii

Electoralis habiturus *de originibus Marchicis* tractauit. Impressa est oratio Francofurti 1685. fol. pl. 5.

§. IV.

Legi quoque merentur, quae IO. CHRIST. BECMANNVS in accessionibus ad IVSTI chronicon Francofurtanum hoc de argumento protulit p. 19.

§. V.

Huc etiam pertinent IO. GVIL. BERGERI *origines Marchiae Brandenburgicae ex monimentis antiquis*, quae *Vitebergae* a. 1722. 4. prodierunt pl. 4. Dissertationem hanc V. C. IO. FRID. IOACHIM in schediasmate de Ducatu Brandenb. p. 7 admodum ieiunam appellat: idque ipsum celeberrimum BERGERVM facile largiri accepi, quum non ipse, sed, qui respondentis munia susceperat, IO. FRID. SCHROERVS, Lusatus, auctor opusculi fuerit. Id vero ita se habere, ipse dissertationis titulus prae se fert. Respondenti igitur, & conatibus iuuenis tribuendum est, si quid peccatum fuerit: non autem Cel. BERGERO, qui modo conflictum moderatus est.

§. VI.

IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI Professoris quondam Francofurtani *initia Marchiae Brandenburgensis a variis erroribus vindicata* prodierunt Francofurti a. 1725. 4. pl. 4. Recusa est haec dissertatio, quam IOACH. SIGISM. SCHARDIVS Berolinensis DITHMARO praeside defendit, Lipsiae a. 1737. Eodem quippe anno, quo auctor mortuus est, *sylloge dissertationum academicarum, atque exercitationum varii ex iure publico, naturali, & historia desumti argumenti prodiit*, inque hac sylloge initia, quae memoraui, p. 357 leguntur. In praefatione sylloges auctor sibi gratulatur,

tur, hanc ipſam, quam modo dixi, diſſertationem acerrimo ingeniorum cenſori NIC. HIER. GVNDLINGIO non diſplicuiſſe.

§. VII.

Anno 1726 Berolini impreſſa eſt IACOBI PAVLI GVNDLINGII *diſſertatio de origine Marchionatus Brandenburgenſis, fide diplomatum ſuffulta, Viro Illuſtri Dn. de COCCEII dicata* fol. pl. 2. Qui acta eruditorum non ſine inſigni rei litterariæ adiumento colligunt, Lipſienſes, dignam hanc diſſertationem noua editione cenſuerunt, eamdemque integram Tomo IX. Supplementorum p. 173 ſq. inſeruerunt.

§. VIII.

Ne quid ſtudio prætermiſiſſe videar, non poſſum non CHRIST. ENZELII mentionem hoc loco iniicere, qui in *chronico veteris Marchiæ* caput XXVIII inſcripſit *Vrſprung der Marggrafen zu Brandenburg*. De auctore ipſo infra ſuo loco fuſius diſſeram. Pari iure huc refertur ANDR. ANGELI *kurzer Bericht vom Wörtlein Marck, woher es komme, vnd was es bedeute: item vom Marggrafen, vnd deſſen Amt.* v. eius Annales p. 43.

§. IX.

Notari etiam merentur, quæ celeberrimus VALENTINVS ERNESTVS LOESCHERVS de origine *Marchiæ* & *Marchionum* in exercitatione ſubitanea, quam vocat, *de duplici Marchia Thuringorum*, quæ Analectorum ex omni meliorum litterarum genere Lipſiæ 1725. 4. editorum Tomum I. claudit, docte diſſeruit. Inque ea inprimis huc pertinet §. 6. vbi doctiſſimus auctor ita commentatur: *Aliquas ſubinde Marchias vel certo tempore coniunctas fuiſſe, vel in vnam tandem coaluiſſe formulam*

mulam, norunt historicarum rerum consulti. Exemplum illustre dabit magnum illud BRANDENBVRGICAE, quæ nunc est MARCHIAE corpus, quod in Ducatus peramplì mensuram creuit, ex quinque non contemnendis Marchiis *compositum, videlicet VETERI ista in Balsamorum regione, Prignitianis & Lucbouiensibus Slauis opposita, PRIGNITIANA, quæ ex veteri, deuicta prorsus Slauorum gente ista prodiit, MEDIA, vel BRANDENBVRGENSI stricte dicta, in Heuelunorum, Luititiorum, & Brizanorum latifundiis, VCCERANA, quæ est propago mediæ, victoriis plurimis auctæ, ac tandem* NOVA MARCHIA *quæ cum Marchia nunc iuncta est, in Polonico solo, præsertim Lebusiorum, longe lateque prolata, atque ad inuidiam prope aucta est.* Conferatur eiusdem LOESCHERI Einleitung zur historia medii æui p. 288. seqq.

§. X.

Coronidis loco addo, quod de origine Marchiæ & Marchionum quædam non iniucunda lectu adferat CASP. SAGITTARIVS in historia Marchionum ac Electorum Brand. p. 2. itemque CHR. IVNCKERVS in der Anleitung zur Geographie der mittlern Zeiten p. 469. Varia quoque huc pertinentia, & magno vt solet, apparatu adfert illustris academiæ Fridericianæ Cancellarius IO. PETRVS de LVDEWIG in formula Ducatus Brandenburgici, vbi v. c. de Marchionatibus ab Henrico & Ottone institutis p. 18. de diuersissimo verbi MARCHIO in iure significatu p. 19. de Marchionibus Cæsarum administris p. 21 de Marchionibus imperii Carolingici p. 24 de Marchionibus S. R. Imperii prouincialibus p. 25 de Marchione principe a Marchione comite longe diuerso p. 26 docte

docte disserit, diuersitatem Marchionum in tabula repræsentat p. 30 aliaque multa historiam Brandenburgicam spectantia communicat.

CAPVT SECVNDVM.

DE SCRIPTORIBVS GEOGRAPHICIS.

§. I.

Quod ad scriptores geographicos attinet, nolo nunc pluribus verbis illos commemorare, qui antiquam, & medii æui Geographiam illustrarunt. Quem enim fugiunt PLINIVS, MELA, STRABO, PTOLEMAEVS, TACITVS, DIO, VELLEIVS PATERCVLVS, SVETONIVS, FLORVS, IORNANDES,

 PRO-

PROCOPIVS, PAVLVS DIACONVS, GEOGRAPHVS RAVENNAS, ADAMVS BREMENSIS, HELMOLDVS, & qui omnino huc faciunt, EGINHARDVS, REGINO, CLVVERVS, ALTINGIVS, CELLARIVS, IVNCKERVS, IAC. CAR. SPENERVS, aliique?

§. II.

Aliorum quoque esto iudicium, vtrum IO. BOEDIKERVS rem acu tetigerit, quando a STRABONE *Coloniam Brandenburgicam* indigitari existimat, in libro, qui *Nymphe Mycale* inscribitur, suoque loco recensebitur, p. 18. ita differens: *Weil auch bey den ältesten Geschichtschreibern einer sondern Nation gedacht wird vnter den Sueuiern, zwischen den Marcomannen, welche COLDNI (die Cöldner oder Cöllner) geheissen, so kan es wohl seyn, dass auch die Hauptstadt Cölln von ihnen gebauet, vnd also deren Vrsprung viel älter sey als man vorgiebt.* Mihi sane secus videtur, quandoquidem STRABO Geographiæ Lib. VII. p. 20. ed. *Casauboni* τῶν Κολδέων meminit, quam quidem lectionem magnus ille criticus CASAVBONVS illis præfert, qui τῶν Κολδέλων legendum esse censent.

§. III.

In eo igitur opera mea nunc occupabitur, vt primo loco illos commemorem, qui pagos quosdam Marchiæ enumerarunt. Quo facto adiungam, qui recentiori æuo geographiam Marchiæ suis commentationibus illustrarunt.

§. IV.

Ad illos igitur dum me conuerto, occurrit HENRICVS MEIBOMIVS, qui de *pagis vtriusque Saxoniæ* commentatus est, quam diatriben prima vice seorsim editam, postea vero egregiæ scriptorum

rum rerum Germanicarum collectionis MEIBOMIANAE Tomo III. insertam esse quis est, qui ignoret? Huic vero vel ea de caussa non immorabor, quum CHRISTIANVS FRANC. PAVLLINI in *Geographia*, quam vocat, *curiosa, seu de pagis antiquae praesertim Germaniae commentario* de hoc argumento fusius exposuerit, & MEIBOMII vestigia non solum presserit, sed etiam, quae hic obseruauit, suis laboribus adiunxerit. CHRISTIANI denique KNAVTII *antiquitates pagorum & comitatuum Principatus Anhaltini*, quae modo dicto PAVLLINI libro adhaerent, quorundam Marchiae pagorum iniiciunt mentionem, adeoque praetermittendae abs me non fuerunt. His iungas IVNCKERVM l. c. a p. 194 ad p. 298.

§. V.

Hisce addendum est splendidissimum illud opus, quod *Chronicon Gottwicense* inscribitur, auctore GODEFRIDO Abbabe Gottwicensi, in quo (vt rectissime iudicant Lipsienses Act. Erud. latin. ad a. 1734 p. 98.) dubites, an exquisitae eruditionis apparatum, praesidiorumque copiam, an industriam incredibilem, an singularem modestiam, itemque luculentum scribendi genus magis admireris. Maxime vero huc facit ampla illa de Germaniae mediae pagis perquisitio, quae quarto praestantissimi operis libro continetur.

§. VI.

Praemissis hisce indicem quendam Marchiae pagorum communicabo, quem secundum seriem ac ordinem litterarum (haec enim ratio commodissima mihi visa est) adornaui. Sunt igitur *pagi*

Balsamicus, Belisen, Belchisheim, Belkesheim, Bolkesheim, de quo vide PAVLLINI l. c. p. 29.

IVNCKERVS l. c. p. 201. & *Chronicon Gottwicense* dicto loco p. 554.

Bardengow, *Bardengoa*. Conf. *PAVLLINI* l. c. p. 20. & IVNCKERVS l. c. p. 202.

Brizanorum. Conf. *PAVLLINI* l. c. p. 36. IVNCKERVS l. c. p. 206. & *Chr. Gottw.* p. 565.

Chozini. Conf. *Chron. Gottw.* p. 569.

Cilensis Silensis. *Chron. Gottwic.* p. 571.

Doxanorum. *PAVLLINI* l. c. p. 59. & IVNCKERVS l. c. p. 214.

Frisaci, *Firichsazii*, *Frichsaze*, *Frihsaze*, *Frihsazi*, *Wirseti*, *Wursati*. Conf. *MEIBOMIVS T. III.* Scriptor. rer. Germ. p. 100. *PAVLLINI* p. 70. *Chronicon Gottw.* p. 600. & IVNCKERVS l. c. p. 220.

Hevellun, *Havelli*, *Heruli*, *Gueldi*, *Hevelduni*, *Eveldi*. Conf. *MEIBOMIVS* l. c. p. 109. *PAVLLINI* l. c. p. 90. *Chron. Gottwic.* p. 635. & IVNCKERVS l. c. p. 247.

Kicine, *Kyzinorum*, *Kissinoram*. Conf. *Chr. Gottw.* p. 651. & IVNCKERVS l. c. p. 249.

Leubusii, *Lebusii*, *Luibuzzi*. Conf. *PAVLLINI* l. c. p. 113 & *Chron. Gottwic.* p. 657. it. IVNCKERVS l. c. p. 251.

Lizzi, *Ligzize*. Vide *Chron. Gottwic.* p. 663.

Luititia, *Luiticii*, *Leutizi*, *Lutizi*, *Wilzi seu Welatabi*, *Vulzi*, *Wilci*, *Wilsi*, *Wilcia*, Conf. *Chron. Gottwic.* p. 673. & IVNCKERVS l. c. p. 254.

Lunkini, *Lunkinum*. Conf. *Chron. Gottw.* p. 783.

Milzeni, Conf. *PAVLLINI* l. c. p. 136. & IVNCKER l. c. p. 256.

Moracia, *Moraciani*, *Morassow*, *Mortsani*, *Morezini*, *Morzini*, *Mrocini*, *Morozani*, *Morassani*, *Morizani*. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 689. & IVNCKER l. c. p. 257.

Mosde.

Mosde. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 694. & IVNCKER l. c. p. 258.

Niletizi. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 706.

Osterburga. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 724.

Redari, Redarii, Rhedarii, Rheteri, Riaduri. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 738. it. IVNCKER l. c. p. 272.

Riazani. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 747.

Serimundi, Serimundelande, Sermunti, Sirmuti, Serimunti, Zirimundis, Seremode. Conf. *MEIBOM* l. c. p. 108. *PAVLLINI* l. c. p. 199. *KNAVTIVS* l. c. p. 43. *Chron. Gottwic.* p. 769. & IVNCKERVS l. c. p. 278.

Silensis, Cilensis. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 771.

Sprewa, zpriawani. Conf. *PAVLLINI* l. c. p. 203. *Chron. Gottwic.* p. 782. & IVNCKER l. c. p 282.

Stodorani, Zdotarani. Conf. *Chron. Gottw.* p. 784.

Tolenzi, Tholenzani, Tholensani, Tolensi. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 811. & IVNCKER l. c. p. 286.

Vchri, Vchri, Vncrani, Wocronin, Vkronin, Vwkri, Vkrani. Conf. *Chron. Gottwic.* p. 829.

Wilzi. Conf. MEIBOMIVS l. c. p. 109. PAVLLINI l. c. p. 242. IVNCKERVS l. c p. 295.

Worbez, Werben. Conf. KNAVTIVS l. c. p. 40.

§. VII.

Neque dubitandum est, multa in hoc argumento de pagis Marchiæ præstiturum fuisse IACOBVM PAVLVM GVNDLINGIVM, si, quam moliebatur, dissertationem de *geographia Marchiæ in medio* æuo edere contigisset. Callentissimum enim eum harum rerum fuisse docet atlas sic dictus *Brandenburgicus* infra §. XXIII. commemorandus: ex quo huc pertinent, quæ p. 7. de Venedorum nominibus profert, addens: *diese Völker und Länder werde ich einst in der Geographie der mittlern Zeit beschreiben, und man weiss die Städte, so die Wenden*

den bewohnet. Confer etiam, quæ p. 133. de *Linonibus*, p. 134. *Lunkinis* & *Korazis* p. 252. de *Rhedariis*, & *Vckris*, p. 339. de *Rugis*, *Suardonibus*, *Quadis*, *Ruithonibus*, *Hermunduris*, aliisque Marchiæ incolis adfert.

§. VIII.

Liceat illis, quæ de pagorum ſcriptoribus hactenus in medium protulimus, ea addere, quæ nos quondam de pago *Belkesheim* commentati ſumus, quæque & in *antiquitatibus Tangermundenſibus* p. 27 & *Miſcellaneorum Berolinenſium* Tomo IV. p. 22. leguntur, vbi veterem Marchiam duobus pagis, *Bardengoa* nimirum, & *Belkesheim* diſtinctam docuimus. De comitatu *Griben* nonnulla protulimus in iisdem antiquitatibus p. 160 ſeq.

§. VIIII.

Scriptores, qui terras Marchicas geographice deſcripſerunt, vt commemoremus, inſtituti iubet ratio. Primum inter hos locum merito ſibi vindicat GEORGIVS SABINVS. Proſtat eius *de appellatione, ſitu, moribus, ac populis Marchiæ Brandeburgenſis* libellus, cuius, ſex tantum paginas conficientis prima editio Regiomonti prodiit a. 1552. 8. Deinde cum aliis eiusdem auctoris iunctim vno volumine prodiit. Titulus hic eſt: *vita Hugonis & Theodorici Marchionum Brandenburgenſium.* Sequitur, quem ſupra dixi, libellus: tertioque loco ſuccedit de *Brandeburgo Metropoli Marchiæ.* Tres hi libelli totidem plagulis exhibentur, totidemque vicibus, immo adhuc ſæpius recuſi. De primo & tertio quum alio loco acturi ſimus, ſecundum in præſenti tangimus, quem eadem, qua conſcriptus eſt, lingua REINERVS REINECCIVS & *hiſtoriæ Iuliæ*, & *originibus Brandenburgicis* adiecit. Eodem etiam idiomate ZACH. GARCAEO adiectum notuliſque non-

nonnullis auctum videas. Germanica lingua donatus hic SABINI libellus eiusdem REINECCII chronico, & ANDR. ANGELI breuiario adiungitur. Denique nec prætereundum est, IOANNEM IDENIVM consulem Brandenburgensem eumdem, quem dixi, librum Berolini anno 1611. 12. recudendum curasse, cui hunc titulum præfixit: *de Brandeburgo, vrbe Electorali Metropolitana totius* Marchiæ, *nec non de appellatione, situ, moribus, ac populis* Mar*chiæ Brand. breuis historia, nunc iterum in lucem reuocata. Additur catalogus Electorum Brandeburgensium.* Ex epistola ad Ser. Electorem GEORGIVM WILHELMVM, cui IDENIVS libellum hunc sacrum esse voluit, iuuat sequentia verba repetere: *Eodem fine (sc. vt historia sit thesaurus posteritatis) DN. GEORGIVS SABINVS historiam quondam Brandenburgensem scripsisse videtur, non vt esset ludicrum quoddam, quo tunc temporis saltem aures vel oculi hominum demulcerentur, sed potius vt ad omnem posteritatem hunc suum libellum, quasi donum siue thesaurum aliquem transmitteret. Et sane, qui de ipsa origine, appellatione & situ patriæ nostræ, nec non de moribus nostrorum hominum tam venuste, erudite, ac breuiter (quæ quidem præcipua in historico virtus est) scripserit, equidem hactenus vidi aut legi neminem,* licet *ANGELI, IVSTI, LEVTINGERI, & aliorum magna volumina de* Marchia *conscripta suo quoque loco relinquam. Verum enimuero vt tempora nostra litteris & litteratis satis sunt iniuriosa, ita hodie magni istius SABINI historia cum auctore suo propemodum defuncta esse videtur. Exemplaria enim fere omnia interierunt, aut certe squalore & tineis obsita sunt, adeo vt ipsi quoque Brandenburgenses vix alia quam MSCta exemplaria nunc proferre possint, & propterea*

ab

ab eruditis & cordatis multum hactenus desiderata sint. Quapropter multis, iisque doctis & bonis gratam omnino operam me exhibiturum existimaui, si elegantissimam hanc SABINI historiam de Marchia Brandenb. olim conscriptam, nunc iterum in lucem reuocarem, & Marchicis quidem typis denuo imprimi curarem, Hactenus *IDENIVS.*

§. X.

Quanti SABINVM æstimarint doctissimi viri, pluribus commemorare nec vacat, nec libet. Qui plura de hoc Marchiæ, immo litterati orbis ornamento, viro, quem teste LEVTINGERO Italus quidam secundum Germaniæ sidus post ERASMVM ROTERODAMVM appellitauit, nosse cupit, adeat V. C. GEORG. PETRI SCHVLZII epistolam II. de claris Marchicis p. 7 & LEV. IO. SCHLICHTII horas subcesiuas in Saldria Parte I. p. 1 seq. Nos hac occasione mentionem faciemus, C. S SCHVRZFLEISCHIVM de illo ita censuisse: *Inter accuratiores Marchicarum rerum scriptores extat GEORGIVS SABINVS. Er war Professor zu Francfurt, erstlich zu Leipzig, & gener MELANCHTHONIS. Er war in humanitatis studiis ein grundgelehrter Mann, vnd wenn er sich nicht in die Theologie gemischt, so hätte er es suo seculo, dem Goldasto vnd Conringio gleich gethan. Sein Buch ist lateinisch, sehr artig, fast auf Poëtenart, vnd hat hübsche Einfälle. v.* eius Introductionem in notitiam scriptorum Part. I. p. 88.

§. XI.

Succedit WOLFGANGVS Iobst (IVSTVS,) cuius extat *ein kurzer Auszug vnd Beschreibung des ganzen Churfürstenthums der Mark zu Brandenburg, sampt ihren ingeleipten und zugehörenden*

den Graff-und Herrschafften, Bistumen, Stifften, Städten, Flecken, Märckten, Schlössern, Clostern, fliessenden Wassern, und Kriegs-Rüstungen. Ff. 1571. 4. pl. 13. Sequenti statim anno, & postea sæpius recusus est hic IVSTI liber. Auctor Francofurti natus, & denatus, ibidemque doctoris munere functus, industria sua in inuestigandis Marchiæ rebus se omnibus commendauit. Plura eius scripta suis locis allegabimus. Hunc vero libellum, quum rarior esset, collectioni nostræ opusculorum historiam Marchicam illustrantium, eiusdemque parti VIII. inseruimus.

§. XII.

DAVID quoque CHYTRAEVS *Marchiæ Brandenburgicæ* dedit descriptionem. Inserta illa est auctoris *Vandaliæ*, quæ *Rostochii* 1589. 8 prodiit, vnamque tantum plagulam conficit. Denuo edita est Francofurti curante IVSTO CHRISTOPHORO DITHMARO, qui continuationem, admodum tamen breuem, & tabulas nonnullas genealogicas adiecit, 8. pl. 2. Annus, quo opusculum hoc recusum est, equidem non exstat: facile tamen coniici potest, esse id anno 1717 factum. Diuum enim FRIDERICVM WILHELMVM quatuor tunc annos regnasse memorat.

§. XIII.

Prostat hæc CHYTRAEI descriptio sub titulo: *oratio de Marchia Brandenburgensi*, quæ in orationibus viri celeberrimi Hanouiæ a. 1614. 8 iunctim editis locum vicesimum quartum habet. De hac oratione SCHüTZIVS in commentariis elegantissimis de vita CHYTRAEI libro *III.* p. 38. ita differit: *Præscripsit* hoc anno (1581 nimirum) *studioso cuidam, ciui Marchiæ Brandenburgensis, qui M.*

MART.

MART. PLECCIVS, *Wilsnacensis fuisse videtur, orationem de patria ipsius regione, qua elegans historiæ Marchicæ compendium, prout illa ætas ferebat, sistitur, idque non omnibus quidem numeris perfectum errorumquo expers: laudandum tamen eo saltim nomine, quod studium indagandæ historiæ patriæ accendere in animis iuuenum hoc scriptionis genere conatus sit. Exstat in volum.oratt.p.513-534. Adde epistolas p. 300. item p. 856. vbi dedicatio orationis ad GEORGIVM FRIDERICVM Marchionem Brandenburgensem & Borussiæ Ducem, nomine scholastici scripta.* PLECCIVS, quem dixi, (qui interdum etiam *PLESSIVS* audit) orationem hanc *CHYTRAEO* moderante habitam suo nomine edidit, eidemque aliquot versiculos *GEORGII SABINI* adiecit, quos ex eiusdem Cæsaribus (p 226 operum) desumsit. Initium est: *terra iacet gelido.* Finiunt: *clara foret.* Addita quoque est series familiæ Marchionum Brandenburgensium. Hanc orationem *PLESSII* nomine editam allegat *SCHVRZFLEISCHIVS* in rebus Badensibus §. 12.

§. XIV.

Huc etiam pertinet ex auctoris *ZEILLERO interdum memorati MATTH. QVADEN teutscher Nation Herrlichkeit, einer ausführl. Beschreibung des gegenwertigen, alten, und uhralten Standes Germaniæ* (Coloniæ Agripp. 4. 1609) caput 62 inscriptum *die Marckgraffschafft Brandenburg.*

§. XV.

Anno MDCXVII idem liber bis impressus est diuersis

uerſis tamen auctoribus. Nimirum CHRISTIANVS THEODORVS SCHOSSERVS edidit *kurze iedoch gründliche Beſchreibung der ganzen Churfürſtlichen Marck zu Brandenburg, zuſambt ihren eingeleipten und zugehörenden Graff-und Herrſchafften, Biſtumen, Stiften, Clöſtern, Städten, Flecken, Märckten, Schlöſſern, und flieſſenden Waſſern.* Magdeb. 1617. 4. pl. 7. SCHOSSERVM hunc IVSTI vitulo araſſe in propatulo eſt. CASP. HELMERICVS in annalibus Tangermundenſibus iam ſuo tempore illud obſeruauit, *vbi*, inquit, (SCHOSSERVS) IVSTVM, *ſicut in aliis capitibus de verbo ad verbum eſt ſecutus.* In catalogo bibliothecæ SEIDELIANAE Berolini quondam diuenditæ libro huic SCHOSSERI adiectam legas hancce annotationem: *Es ſcheinet, daſſ* SCHOSSERVS *ein altes Manuſcript D. Iobſten zu Händen bekommen, vnd nicht gewuſt habe, daſſ dieſes des Iobſten Buch ſchon a. 1572* (immo vero iam a. 1571) *zu Frankf. an der Oder in öffentl. Druck ausgegangen. Setzet alſo dieſer* SCHOSSERVS *ſeinen Nahmen vor eines andern Arbeit, denn der wahre Auctor iſt Wolfg. Iobſt.* Neſcio tamen, vtrum vere dici queat, SCHOSSERVM id ignoraſſe. Fierine enim poteſt, vt *Hiſtoricus* (ita enim ſe vocat: fortaſſe ſcribere voluit *Hiſtoriographus*) Electoralis Brandenburgicus librum ante XL annos de eadem regione, cuius hiſtoriam condit, bis editum ignorare queat? Quin immo audet impudentisſimus ille mortalium in præfatione ſcribere: *Was ich nun in gegenwärtigen Tractatu für müglichen Fleiſſ bezeuget vnd erwieſen, dauon will ich verſtändige Leute vrtheilen vnd richten laſſen.* Verius ſane & rectius de ſe pronunciat IV-

STVS in præfatione libri §. XI. commemorati: *viel-mehr der Zeit solches zumessen, das sichs itziger Zeit nicht besser erfahren können, vnd keine Hülffe hier-innen gehabt.* Neque tamen SCHOSSERVM omni plane laude indignum dixerim. Licet enim in hac Marchiæ descriptione talem se non præstiterit, qualem debebat: prostat tamen eiusdem *encomion atque descriptio Marchiæ Brandenburgicæ iuxta atque* FRIDERICI Burggrauii Noribergensis, succincte carmine elegiaco comprehensa. Ff. 1608. 4. pl. 1. Auctorem Francofurti natum, & Aemiliani illius (de quo supra p. 1 diximus) filium, itemque militem auratum & poëtam imperialem fuisse titulus carminis indicat. Placuit hoc carmen PLARRIO loco supra all. id vero vnum displicet, quod Vandali & Venedi confunduntur.

§. XVI.

Eamdem, quam SCHOSSERVS, tibiam inflauit IOACH. DVBRAVIVS, qui eumdem librum sub eodem rubro, inq. eadem vrbe, non tamen in eadem officina (SCHOSSERVS enim typographum *Ioach. Schmidt*, DVBRAVIVS vero *Ioach. Boele* adhibuit) edidit 4. pl. 10. Epistola, quam vocant, dedicatoria fere iisdem verbis, quibus SCHOSSERVS vtitur, concepta est. More istis temporibus solemni eumdem librum pluribus inscripsit. Exemplo meo præmittitur epistola ad Senatum Brandenburgensem in noua vrbe: in altero quodam vidi epistolam ad Senatum Solquellensem, itemque ad CHRISTIANVM VINECHIVM Not. Imp. & Præfectum Ducis Brunsu. in villa *Wiese* ad fl. *Lube.* Qui ad cognoscendum hoc plagium in rem præsentem perduci cupit, adeat collectionis nostræ supra §. XI memoratam partem, vbi IVSTI laborem deprehendet, & in quibus SCHOSSERVS atque

DVBRA-

DVBRAVIVS differant, intelliget. Lepidum eſt, hoſce plagiarios vsque adeo conſpirare, vt vterque a cereuiſia, quæ Francofurti coquitur, abſtinuerit. Vterque enim capite XVIII ſcribit: *das Frankfordiſche alte Bier erreget gemeiniglich die Stranguriam, derowegen ichs iederzeit fern von mir geſchoben.* Videntur etiam hi duumuiri IVSTVM emendare voluiſſe: at enimuero cucurrerunt in contraria.. Quando enim IVSTVS cap. XIX refert, Electorem FRIDERICVM II. vrbem Paſewalcum recuperaturum aliquot millia hominum perdidiſſe: boni iſti viri ſcribunt, eum iacturam ducentorum millium feciſſe. Sed ſatis de his. Iſtud addere liceat, non male actum fuiſſe, ſi quis hanc IVSTI deſcriptionem chorographicam toties recuſam, atque in deliciis habitam recudere, atque ad recentiora tempora deducere voluiſſet. Plura de IVSTO adfert Collectio noſtra opuſculorum Part. VII. p. 189.

§. XVII.

Sequitur GOTTFRIDI A WARNSTEDT Equitis Marchici *deumbratio hiſtorico-politica Marchiæ Electoralis, ſitum, locorumque viciniam, incolas & incolarum mores, Marchiones, Electores, ſoli fertilitatem, vrbium celebritatem, politiam, nobiles & illorum ſtemmata, cultum religionis, ſcholas, & res Marchionum præclare geſtas ſuccincte exhibens.* Tubingæ 1622. 4. pl. 3. Non inuenuſta eſt hæc oratio, cui, quum infrequens eſſet, in collectionis noſtræ opuſculorum hiſtoriam Marchicam illuſtrantium parte III. & IVta locum dedimus. Germanice etiam prodiit ſub titulo: *Kurze, iedoch gründliche Beſchreibung der ganzen Churfürſtl. Mark Brandenburg* ib. eod. 4 pl. 3½

§. XVIII.

MELCHIAE NEHEL de Witſtahl *exegeſis Marchiæ* nunc ſe nobis offert. Verumne, an fictum auctoris nomen ſit, noſtrum non eſt inueſtigare. Ipſum potius librum, quum perpaucis viſus ſit, fuſius deſcribemus. Edidit hic auctor librum, cui titulus præfixus eſt: *Chronographia decennalis, das iſt, zeheniährige hiſtoriſche Erzehlung aller fürnembſten Geſchichte und Handlungen, welche von Anfange der Churf. Durchl. zu Sachſen Armee von a. 1631 bis auf dieſes inſtehende 1641 Iahr, ſich begeben und zugetragen. Darinnen was bey wæhrenden Kriegs-Weſen dieſe 10 Iahr über denkwürdiges vorgangen, kurzlich berühret, ingleichen, von Aufrichtung, Zunehmen, Verænderung, und Abgang der Churf. Sächſ. Regimenter bis auf itzige Zeit. Abſonderlich aber, eine chorographiſche Beſchreibung der Länder, in welchen dieſer Krieg verführet, beygefügt zu befinden, mehrentheils aus eigener Erfahrung und eingenommenen Augenſchein zuſammen verfaſſet, und mit etl. Annotationibus erkläret.* 1641. 4. pl. 20. Adhærent huic chorographiæ, vt vocat, *Beylagen zur zehenjährigen Erzehlung gehörig. Exegeſis* (a) *Thuringiæ*, (b) *Miſniæ*, (c) *Luſatiæ*, (d) *Bohemiæ*, (e) *Sileſiæ*, (f) *Mansfeldiæ*, (g) *Archiepiſcopatus Magdeburgici*, (h) *Principatus Anhaltini*, (i) *Marchiæ*, (k) *Pomeraniæ*, (l) *Meklenburgi*, (m) *Luneburgi*, (n) *Lauenburgi*, (o) *Holſatiæ*, (p) *Epiſcopatus Halberſtadenſis*. Quum vero, quæ nono loco comparet, *exegeſis Marchiæ* vel maxime ad nos pertineat, diſpiciamus, quid auctor præſtiterit. Tota tracta-

tio

tio ſex paginis includitur, adeoque auctor admodum parcas nobis dapes apponit, immo nec accurate ſatis agit. Præmittit quædam de Marchionatu ab HENRICO AVCVPE condito, progreditur dehinc ad diuiſionem Marchiæ. Veteris vero Marchiæ vrbes dum recenſet, male eas oppida (*Städtlein*) vocat: Stendalia enim, Soltquella, Gardelegia, & Tangermunda dignius nomen merebantur. Subiungit reliquarum Marchiae regionum vrbes & oppida, itemque epiſcopatus, coenobia, & praecipuos nobiles: addit de foecunditate, vini prouentu, ſiluis, fluminibus, atque ingenio Marchiæ incolarum, quod paucis ita delineat: *die Mærker ſind gemeiniglich gutthætig vnd dienſthafftig.* Hactenus bene: in his autem, quæ ſubiiciuntur, *ſonſten aber thumbkühn*, quam longisſime a veritate abludit. Ceterum facile NEHELIO carere posſumus, quum ZEILERVS fere integram hanc exegeſin Topographiæ Marchiæ p. 5 inſeruerit.

§. XIX.

NEHELIVM excipiat MARTINVS ZEILERVS, cuius *Topographia Electoratus Brandenburgici & Ducatus Pomeraniæ*, *das iſt Beſchreibung der vornehmſten und bekanteſten Stædte und Plætze in dem hochlöblichen Churfürſtenthum vnd Mark Brandenburg, vnd dem Herzogthum Pommern, zuſamt einem doppelten Anhang vom Lande Preuſſen, vnd Pommern*, (2) *von Liflände vnd ſelbige beruffenſten Orten* a. 1652. prodiit fol. Alph. 1. pl. 11. Vrbium delineationes LXXIII in officina MATTH. MERIANI icone expreſſas ſimul exhibet. Perplacent, quæ bibliotheca Hamburgenſis Centuria I. p. 69 de ZEILERI laboribus iudicat: *Von einem iedweden Orte*

 hat

hat ZEILERVS *so viel geschrieben, als er gewust hat, vnd als zur selben Zeit bekant gewesen ist: vnd die Kupferstiche præsentiren die Oerter in dem Stande, wie sie zum Ausgange des dreissigiæhrigen Krieges ausgesehen haben. Man kan deswegen leicht erachten, dass diese Topographien allerdings einer grossen Renouation benöthiget wæren, nachdem nunmehro innerhalb 50 Iahren so viel Verænderungen, so wohl zu Kriegs- als Friedens-Zeiten vorgegangen sind.* PLARRIO *in schediasmate προδρόμῳ de scriptoribus rerum Marchico-Brandenburgensium* p. 4 non placet methodus a ZEILERO adhibita, fontesque parum limpidi videntur, quibus vsus est: & omnino ita se res habet. Verum enimuero, qui nostrorum temporum felicitatem cum isto æuo, quo ZEILERVS vixit, contulerit, is facile condonabit, si qua in re lapsum esse ZEILERVM intellexerit.

§. XX.

LAVRIZIVS quoque *im historisch-genealogischen Palmwald* quædam habet huc pertinentia. Quem librum, quum alio loco recenseamus: ordo nunc tangit CHRISTOPHORVM HENDREICH, qui, ἀνονύμως tamen, edidit *derer die Mark zu Brandenburg betreffenden Sachen ersten Entwurff, verfasset in 2 Theile, der I. handelt von der Beschreibung des Landes, vnd was in iedweder Stadt denckwürdiges zu sehen, oder sich auch, bis ohngefehr a. 1640 zugetragen hat, der II. stellet für aller Marggraffen und Churfürsten zu Brandenburg, durch alle 7 Stämme, Geschlecht-Register, bis aufs Iahr 1681.* Berolini 1682. 12. pl. 17. Prima

ma hujus libelli pars tribus ſectionibus abſoluitur: poſterior enim pars mere genealogica alio loco erit recenſenda. Ad primam primæ partis ſectionem quod attinet, ſuppeditatur ibi conditionis Marchiæ, quæ iſto tempore, quo auctor vixit, fuit, deſcriptio. Cap. I. de nomine regionis, & cur Princeps illius Marchio appelletur, exponit. Cap. *II* ſitum, fines, regiones, & diuiſiones Marchiæ enarrat. Capite *III* & *IV* de veteri Marchia eiusque vrbibus, & oppidis, capite *V* de media Marchia & Prignitia, cap. *VI* de noua, cap. *VII* de Vkerana Marchia agitur. Caput *VIII.* præcipuos Marchiæ fluuios deſcribit. Cap. *IX* de fertilitate agri Marchici, vltimum denique de incolis agit. Sectione *II.* quæ Marchiæ tempore Caroli IV. fuerit conditio, exponit, vbi auctor ipſius Cæſaris veſtigia premit, codicem ſic dictum Carolinum (*Kayſers Carl des IV. Landbuch*) qui in tabulario Regio adſeruatur, ſecutus. Tertia denique ſectio commemorat, qualis Marchiæ Romanorum æuo inde vsque ad expulſos Venedos fuerit conditio. Videtur auctor ENZELIVM, ZEILERVM, aliosue, qui Marchiæ hiſtoriam illuſtrarunt, &, ſi poſtrema tria capita ſpectes, LEVTINGERVM conſuluiſſe. Maius quoddam opus eum molitum eſſe, ex loco illo coniicimus, (C 1 b) vbi ſcribit: *dieſes ſolle im groſſen Werk dargethan werden.* In ipſo quoque huius libri titulo latinam editionem promiſit: datam vero fidem non liberauit. Plura de hoc viro qui ſcire cupit, adeat collectionem noſtram opuſculorum hiſtoriam Marchicam illuſtrantium, vbi parte VII. de eo pluribus diſſeritur, & fragmentum annalium inſeritur, quos auctorem morte præuentum non abſoluiſſe dolemus. Illuſtris Vir, qui ſub GIOVANNI nomine Germaniam Principem edidit, optat p. 645. *Vtinam annales Marchiæ eodem tandem auctore*

 pro-

prodirent: nunc vero ſpes omnis decollat. Hunc autem, de quo modo diximus, librum idem ille vir illuſtris prædicat, *prodromum maioris operis* vocans, *cuius etiam omnes partes explet.* Mitius igitur ille iudicat IO. CHR. BECMANNO, qui in prælectionibus, quas de cognitione librorum Francofurti habuit, quasque manu PLARRII deſcriptas vidimus, ita diſſerit: *fatalis locorum infelicitas ineptos rebus grauisſimis ſæpe admouet. Es iſt noch hodie ſo: der Churfürſt hat artige Hiſtoriographos. Es iſt anno 82 ein breuiarium Marchiæ zu Berlin heraus gekommen. Der Auctor verbietet es allen Buchdruckern nicht nachzudrucken.* (His verbis HENDRICVM pungi clarum eſt) *ich darf von demſelben nichts ſagen. Morin, vnd das Amt Quarzen ſind darinnen Comtereyen, die es doch ſein Tage nicht geweſen.* Hactenus BECMANNVS. Vnum addo, male auctorem appellari HEINRICI: quum ſeipſum HENDREICH appellet. Vide titulum Pandectarum Brandenburgicarum, quo de libro alio tempore plura.

§. XX.

PAVLI IACOBI MARPERGERI *kurzgefaſte geographiſche, hiſtoriſche, vnd mercatoriſche Beſchreibung aller derjenigen Lænder vnd Prouinzien, welche dem Königl. Preuſſiſchen vnd Chur-Brandenburgiſchen Scepter in Deutſchland vnterworffen, da denn* (1) *von ſolcher Lænder ihren vornehmſten, ſonderlich aber commercirenden Stædten, vnd deren bequemen Situation zur Handlung, ſchiffreichen Flüſſen, vnd beſondern Merckwürdigkeiten,* (2) *von ihren glorwürdigen Regenten, vnd wie die Commercia von Zeit zu Zeit*

herr-

herrlich angewachsen, vnd mæchtig vermehret worden. (3) Von dieser Lænder natürlichen Fruchtbarkeit, nützlichen Manufacturen, wie auch von denen zu Aufnahm ihrer Commerciorum vielfältig gegebenen Churfürstl. vnd Königl. Edictis gehandelt wird. Berol. 1710. 8. Alph. 1. Titulus satis amplus satis superque docet, libellum hunc compendii instar illis inprimis vsui esse posse, qui mercatoriam artem exercent, patriæque aliquam saltim notitiam habere gestiunt.

§. XXI.

CASP. ABEL *Preussische vnd Brandenburgische Staats-Geographie, in welcher der gegenwærtige Zustand aller Reiche vnd Lænder dieses Königl. Chur-Hauses nach der Warheit gründlich vnd ausführlich vorgestellet, vnd deren Wapen, Titul vnd übrige hohe Prærogatiuen, Fruchtbarkeit vnd Eigenschaften, Berge, Flüsse, Seen, Hauen vnd Commercia, der Einwohner Religion vnd Sitten, wie auch die darinnen begriffene hohe vnd niedrige Stiffte, Klöster, Vniuersitæten vnd Gymnasia, vnd alles, was sonst zu einer accuraten Beschreibung gehörig, zusammen gebracht werden. Leipz. 1711.* 8 Alph. 2. pl. 4. editio altera auctior ibid. 1735. Alph. 3. De hoc libro, qui pariter, vt MARPERGERVS, non solum Marchiam, sed reliquas etiam sceptro Prusso-Brandenburgico subiectas regiones recenset, DAVID BRAVNIVS in catalogo scriptorum Poloniæ & Prussiæ in bibliotheca Brauniana collectorum p. 340 ita iudicat: *liber hic pro bono indice potissimarum rerum ad Prussiam & alias prouincias Brandenburgicas in aliis fusius & specialius pertractatarum seruire potest. Pro memoria subleuanda*

hoc compendium succurrit, quod si in nonnullis fallat, ex aliis facile suppletur.

§. XXII.

Eodem fere anno prodiit *der Staat von Preussen.* Nec annus, nec locus impressionis in fronte libri legitur: id vero certum est, in bibliopolio Rengeriano Halensi librum hunc prostare. Tempus autem editionis inde colligo, quia post annum 1710 familiae Regiae nullam facit mentionem. Binae libelli huius prostant editiones; altera breuior, plenior altera. Illa VIII. modo: haec vero XXII. plagulis absoluitur. Pertinet huc inprimis tertia libri sectio, regionum Prusso-Brandenburgicarum descriptionum sistens. Vtraque huius libelli editio rarius conspicitur. Anonymo huius libri auctori opposuit alius quidam, isque anonymus *Anmerkungen über den Staat von Preussen* 8. pl. 3. Locus, vbi impressae sunt hae adnotationes, additae quidem non sunt: coniicio tamen, easdem Noribergae impressas esse.

§. XXIII.

IACOBI PAVLI GVNDLINGII *Brandenburgischer Atlas, oder geographische Beschreibung der Chur-Marck Brandenburg, vnd des dasigen Adels aus den Landes-Vrkunden verfertiget. Potsdam* 1724. 8. Alph. 1. pl. 5. Multa egregia, & alibi minus obuia hic occurrere nemo, nisi iniquus rerum aestimator negauerit: largior tamen, auctorem interdum minus recte scripsisse, cui quidem meliora cognoscendi, si vlli vmquam, suppetebat occasio exoptatissima. Per triennium enim, anno nimirum 1713 & sequentibus vrbes & vicos Electoratus Brandenburgici perlustrauit, adeoque suis, non alienis oculis videre potuit. Praemissa generali Marchiae quinquepertitae diuisione, singularum prouinciarum

rum

rum fluuios, vrbes, arces, ac coenobia delineat, interſperſis haud raro curioſis. Nobilitatem Marchicam ſub finem libri adiungit, quam ordine circulorum, in quibus prædia ſua poſſidet, recenſet. Confer de hoc libro Acta Eruditorum Lipſienſium T. IX. Supplementorum p. 317 vbi etiam mentio inicitur, auctorem Codicem diplomaticum quatuor mille diplomatibus inſtructum, & opus quoddam Heraldicum paraſſe: cuius vero ſpes nunc omnis abiicienda eſt, quum mors calamo GVNDLINGII ferias indixerit.

CAPVT TERTIVM.

DE AVCTORIBVS TABVLARVM GEOGRAPHICARVM ET GENERALIVM ET SPECIALIVM.

§. I. *Tabulæ Geographicæ ſunt vel generales, vel ſpeciales, vel ſpecialisſimæ.*
§. II. *Generales.*
§. III. *Quid de illis ſentiendum.*
§. IV. *Speciales.*
§. V. *Specialisſima.*
§. VI. *Delineatio præfecturæ Lebuſianæ.*
§. VII. *Delineationes vrbium.*
§. VIII. *Delineatio vrbis Francofurtanæ, & agri adiacentis.*
§. IX. *Tabulæ fluuios repræſentantes.*
§. X. XI. *De Iſthmo Brandenburgico.*
§. XII. *Geographia eccleſiaſtica.*
§. XIII. *Conſilium de Atlante Brandenburgico conficiendo.*

§. I.

Inſtituti ratio iubet, vt ad *tabulas geographicas* progrediamur. Trium autem generum illas eſſe facile largietur, qui conſiderauerit, eas vel vniuerſam Marchiam repræſentare, quas quidem

dem *generales* appellare consueuimus; vel alicuius tantum regionis delineationem exhibere, quae *specialium* nomine veniunt; vel vrbem quamdam aut tractum sistere, quae *specialissimae* audiunt. De singulis seorsim.

§. II.

Ad generales igitur quod attinet, spectant huc tabulae Marchiam repraesentantes (a) ABRAHAMI ORTELII, (b) IODOCI HONDII, (c) GERARDI MERCATORIS, qui in Atlante suo, quem vocat, accuratissimam ELIAE CAMERARII, Francofurtani quondam Professoris mappam exhibet, cuius elogium repetit celeberrimus HAVBERVS *im Versuch der Historie der Landcharten* p. 89 (d) GVILIELMI BLAVII, (e) IO. IANSONII, (f) OLAI IO. GOTHI, Geographi Suecici, optimi tabularum Marchiam repraesentantium confectoris, quas ad nostra vsque tempora, nulla licet GOTHI mentione facta ab aliis expressas, interdum quidem auctas, subinde autem deformatas idem HAVBERVS dolet (g) PHIL. CLVVERI, (h) NIC. VISCHERI, qui Ducatum Megapolitanum simul exhibuit, quam quidem tabulam etiam in SCHENKII officina prostare memini, (k) FRID. WITTENII, qui simul Pomeraniae Ducatum expressit, quae quidem tabula etiam apud HOMANNVM & VALKIVM prostat, (l) IVSTINI DANCKERT, qui circuli Saxoniae superioris partem septentrionalem delineauit, ad quam Marchionatus Brandenb. & Ducatus Pomeraniae referuntur: quae tabula etiam in officina SCHENKII venalis est, (m) SANSONII, IAILLOTII, & MORTIER, (n) IACOBI PAVLI GVNDLINGII, qui tabulam forma, ordinariam aliquantum superante, sculptore BVSCHIO exprimi iussit, & descriptionem typis editam adiecit. Pertinet huc etiam *delineatio ad stationes publicas cursuum &*

vere-

veredariorum per FRANC. HALMA, quæ Amstelodami prodiit, nec non alia quædam inscripta: *Postæ e regia Berolinensi per Germaniam excurrentes.* ANDREAM quoque ANGELVM annalibus suis Brandenburgicis suo loco commemorandis, tabulam cum inscriptione: *Marca Brandenburgensis & Pomerania* inseruisse, notum est. Neque dissimulauerim, MART. ZEILERVM Topographiæ Brandenburgicæ, cuius mentionem supra fecimus, mappam geographicam præmisisse, cum inscriptione: *Brandeburgum Marchionatus cum ducatibus Pomeraniæ & Meklenburgi.*

§. III.

De ipsis auctoribus fusius hoc loco commentari non lubet. Quod vero ad tabulas attinet, nonnullæ harum non carent næuis: modo enim in diuisione, modo in nominibus, modo in locorum distantia, modo in signis, iisque vel perperam appositis, vel male omissis peccatum esse, rerum harum gnari iudicarunt. Præstantissimas esse CAMERARII, & OLAI GOTHI iam indicauimus. De generalioribus vero tabulis partem superioris Saxoniæ septentrionalem repræsentantibus rectissime laudatus HAVBERVS censet, eas fere ad eumdem modum a diuersis auctoribus expressas, adeoque perinde esse, quo autore inprimis vti velis.

§. IV.

Sic dictas speciales quod spectat, prostat *Marchia Brandenburgica tribus tabulis a* BLAVIO *expressa* in officina SCHENKII & VALCKII, ita quidem, vt prima tabula, *vetus Marchia* inscripta, veterem Marchiam & Prignitiam, secunda, quæ *Marchia media* inscribitur, Marchiam mediam & Vkeranam, *tertia* nouam Marchiam sistat. Prostant etiam in officina MORTIERII tabulæ quatuor,

Mar-

Marchiam repræſentantes. *Prima* harum veterem Marchiam, *ſecunda* Comitatum Ruppinenſem & Prignitiam, *tertia* Marchiam mediam, *quarta* denique nouam & Vkeranam exhibet. Tertiam harum tabularum BLAEVIVS, reliquas MORTIERI exſculpſit: ſecundam & quartam OLAVS IO. GOTHVS delineauit. Veteris etiam Marchiæ tabulam debemus IAC. PAVLO GVNDLINGIO, quæ tamen (cuius rei noua litteraria Lipſienſia a. 1723 p. 752 & a. 1724. p. 379 ſpem fecerant) in præfecturas diſtincta non eſt. Elegantisſimam etiam, eamque accuratisſimam a generoſisſimo SCHÜTZIO, architectorum militarium apud Caſſellanos præfecto delineatam laudatus aliquoties HAVBERVS indicat, nondum tamen editam. Conf. HAVBERI *Diſcurs von dem gegenwærtigen Zuſtand der Geographie* p. 177. Audire etiam me memini, virum rerum Marchicarum peritisſimum IO. CHRISTOPH. BECMANNVM eiusdem veteris Marchiæ tabulam geographicam ſiſtere voluiſſe: quod vero conſilium mors intercepit.

§. V.

Ad *ſpecialiſſimas* denique, quas vocant, tabulas vt perueniam, innotuit *Circulus Barnimenſis ſuperior curis* LVDOLPHI ERNESTI DE STRANZ *excuſus*. Ducatum Croſnenſem idem SCHÜTZIVS, cuius ſupra mentio facta eſt, delineauit, nondum autem exſculptum. Idem conſilium IO. IOACHIMVM MOELLERVM V. D. quondam apud Croſnenſes miniſtrum cepiſſe relatum accepi.

§. VI.

Huc quoque ſpectat mappula quædam delineationem præfecturæ Lebuſianæ ſiſtens, hoc titulo ornata: *Delineatio des Königl. Preuſſ. Amts Lebus* opuſculo REN. ANDR. KORTVMII ſuo loco recenſendo adiecta.

§. VII.

§. VII.

Delineationes vrbium Marchiæ præcipuarum quum ZEILERVS ſuppeditauerit, illas plane prætetire non poſſum: certe attigiſſe iuuabit. Lubens tamen confiteor, multum mutatas eas ab illo tempore, quo delineationes iſtæ factæ ſunt. Quid enim non accidit in anno? Quid intra centum annorum decurſum? BEROLINI, ampliſſimæ vrbis, cuius pomoeria mirifice ſunt prolata, delineatio, eaque triplex adiecta eſt deſcriptioni, quam ſub titulo: *Altes vnd neues Berlin* (cuius recenſionem dabit Bibliotheca Germanica Tomo XLI.) edere incepimus. Prima harum in Topographia ZEILERI exſtat, altera Berolini faciem ſiſtit, qualis a. 1689 fuit, cuius delineationem debemus GEORGIO SCHVLZIO Berolinenſi: tertia denique vrbis quinquepertitæ & egregie amplificatæ conſpectum exhibet. Delineauit IO. FRID. WALTERVS, eademque delineatio ſeparatim in forma maxima proſtat, quam deinde in compendium redegit ſculptoris induſtria.

§. VIII.

Vrbis Francofurtanæ ad Viadrum delineationem confecit celeberrimus LEONH. CHR. STVRMIVS: id quod vel ex iconiſmo dictæ vrbis patet, quem laudatus BECMANNVS chronico Francofurtano inſertum voluit, hoc titulo præfixo: *Wahrer vnd geometriſcher Grundriſſ der Stadt Frankfurt an der Oder, nach einer groſſen vnd gewiſſen Zeichnung daſigen Profeſſoris Matth. Herrn L. C. Sturms* abgenommen 1706.

§. IX.

Quumque fluuiorum etiam, qui Marchiam interluunt, Albis nimirum, & Viadri, aliorumque mentio facienda ſit, præter Hydrographiam Germaniæ, quam

quam in IO. BAPT. HOMANNI officina proſtare conſtat, cuius delineationem PHIL. HENR. ZOLLMANNO debemus: inprimis laudari meretur (1) CHR. MOLLERI *noua delineatio fluuii Albis excuſa.* Non modo GVIL. BLAEV a. 1628 ſed etiam alii tabulam hanc ediderunt: id quod HAVBERVS annotauit *im Verſuch der Hiſtorie der Landcharten* p. 123. (2) *Albis fluuius Germaniæ celebris a fontibus ad oſtia cum fluminibus ab vtroque latere in illum fluentibus deſcripta, auctore* IO. IANSONIO Amſt. 1646. fol. (3) *Idem fluuius inuentore* IO. *van den* AUELE *Amſt. in officina* P. SCHENCK *&* GERH. VALCK *it. ibid. apud* CAR. ALLARD. (4) Dicti SCHENCKII & IAC. SANDRARTI eiusdem fluuii delineatio ib. (5) de SCHÜZ *Charte aller Waſſerflüſſe vnd Bäche vom Vrſprung der Elbe bis gen Hamburg.* Antiquario, cuius ſuo loco mentionem faciemus, inſertæ ſunt duæ mappulæ *delineationem fluuii* ALBIS *partis ſuperioris & inferioris cum adiacentibus regionibus & præcipuis locis* exhibentes. Ad Viadrum quod attinet, refertur huc merito tabula, quam laudatus BECMANNVS in Chronico Francofurtano exhibuit, Viadrum repræſentans.

§. X.

Iniurius eſſem in merita Diui FRID. WILHELMI ELECTORIS vere magni, niſi attingerem ***delineationem*** **NOVAE FOSSAE** ***nomine communiter notæ, qua mediante Odera & Sprea, indeque Mare Germanicum & Balthicum maxima commerciorum vtilitate feliciter iunguntur, operis admirandi, quod ſuperiorum temporum Reges Bohemiæ & Electores Brandenburgi fruſtra tentarunt. Perfecit FRIDERICVS WILHELMVS ELECTOR Proto-***

Prototypus Principum fort: ac ſapient: omnium commodis maioribus auxit FRIDERICVS BORVSSORVM REX Potentiſſimus, paternarum virtutum ac gloriæ Heres feliciſſimus: Retinaculorum numero ad octonarium reducto, Iis denique amotis lignis perenni lapide firmatis felici præludio æternaturi Regni Boruſſ. æternitate donauit. Delineationem hanc IO. CHRISTOPHORI BECMANNI chronico Francofurtano inſertam MART. GRÜNEBERGIO Profeſſori Matheſeos Francofurtano debemus: ſculpſit eam IO. GEORGIVS WOLFGANG ſculptor Regius.

§. XI.

Alia quædam, eaque rarior, & GRÜNEBERGIANA antiquior delineatio auctore IO. ERN. BLESENDORF confecta, & a GEORGIO BARTSCH Ser. Electoris (cuius ſumtibus hæc tabula ſculpta eſt) ſculptore ſculpta proſtat, hac inſcriptione inſignita: *Coniungere Sueuum ac Viadrum amnes foſſa noua coeptum eſt a. 1662 iuſſu atque auſpicio Ser. ac Pot. Dni. FRIDERICI GVILIELMI Electoris Brand. & quod ante hac fruſtra conati ſunt ſæculo abbinc & multo ante prædeceſſores, id nunc conſummatum ac opere ipſo exhibitum eſt moderatore Nobiliſſ. ac Generoſo Dn.* PHILIPPO DE CHIESE *ſupremo Caſtrametatorum præfecto, Sermique Electoris Cameræ nobile primario. Foſſa hæc lata quinque perticas Rheinlandicas. Longitudo eius vt menſura docet tria milliaria Germanica vel 5 aut 6 horarum itinera excedit. In medio longitudinis fere ſitum eſt oppidum* MÜLROSE, *vnde ad vtrumque latus ex lacu A cui aquam miniſtrat ex*

Lusatia defluens riuus, quem nomine genuino alii Schlube vocant per fossiculam B ad vtrumque flumen descendit. Fulcitur interea retinaculis nonnullis, quae in Hollandia Schleusen vocant, ob soli decliuitatem inter praedictos amnes. Ad laeuam duo sunt CC per quae pedes duodecim descendit aqua. Reliqua ad dextramque sunt retinacula characteribus D D D &c. notata numero sunt nouem, atque de oppido ad Oderam vsque 50 pedes demissius solum est. Vnde patet Sueuum prae Viadro 50 pedum elatiorem esse situatum. Istud, quod modo retuli, tantae molis opus CVNO EHRENREICH de WINNIG, nobilis Marchicus singulari libello praedicauit, qui sequentem titulum prae se fert: *Isthmus Marchicus miraculose perfossus a FRIDERICO WILHELMO Marchiarum Principe Panegyrice descriptus Col. Marchiarum 1670.* fol. pl. 3.

§. XII.

Si clarissimus noster FRISCHIVS fidem multis abhinc annis de geographia ecclesiastica, siue Atlante Germaniae sacrae Euangelicae, datam liberaret, sine dubio etiam tractum Berolinensem, & fortasse aliarum quoque Marchiae vrbium hac ratione describeret.

§. XIII.

Superest, vt mentionem faciamus consilii cuiusdam, quod anonymus in diario Berolinensi *Potsdamische Quintessenz* dicto n. 1. p. 3. communicauit *de Atlante Brandenburgico* conficiendo. *Vorschlag, wie man einen richtigen Atlantem Brandenburgicum verfertigen soll.* Vtilitatem eiusmodi atlantis auctor pluribus significat, atque sculptores, qui Berolini viuunt, ad suscipiendum istud negotium

gotium hortatur. Diuum FRIDERICVM WILHELMVM Prussorum Regem de eiusmodi atlante, quem iure meritoque Augusteum dixeris, adornando cogitasse constat: quippe qui peritissimos, quos plurimos aluit, viros in accuratissime delineandis prouinciis adhibuit, quorum tabulæ in palatio Regio adseruantur.

CAPVT QVARTVM.

DE SCRIPTORIBVS ITINERARIORVM.

§. I. *Zeillerus inter itinerariorum scriptores primus,*
§. II. *de Brand.*
§. III. *Frölich.*
§. IV. *Oldenburgerus.*
§. V. *Sincerus Germanicus a Lapide.*
§. VI. *Adam Ebertus.*
§. VII. *L. B. de Pöllnitz.*

§. I.

Ex scriptoribus, qui itineraria ediderunt, & occasione data etiam Marchicas terras attigerunt, primum locum occupat MARTINVS ZEILLERVS, cuius *itinerarium Germaniæ* siue *Reisbuch durch Hoch- vnd Nieder-Deutschland, auch angränzende, vnd benachbarte Lænder* Argentorati a. 1674 in forma maiori prodiit, Alphabetis V. pl. 17 constans. Addita est *itinerarii* huius *continuatio I.* (quam tamen plures secutæ non sunt) ibidem, eademque forma, eodemque anno IV. Alphabetis constans. In vtraque huius libri parte (bibliopola enim, qui sumtus erogauit, continuationem, quam dixi, partis secundæ nomine insigniuit,) nonnulla occurrunt, vrbes Marchiæ spectantia, e. g. Partis I. p. 320 seqq. de nouæ, & Meso-

Marchiæ vrbibus, & Partis II. p. 202 ſeqq. vt de illis non dicam, quæ ad incolas Marchiæ pertinentia ſuo loco attulit. ZEILLERVS ipſe, quum in viuis adhuc eſſet, Vlmæ a. 1632 & 1639 hoc itinerarium duabus partibus abſolutum ediderat, quod deinde recuſum eſt, adnotationibus, quas auctor ſua manu adleuerat, additis. De hoc libro idem valet, quod alio loco de eius topographia diximus: pro illius nimirum æui, quo ZEILLERVS vixit, conditione ſcripta ZEILLERI laudari merentur. Cum vero poſt eius obitum, qui in annum 1661 incidit, maxima ſtudio hiſtorico contigerint incrementa: noſtris ſane temporibus tanto in pretio habenda non ſunt, neque tamen plane ſpernenda.

§. II.

Exſtat liber IO. ARNOLDI DE BRAND *Reiſen durch die Mark Brandenburg, Preuſſen, Churland, Liefland, Pleſcouien, Groſſ-Naugardien, vnd Moſcouien - - - - mit nöthigen Veberſezungen, Anmerkungen, vnd Kupferſtichen gezieret -- durch Henrich Chriſtian von Hennin.* Weſel 1702. 8 Alph. 1. pl. 13. c. figg. Et auctor, & editor de Marchia, eiusque vrbibus quædam afferunt: occaſio itineris ab Auctore in Ruſſiam ſuſcepti in præfatione commemoratur. IOACHIMVS enim SCVLTETVS abs Diuo Electore FRIDERICO WILHELMO eo ire iuſſus BRANDIVM comitem ſibi adiunxerat, qui, quæ notatu digna videbantur, notauit, morteque immatura Duisburgi, vbi iurisprudentiam docebat, interceptus laborem ſuum HENNINIO edendum reliquit, qui etiam orationem funebrem auctoris memoriæ dicatam huic libro ſubiunxit. V. C. IO. HILDEBRAND WITHOFIVS in continuatione chronici Duisburgenſis, diurnis Duisburgenſibus inſerti n. V anni præſentis de

de BRANDIO, eiusque itinerario quædam lectu non iniucunda commemorauit. Ceterum monendus est lector, ne ARNOLDVM hunc nostrum cum ADAMO BRAND misceat, qui itineris in Chinam suscepti descriptionem edidit, quæ vero ad nos non pertinet.

§. III.

Hic quoque commemoranda est DAVIDIS FROELICHII *bibliotheca seu cynosura peregrinantium, hoc est viatorium omnium hactenus editorum absolutissimum, iucundissimum, vtilissimumque in duas partes digestum.* Vlmæ hic liber 1644 12. prodiit duobus voluminibus constans, ibidemque passim varia Marchiam illustrantia deprehendas, inprimis in Parte II. a p. 171 ad 179 vsque.

§. IV.

CONSTANTINI GERMANICI ad IVSTVM SINCERVM exstat *epistola politica de peregrinationibus Germanorum recte & rite iuxta interiorem ciuilem prudentiam instituendis: in qua depinguntur Germaniæ principum mores, doctrina, inclinationes, vota, spes, & metus secreti magis quam professi: exhibentur item eorum aulæ, iudicia, ministri aulici, iuridici & bellici* Cosmopoli 12. Locus & annus editionis equidem latet: coniicio tamen, Argentorati librum hunc impressum esse. Auctorem PHIL. ANDR. OLDENBVRGERVM esse, ex actis Sarcmasianis a THEOD. CRVSIO editis p. 201 didici, atque ad id credendum eo facilius inducor, quum huic itinerario adiecta sit satyra in SARCKMASIVM, Albipoli quidem, vt rubrum præ se fert, sed itidem Argentorati impressa a. 1669. Quare vero hoc itinerarium huc retulerim, patebit librum inspicientibus, quo a p. 286 ad p. 313 vsque de diuo FRID. WILHELMO El. Brandenburg.

p. 424 seq. de Marchionibus Baruthino & Anspacensi dissseritur. Ceterum adnotandum duxi, hunc libellum a B. G. STRVVIO in introductione in notitiam rei litterariæ p. m. 844 prohibitis accenseri. *Liberius*, inquit STRVVIVS, *de Germanorum aulis sentit. Summa libertate aulæ etiam arcana prodidit, sæpe etiam vitia perstringit, ita vt ob nimiam dicendi libertatem liber prohiberetur, licet postea a bibliopolis lucri cupidis denuo ederetur.* STRVVII tamen censura adhuc mitior est, quam CRVSII, qui loco ante allegato librum hunc pestilentissimum vocat.

§. V.

Videtur etiam huc facere SINCERI GERMANI a LAPIDE *Mercurius Germanus præcipuarum imperii Germanici aularum faciem modernam repræsentans.* Cosmopoli editus 1685. 12 Alph. 1. pl. 12. Pagina enim 321 seqq. Serenissimam domum Brandenburgicam attingentia profert, addita pag. 351 seqq. tabula genealogica: Marchionum Culmbacensis & Onoldini historiam illustrat pagina 504 seqq.

§. VI.

Forsan nonnullis etiam videbitur referendum huc esse itinerarium ADAMI EBERTI Professoris quondam Francofurtani, quod sequenti titulo insignitum prostat: AVLI APRONII *Reise-Beschreibung von Villa-Franca der Chur-Brandenburg durch Deutschland, Holland, Braband, Engeland, Frankreich, zur Freude der Welt vnd ewigen Zeiten. Villa-Franca* 1722. 8. Alph. 1. pl. 12. Notissimus est auctor, neque de illo plura hic dicenda existimo. Elegantissimum est programma, quod in funere ipsius nomine Academiæ Francofurtanæ conscripsit V. C. NICOLAVS WESTERMANNVS.

§. VII.

§. VII.

Quumque in Liberi Baronis de POELLNIZ relationibus, atque epiſtolis, quæ ſummam diarii in itineribus conſcripti continent, haut pauca legantur, hiſtoriam Brandenburgicam ſpectantia: his quoque allegandis tantiſper immorabor, vt titulum vtriusque libri adponam. Sæpius vtrumque librum excuſum, & primum quidem lingua gallica conſcriptum eſſe conſtat: quæ vero editio quum ad manus non ſit, liberque a plurimis legatur, iſtam modo adducam editionem, quæ Francofurti ad Moenum prodiit. *Des Freyherrn von* PÖLLNITZ *Briefe, welche das denckwürdigſte von ſeinen Reiſen vnd die Eigenſchafften derienigen Perſonen, woraus die vornehmſten Höfe von Europa beſtehen, in ſich enthalten.* Ff. 1738. 8 Partes tres. Eiusdem *neue Nachrichten, welche ſeine Lebens-Geſchichte vnd eine ausführliche Beſchreibung von ſeinen erſten Reiſen in ſich enthalten.* ib. 1739. 8. Pars I. & II.

CAPVT QVINTVM.

DE SCRIPTORIBVS POPVLOS QVI MARCHIAM OLIM INCOLVERVNT ENARRANTIBVS.

§. I. Scriptorum qui populos Marchiam incolentes enarrarunt, nomina.
§. II. Scriptores de Venedorum origine.
§. III. Scriptores qui de Venedis a Carolo V.
§. IV. ab Henr. Aucupe,
§. V. & Lothario deuictis expoſuerunt.
§. VI. Speciatim priſcos Marchiæ incolas recenſuerunt Hendreich,
§. VII. Gundlingius,
§. VIII. Loeſcherus,
§. IX. Spenerus,
§. X. Iunckerus.
§. XI. Vtrum Chauci in Veterem Marchiam penetrauerint.
§. XII. de Wolfg. Iuſti, & Leutingeri ſcriptis huc referendis. De Francis Viadrum quondam accolentibus.

§. I.

Poteram hoc loco magnam & amplam populorum, qui Marchiam incoluerunt, instituere enarrationem. Ita enim de *Longobardis*, *Senonibus*, *Vandalis*, *Rugiis*, *Burgundis* allegari poterant, quae VELLEIVS PATERCVLVS, DIO, TACITVS, PAVLVS DIACONVS, PROCOPIVS, IORNANDES in scriptis suis nemini non notissimis protulerunt.

§. II.

Nec minus de *Venedis* multa poterant proferri, in quorum originem HERMELINVS libro de origine Liuonorum edito inquirit: quo etiam pertinent illustris IO. DAN. GRVBERI origines Liuoniae sacrae & ciuilis, communi eruditorum plausu exceptae. Item ADAMVS BREMENSIS, HELMOLDVS, KRANZIVS, FRENZELIVS huc referendi erant.

§. III.

Denique quod ad *superatos Venedos* attinet, de illis a CAROLO M. sub iugum missis commemorandi erant REGINO, ANNALES METENSES, ANNALES BERTINIANI, EGINHARDVS, aliique.

§. IV.

De clade, quam HENRICVS AVCEPS *Venedis* intulit, consulendi sunt WITTEKINDVS, DITMARVS MERSEBVRGENSIS, REGINONIS CONTINVATOR, WIPPO, HERMANNVS CONTRACTVS, CHRONICON HILDESIENSE, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, CODEX PARISIENSIS S. GERMANI, CHRONOGRAPHVS SAXO, ANNALISTA SAXO, VITA WIPERTI, HELMOLDVS, aliique.

§. V.

Neque prætermittenda ſunt, quæ LOTHARIO cum Venedis interceſſerunt, bella: de quibus CHRONICON HILDESIENSE, & HELMOLDVM euoluas.

§. VI.

Verum enimuero, ne nimis longus in enarrandis ſingulis hiſce auctoribus eſſe videar: ſatis mihi erit illorum mentionem facere, qui ex inſtituto id egerunt, vt vnam alteramue gentem ex priſcis Marchiæ incolis curatius deſcriberent. Quædam huc ſpectantia ſuppeditabit laudati IAC. PAVLI GVNDLINGII *Atlas Brandenburgicus*, qui paſſim populorum mentionem iniicit, quos priſcis Marchiæ incolis hiſtorici adnumerant. Indicem quoque horum populorum contexuit CHRIST. HENDREICH libro ſupra allegato *Entwurff derer die Marck zu Brandenburg betreffende Sachen* Part. I. cap. vltimo, vbi de *Cheruſcis*, *Sueuis*, horumque ferme principibus *Semnonibus*, *Reudignis*, *Auionibus*, *Varinis*, *Nutthonibus*, *Rugiis*, *Sidinis*, *Brizanis*, *Doxanis*, *Eueldis*, *Hauellis*, *Lebuſiis*, *Lutitiis*, *Obulis*, *Stoderanis*, *Tollenſiis*, *Veris*, *Wilinis*, *Wilſiis* diſſerit, eorumque domicilia, quibus vel in ipſa Marchia, vel in confinio Marchiæ vſi ſunt, commemorat.

§. VII.

Inprimis vero IACOBVS PAVL. GVNDLINGIVS de quo modo diximus, hoc argumentum tractauit in libro, quem vocat *Geſchichte der Chur-Marck Brandenburg*. Hunc librum quum variis ſectionibus diſtributum auctor eſſe voluerit, prima ſtatim primi libri ſectione agit de *populis Germanicis*, & *Sueuicis*: ſectione quarta de *Venedis in Marchiam aduentantibus*, ſectione quinta de regno *Wilzorum*, ſectione ſexta de victis a CAROLO M.

Wilzis, eorumque regno occupato, sectione septima de statu regni *Wilzorum* imperantibus tribus LVDOVICIS Impp. ARNVLPHO, & Rege LVDOVICO disseritur. Succedit liber II. vbi de imperio OTTONVM in regionibus *Wilzorum*. Ceterum de hoc libro GVNDLINGII suo loco pluribus verbis agetur.

§. VIII.

Iuuat etiam hic commemorare celeberrimi VALENTINI ERNESTI LOESCHERI *rationarium populorum Germaniæ veteris*, quod analectis ex omni meliorum litterarum genere a societate caritatis & scientiarum Lipsiæ 1725, & 1730 editis insertum est. Ibi enim præmissis p. 388 seqq. generalibus Germanorum appellationibus, itemque antiquis & veris Germaniæ diuisionibus, index alphabeticus populorum Germaniæ veteris maiorum & celebriorum sistitur, itemque minores veteris Germaniæ populi recensentur, dubiique aliquot, saltem Germanis viciniores populi enumerantur. Quo facto p. 427 index populorum *Slauicorum*, qui in Germania consederunt, exhibetur, (1) *Ciripanos*, (2) *Dalemincios*, (3) *Diedesios*, (4) *Heuelunos*, (5) *Kissinos*, (6) *Lebusios*, (7) *Luticios*, (8) *Luzicos*, (9) *Milzianos*, (10) *Obotritos*, (11) *Polabios*, (12) *Polanos*, (13) *Pomeranos*, (14) *Ranos*, (15) *Prizanos*, (16) *Retarios*, (17) *Sorabios*, (18) *Vkranos*, (19) *Wagrios*, (20) *Wendos*, (21) *Wilzos*, (22) *Zechios* recensens: ex quibus, qui loco tertio, quarto, sexto, duodecimo, decimoquinto, decimo sexto, decimo octauo, & vigesimo primo nominantur, vnam alteramque Marchiæ partem incoluisse extra omnem dubitationis aleam positum est. Sequitur caput VIII. quo veteres, medii, & noui Germaniæ populi comparantur. Inde sequentia huc quam maxime facientia hic repetam: *Marchiæ Brandenburgensis*

gensis incolae sunt Saxones, Franci, & Slaui, sigillatim Lebusii, Heueluni, Vkrani, & Brizani, cum paucis reliquiis Sueuorum, speciatim Burgundionum, Longobardorum, Reudingorum, & Auionum.

§. IX.

Egregia etiam sunt, quae IAC. CAROLVS SPENERVS in notitia Germaniae mediae de *Venedis*, qui & *Slaui* sunt, generatim p. 384 & statim in sequentibus p. nimirum 387 de certis eorum ad amnes sedibus, indeque petendis nominibus adfert; inter quos *Hauellos*, *Vcbros*, *Milcenos*, *Linos*, *Wilzos*, *Ranos* refert, deque *Hauellis* speciatim in Hauellae, & Spreae fluminum tractu, de *Vcbris*, siue *Vnkranis*, de *Tolentiis*, quorum nominis crebra hodie sunt vestigia, de *Wilzis*, siue *Welatabis*, aliisque disserit. *Wagrios* trans Viadrum habitasse credit, vbi *Warta* amnis est, p. 395.

§. X.

De *Semnonibus* conf. IVNCKERVS l. c. p. 113. qui de *Sueuis* etiam p. 115 multa lectu digna profert. Idem de *Slauis* p. 154 sq. obseruauit lectu digna.

§. XI.

Vtrum *Chauci*, quae CONRINGII in libro de antiquissimo statu Helmstadii & vicina sententia est, etiam in veterem Marchiam penetrauerint, & vsque eo se amplificauerint, vbi inferioris Saxoniae dialecto (*platteutsch* vulgo dicimus) vti solent: ego quidem non inquiram, probe gnarus, me bibliothecam scribere, non historiam. Alii quoque viderint, vtrum MENSONIS ALTINGII coniectura plausum mereatur, qui antiquum vocabulum *Cauz*, quo homo astutus quidem, sed continens & solers indicari hodie solet, ab hisce *Chaucis* descendere existimat. Confer IVNCKERI *Anleitung zur mittlern Geographie*. p. 87.

§. XII.

§. XII.

Coronidis loco addam primo, quod WOLFG. IVSTVS in deſcriptione Marchiæ (de qua ſupra p. 14 fuſius diſſeruimus) capite II. agat de populis exteris, qui Marchiam incoluerunt. Deinde, quod LEVTINGERVS libro XXX operum p. 995 ſeqq. edit. noſtræ multo ſtudio exponat de populis, qui Marchiam quondam inhabitarunt. Summa tantum capita indicare iuuabit, vt veritas eorum, quæ attuli, conſtet. Ita *Cimbros* in Prignitia, Comitatu Ruppinenſi,& Vcaria ſedem habuiſſe docet p. 1000. De *Sueuis* veterem & mediam Marchiam occupantibus, deque *Semnonibus* & *Longobardis* Albim accolentibus diſſerit p. 1001. *Slauos*, Marchiam cultiorem nobilioremque reddidiſſe refert p. 1003 & vrbes oppidaque recenſet, quæ Slauis auſpicia ſua debent, De *Vandalis* non iniucunda narrat p. 1002, eorumdemque errorem culpat, qui *Vandalos* cum *Venedis* permiſcent. De *Francis* Marchiæ incolis legas p. 1004. Alia quoque multa,& inprimis in topographia, quam editio noſtra p. 1110 exhibet, populos Marchiæ colonos ſpectantia adfert. Denique quod de *Francis* ſiue *Franconibus*, quorum memoriam Francofurtum ad Viadrum conſeruat, docte diſputatum ſit inter GOTHOFR. GVIL. LEIBNITIVM, cuius de origine Francorum commentatio Hannoueræ a. 1715 prodiit,& NIC. HIER. GVNDLINGIVM: conf. Gundlingiana Parte III. VI. & IX. Summorum horum virorum acuminibus non pauca addidit IO. GEORGIVS ECCARDVS ad leg. Salic. p. 250.



LIBER

LIBER SECVNDVS.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAM MARCHIAE NATVRALEM SPECTANTIBVS.

CAPVT PRIMVM.

DE SCRIPTORIBVS FLVVIORVM.

§. I. *Propositum indicatur.*
§. II. *Scriptores fluuiorum Marchia generales.*
§. III. *Speciales.*
§. IV. *Alanda.*
§. V. VI. VII. *Albis.*
§. VIII. *Angra Balsamus, Bisa,*
§. IX. *Fina, Hauelus,*
§. X. *Ieza & Obra,*
§. XI. *Milda,*
§. XII. *Panka,*
§. XIII. XIV. *Sprea,*
§. XV. *Vchta, Vcker,*
§. XVI. XVII. XVIII. *Viadrus,*
§. XIX. *Wartha,*
§. XX. *Zera, a quibus describantur.*

§. I.

Fluuiorum, qui Marchiam interluunt, scriptores ita enumerabo, vt primum illos nominem, qui generatim de fluuiis Marchiæ exposuerunt. Deinde fluuios ordine alphabetico adducam, & scriptores, qui de illis aliquid attulerunt, addam.

§. II.

Generatim de fluuiis Marchiæ agit LEVTINGERVS opp. p. 118. sq. IVSTVS in descriptione Marchiæ supra allegata cap. XV. *von den fliessenden Wassern in der Marck Brandenburg*, nec non cap. V. & VI. *von der Alten- und Mittelmarck Städ-*

Städten, Flecken, Schlössern, Clöstern, vnd Wassern. IVSTI exemplum sequutus est CHRIST. HENDREICH *im Entwurff Parte I.* cap. II. vbi præcipuos veteris Marchiæ fluuios recenset, & cap. VII. *von den fürnehmsten Strömen vnd Flüssen der Marck zu Brandenburg.*

§. III.

De *Alanda* (*Aland*) confer LEVTINGERVM p. 1112 opp. ENZELIVM in chronico Veteris Marchiæ cap. V. & HENDREICH l. c. cap. II.

§. IV.

ALBIS fluuius scriptores permultos nactus est. Primus horum est LEONH. THVRNEISSERVS ZVM THVRN, qui librum edidit, inscriptum: *Pison, das erst Theil von kalten, warmen, mineralischen, vnd metallischen Wassern, samt der Vergleichung der Plantarum vnd Erdgewechsen, X. Bücher, Franckfurt an der Oder* 1752. fol. Alph. 5. pl. 8. Septimus liber de *Albi* commentatur. Ita enim se habet inscriptio: *von der Elb, auch allen warmen vnd kalten, minerischen vnd metallhaltenden Wassern, Seen, Flüssen, Bächen vnd Brunnen, so von Anfange vnd Vrsprung der Elbe bis zu ihren Ausgang in sie fliessen, samt der eigentlichen Beschreibung, des Vrsprungs Herkunfft, Grad, Schwere, Gehalt, Art, Eigenschaft, vnd Tugend, derselben (in die Elbe fliessenden) Wassern, auch deren Sanden, Schlichen, Gründen vnd Geschüben, welcher Gegend, vnd an was Orten dieselben aus der Erden, Gebürgen vnd Klüfften herfür fliessen, vnd an Tag kommen, vnd nach vollbrachten Lauff in die Elbe fallen.* De vita & scriptis

huius

huius THVRNEISSERI multa habet LEVTINGERVS operum p. 678 seqq. Confer etiam acta Medicorum Berolinensium decadis II. Volumine I. Ex scriptis ipsius quum multa interciderint: mirum sane non est, de *hydrologia* eius, cui quatuor partes destinauerat, nullam praeter primam hanc, quam enarrauimus, *Pison*, prodiisse. *Digna* illum *in rebus naturalibus praestitisse* IO. CHRIST. BECMANNVS in praelectionibus de notitia auctorum censet, addens: *qvod vtinam de reliquis Marchiae scriptoribus itidem dici posset, qui omnes, si* IVSTVM & CERNITIVM *excipias, necdum digni quicquam scripsisse videntur, non defectu materiae, quae in naturalibus, ciuilibus, & sacris copiosissima, sed fatali locorum infelicitate, quae ineptos rebus grauissimis saepe admouit. Ipse* IVSTVS *nonnisi breuiarium harum rerum exhibuit, quo tamen, quod ingenium ipsis attulerit, satis docet.* ANGELVS *minima quaeque annotat, maxima vel praeterit, vel minus recte iudicat. Adeo omnia spectrorum, chasmatum, aliarumque nugarum recensione opplet, longeque minoris momenti, sed iisdem leuiusculis plenissimum est breuiarium ab eo conscriptum.* LEVTINGERVS *meliora praestitisset, si minus tumultuarie scripsisset, & in iustum volumen suam operam excrescere voluisset.* REINECCIVS *inter nos non egit.* CERNITIVS *vltra genealogica non fuit progressus.* Hactenus BECMANNVS, cuius sententiam licet aliquantum verbosiorem studio attulimus integram, ne per segmenta eamdem allegare opus esset.

§. V. Prae-

§. V.

Præter THVRNEISSERVM huc pertinent (1) ex WOLFG. IVSTI deſcriptione modo allegata caput XVI. *vom Vrſprung vnd Lauff der Elbe.* (2) PETRI HESSELII V. D. M. apud Hamburgenſes *Betrachtungen von dem Elb Strohm, Altona* 1675. 4 Alph. 1. pl. 7. (3) CASP. SCHNEIDERI *ausführliche vnd grundrichtige Beſchreibung des gantzen Elbſtrohms.* Nürnb. 1687. 12. Alph. 2. cum fig. (4) IONAE GELENII Rectoris Dresd. Diſſertationes decem de Albi Dresd 1693. ſeqq. fol. (5) PHILIPPI IAC. MARPERGERI *ausführliche Beſchreibung des Elbſtrohms.* ibid. 1726. 4. pl. 12. Conf. etiam HENDREICH l. c. cap. VII. HESSELIVM iudicat BECMANNVS lectu non iniucundum eſſe, eumque pari modo, quo MATTHESIVS in Sarepta rem metallicam, non tamen eodem ingenio Albim deſcripſiſſe. De SCHNEIDERO §. XVI. pluribus agemus.

§. VI.

Nec prætereundus eſt liber, qui ſuperiori anno Francofurti prodiit *denkwürdiger vnd nützlicher Antiquarius des Elb-Strohms, welcher die wichtigſten vnd angenehmſten geograph- hiſtor- vnd politiſchen Merckwürdigkeiten von deſſen Vrſprung an, bis er ſich in die Oſt-See ergieſſet, darſtellet: anbey eine genaue vnd ausführliche Erzehlung von aller Städte, Schlöſſer vnd Feſtungen, Klöſter, Flecken, Dörfer, die an vnd vm denſelben liegen, Vrſprung, alten vnd neuen Benennungen, Feſtungs-Werken, fürnehmſten Gebäuden, Wappen, Meſſen, Märkten, Lagen, vnd von dem, was ſich ſonſt denkwürdiges an Belager- Bombardier- Eroberungen &c. bis ins Iahr*

Iahr 1740 damit zugetragen, deutl. vor Augen leget, von dem Nachforscher In Historischen Dingen herausgegeben. Frf. am Mayn 1741. 8. Alph. 2. pl. 7. c. figg.

§. VII.

Pisces praecipuos, quos Albis ad forum patriae vendendos mittit, nominant GEORGIVS FABRICIVS Annal. Misniae libro III. ad an. 1564 & PETR. ALBINVS de Misnia p. 312 idemque ille ALBINVS in inuestiganda origine nominis, quo fluuius hic insignitur, multus est l. c. p. 323. Quod vox *Bigisibilias* Albim superiorem denotet, obseruauit V. C. IO. LEONH. FRISCHIVS Misc. Berol. T. IV. p. 192.

§. VIII.

Angra siue *Tangra*, (die *Tanger*, vel der *Tanger-Fluss*) siue vt alii malunt, *Tonagra* describitur in ENZELII chronico vet. Marchiae cap. II. & CASP. HELMREICH annalibus Tangraemundensibus p. 2. seq. nec non HENDREICH l. c. cap. III. Varia, quae huic amni tribuuntur nomina, variamque scribendi rationem notaui in antiquitatibus Tangraemündensibus. p. 16. De *Balsam* fluuio conf. PAVLLINI l. c. p. 199. *Bisa* describitur ab ENZELIO l. c. cap. IV & HENDREICH l. c.

§. IX.

Fina (die *Fine*) a THVRNHEISSERO commemoratur l. c. p. 395. *Hauelus* (die *Hauel*) recensetur a WOLFG. IVSTO l. c. vbi cap. XVIII. *von dem Wasser die Hauel*, THVRNEISSERO l. c. p. 362 & HENDREICH l. c. cap. VII. Hic fluuius *Obula* interdum dicitur: a vulgo hominum, sed perperam, die *Hagel* vocatur. conf. LEVTINGERVM l. c.

§. X.

Ieza & *Obra* deſcribuntur a LEVTINGERO l. c. & ENZELIO l. c. cap. VII. & VIII. Illius nomen etiam ſcribitur *Geza*, *Iaeza*. IAC. PAVLVS GVNDLINGIVS hunc fluuium *Itargum* eſſe coniicit, cuius auctor carminis ad Liuiam meminit. T. III. Miſcellaneorum Berol. p. 303. Huic nomen *Horæ*, vel *Hortellæ* interdum indere ſolent auctores. Conf. HENDREICH l. c. cap. III. *Oræ* etiam meminit THVRNEISSERVS l. c. p. 395. In fluuio hoc deſcribendo occupatisſimus fuit V. C. SAM. WALTHERVS Singularium Magdeburg. P. VII. cap. I. integro, cui adiectam vides delineationem ſub titulo: *Wahrer Vrſprung vnd Lauff des Obra Fluſſes ſamt dem Drömling vnd accuraten Grænzen der Marck, Luneburg, Braunſchweig vnd Magdeburg* durch S. W. 1737 f.

§. XI.

De *Migel* lacu conf. BOEDICKERI Nymphe Mycale. De *Milda* (der *Milde*) confer THVRNHEISSERVM l. c. p. 349. LEVTINGERVM l. c. & HENDREICH l. c. cap. III.

§. XII.

Panka (die *Panke*) & *Randow* a THVRNHEISSERO l. c. p. 363. atque 393. deſcribuntur.

§. XIII.

Sueuus, *Sprea* (die *Spree*) vt clariſſimis Marchiæ fluminibus accenſetur: ita clarisſimos ſcriptores illius deſcriptionem dediſſe videas. Primus horum eſt IODOCVS WILLICHIVS, Reſellianus, cuius commentaria in TACITI Germaniam Francofurti ad Viadrum prodierunt a. 1551. 8. pl. 22. Eſt in manibus meis exemplum, quod SIGISMVNDVS Mar-

Marchio Brandenb. (cui auctor librum inscripserat) GEORGIO BVCHOLZERO dono dedit, suaque manu confirmauit. Hisce commentariis inserta est *Sueui fluminis contra omnes Geographos historia* sex paginas conficiens. Historiam hanc repetiit BEATVS RHENANVS in rebus Germanicis, eamdemque vna cum integris commentariis SIMON SCHARDIVS scriptorum rerum Germanicarum Tomo I. inseruit. De WILLICHIO hoc ex instituto egit MATTHAEVS HOSTVS, cuius biographiæ excerpta dedit IO. CHR. BECMANNVS in notitia vniuers. Francof. p. 231.

§. XIV.

Etiam WOLFG. IVSTVS l. c. caput XVII huic fluuio destinauit, inscriptum *vom Vrsprung vnd Lauff der Spree.* THVRNEISSERVS multis verbis de illo disserit l. c. p. 351. Conf. etiam LEVTINGERVS l. c. & HENDREICH l. c. cap. VII. Cumque silua, der *Spreewald* dicta, *Spream* comitetur, & villas *Spreæ* adiacentes (*die Spreedörffer*) includat: auctores destinatorum litterariorum & fragmentorum Lusaticorum Parti II. p. 81 sq. inseruerunt scriptum, quod hac occasione prætermittere nolui, inscriptum: *Gerettete Ehre des im Marggrafthum Nieder-Lausniz befindlichen Spreewaldes.*

§. XV.

Vchta (die *Vcht*) commemoratur ab ENZELIO l. c. cap. III. LEVTINGERO l. c. & HENDREICH l. c. cap. III. *Vcker* fluuius, vnde *Vcaro Marchiæ* (der *Vckermarck*) nomen contigit, memoratur a THVRNEISSERO l. c. p. 393. & HENDREICH l. c. cap. VI.

§. XVI.

Quod ad *Viadrum* (die *Oder*) attinet, quem multi, licet male, *die Ader* appellant: ei IVSTVS sæpe nobis

nobis laudatus l. c. caput XIX dicauit, *Vrſprung vnd Lauff der Oder*, idemque ille in chron. Francofurtano p. 6. 7. ed. BECMANNI de hoc fluuio quædam habet, vbi ſimul acceſſiones, quas BECMANNVS addidit, conſuli merentur. Nec minus THVRNEISSERVS l. c. p. 401 ſeq. de hoc fluuio multis verbis diſſerit, totumque librum decimum inſcripſit *von dem Fluſſ der Ader*. NICOLAVS quoque LEVTINGERVS habet non pauca huc facientia: quippe populos eum accolentes p. 59 deſcribit, deque copioſa ad Viadrum piſcatione p. 679 exponit. Conferatur etiam NIC. HENELIVS in Sileſiographia renouata p. 544 ſeqq. & HENDREICH l. c, cap. VII.

§. XVII.

Singularem vero operam in deſcribendo hoc fluuio exhibuit CASP. SCHNEIDER, cui ſequentem librum debemus: *Gründlich vnd genau durchſuchter Oderſtrohm, wobey deſſen erſter, wiewohl geringer Vrſprung, anſehnlicher, vnd durch ſo viel drein fallende Flüſſe vermehrter gewaltiger Lauff, vnd nach ſo mancherley theils angeſtrohmten, vnd zurück gelegten Oerter in die Oſtſee gebender Ausfluſſ aus eigner Erfahrung, vnd von ſelbſten eingenommenen Augenſchein vorgeſtellet. Nürnb.* 1689. 12. pl. 18. Quum rarius hic liber conſpici incepiſſet, noua editio ſuperiori anno parabatur, mutata tamen forma (octipertita enim imprimebatur) & titulo, hoc nimirum: *Geographiſch-hiſtoriſche Beſchreibung des Oderſtrohms: von deſſen erſten Vrſprung, durch viele hineinfallende Flüſſe vermehrten Anwachs, vnd endlichen Ausfluſſ in die Oſt-See. Wobey die ſowohl an dem Vfer der Oder,*

Oder, als allen andern hineinfallenden Flüſſen gelegene Städte durch Mähren, ganz Schleſien, Ober- vnd Nieder-Lauſniz, Marck Brandenburg, Pommern, vnd Meklenburg, aufs richtigſte beſchrieben, ſonderlich die neueſten Geſchichte von Schleſien aus ſichern Nachrichten angeführet werden. Ehemahls ans Licht geſtellet von CASP. SCHNEIDER, *anizo aber von neuen vermehrt, vnd bis auf gegenwærtige Zeiten fortgeſezt. Francfurt vnd Leipzig.* 1741. 8. Alph. 1. Quod ad ipſum huius libri auctorem SCHNEIDERVM attinet, cuius deſcriptionem Albis ſupra p. 48. indicauimus, vir ille fuit doctisſimus, hiſtoriæque peritisſimus. Proſtat eiusdem Saxonia vetus & noua, quam quum auctor morte præuentus edere non poſſet, IO. CONR. KNAVTIVS edidit, idemque auctoris vitam præmiſit. Leiſnicenſem eum, & Dommitſchenſium Rectorem fuiſſe refert, additque, dolendum eſſe, quod optimum virum pulueri ſcholaſtico immori oportuerit, titulo hiſtorici Saxonici multo digniorem, quam LAVR. PECKENSTEINIVM. Quod deſcriptionem Albis ſupra commemoratam ſpectat, pergit KNAVTIVS: *Es iſt zwar dieſe auch zu Nürnberg ausgangen. Es hat aber der Editor fraudulenter damit gehandelt, indem er dieſes wohlverdienten Mannes mühſamen laborem nur verſtümmelt ausgeſchrieben, vnd doch deſſen weder auf dem Titulblat noch in der Vorrede im geringſten gedacht.* Conf. die Hamburgiſchen Auszüge p. 2. ſeqq. vbi curriculum vitæ SCHNEIDERI repetitur.

§. XVIII.

De ingente, quæ inter eruditos eſt, diſceptatione, vtrum *Viadrus*, qui etiam *Viadus*, *Viader*, *Gutba-*

lus appellari, ſolet, *Sueui* nomine, (quod ab accolis Sueuis contigiſſe putant,) iure veniat? conferantur CHR. CELLARIVS in notitia orbis antiqui p. 457 IVNCKERVS l. c. p. 139 & SPENERVS qui non pauca huc facientia docte diſputat in notitia Germ. antiquæ p. 78. §. 13 & p. 79 n. (y)

§. XIX.

Warthæ fluuii nouæ Marchiæ haut incelebris meminit THVRNEISSERVS l. c. p. 21 & 404 & IVSTVS l. c. cap. XIX. *Wartham Gutbali* nomine indigitari exiſtimat IVNCKERVS *in der Anleit. zur Geogr. medii æui* p. 132.

§. XX.

Zera ſupereſt veteris Marchiæ fluuius a LEVTINGERO & ENZELIO l. c. cap. VI. itemque HENDREICH l. c. cap. III. commemoratus. Conf. etiam PAVLINI de pagis Germaniæ p. 199.

CAPVT SECVNDVM.

DE SCRIPTORIBVS FONTIVM MEDICATORVM.

§. I. II. *Fontes medicati in Marchia minus celebriores.*
§. III. *Celeberrimus eſt Freyenwaldenſis.*
§. IV. *Singularia de aquis nonnullis Marchia.*

§. I.

Fontium medicatorum plures commemorat THVRNEISSERVS l. c. paſſim. Nonnullos hic proferam. Ita dictus auctor fonticuli cuiusdam haut procul Brandenburgo mentionem facit ad montem, quem *Creuzwizerberg* incolæ

incolæ vocant. Hunc vocat THVRNEISSERVS *ein Gesundbrünnlein, wiewol es gar in keinen Ehren gehalten, denn man es gar verfallen hat lassen, wie denn der enden das Wassertrincken in keinem Brauch ist, dieweil man gut Bier vnd zimlichen Wein, der da im Lande wechst, den auch umb ring Geld bekommen mag, zu finden ist, sonst wer es ein herrlichs Brünnlein, das den Magen wohl purgirte, vnd das Geblüt reinigte. Es möchte auch darin gebadet werden. Es nimmt seinen Lauff, der doch klein vnd gering ist, in die Hauel, damit samt der Spree ein Gewässer macht um Brandenburg her, als ob die Stadt in einem See lege.* Idem de fonte ad *Neostadium Eberwaldiæ* l. c. p. 395 & aquis ad *Belitiam* fluentibus p. 359 adfert lectu illis non iniucunda, qui harum rerum cognoscendarum cupidi sunt.

§. II.

Fons eiusmodi soterius etiam fuisse dicitur ad oppidum *Ziesar*. Prodiit *kurze Nachricht von dem Gesundbrunnen, so ein Flintenschus von Buko einem Dorff, eine Meile von Ziesar, drey Meilen von Brandenburg gelegen, a. 1724 entsprungen. Berlin 4. pl. 1.* Hunc fontem in monte, quem den *Papenberg* incolæ vocant, oriri, & quodammodo cum acidulis Pyrmontanis congruere vir quidam medicæ artis peritissimus retulit.

§. III.

Omnium vero, qui in Marchia vmquam reperti sunt, fontiam medicatorum princeps est *Freyenwaldensis*, qui tantum inter reliquos caput extulit, quantum inter viburna lenta cupressi solent. De hoc fonte prostant (1) BERNH. ALBINI diss. de *fonte*

ſacro Freienwaldenſi reſp. PHIL. ERN. FRIDERICH Ff. 1685. 4. pl. 4½. (2) CONR. IOHRENII *de terra medicinali Freyenwaldenſi*, eiusdem diſſertationi de arthritide vaga ſcorbutica coronidis loco adiuncta. Ff. 1706. 4. Diſſert. huius recenſionem dabunt noua litteraria Germaniæ a. 1707. p. 47. (3) IO. DAN. GOHLII *generale Inſtruction von der Tugend vnd Gebrauch des Freyenwalder Geſundbrunnens im Trinken vnd Baden.* Berl. 1726. 8. pl. 8. (4) Eiusd. GOHLII *informatio publica de morbis aquis & balneis Freyenwaldenſibus magis & minus conformibus*, Actorum medicorum Berolinenſium Decadis II. Volumini VI. inſerta. (5) CHRISTIANI THIELE, Diac. Freyenwald. *Exempel vnd Proben göttlicher Hülffe vnd Seegens am Geſundbrunnen zu Freyenwalde.* Berl. 1728. pl. 1½. (6) MICH. ALBERTI diſſert. *de fonte medicato Freyenwaldenſi*, reſpondente SAMVELE SCHARSCHMIDIO Phyſiologiæ & Pathol. Prof. Berolinenſi celeberrimo Halæ 1729. 4. pl. 4. (7) FRID. HOFFMANNI *Bericht von dem martialiſchen Geſundbrunnen zu Freyenwalde an der Oder, dabey ſowohl von der auf S. K. M. in Preuſſen allergn. geſchenckten Koſten gegenwærtigen neuen Einfaſſung des Brunnens mit Quaderſteinen, als auch von dem neuerbauenden gemeinem Bade vnd andern Anſtalten, auch von einigen beſonders merkwürdigen Curen Nachricht ertheilet* IO. NICOL. HOLTORF, *Phyſicus Freyenwaldenſis* Berl. 1736. 4. pl. 3. (8) Idem celeberrimus HOFFMANNVS iudicium ſuum de *aquis medicatis Freyenwaldenſibus* inſeruit medicinæ conſultatoriæ Part. I. p. 138 & diſſertationi de aqua medicina vniuerſali §. XIX. (9) In Bibliothecæ germanicæ, quæ Amſtelodami prodiit, Tomo XXXVII. p. 173 ſ. occurrit epiſtola a V. a SAM. FORMEY conſcripta de aquis

quis mineralibus Freyenwaldensibus. Præter hos, quos modo laudaui, *sciagraphiam huius fontis sacri* a CHRISTIANO MENZELIO editam exhibent Miscellanea academiæ naturæ curiosorum Dec. II. An. III. obseruatione XII. Ibidem Decadis III. anno VI. obseruatione CCXXXIX legas, quæ GVSTAVVS CASIMIRVS GAHRLIEP de *terra nigra Freyenwaldensi analogum Petrolei in destillatione ex igne aperto fundente* conscripsit. Acta quoque Medicorum Berolinensium plus simplici vice morborum mentionem faciunt, quibus fons Freyenwaldensis medelam attulit exoptatissimam. Patebit illud euoluentibus in indice cuilibet decadi adiecto, quæ de balneorum Freyenwaldensium efficacia indicantur. Ceterum experientissimus HOLTORFIVS spem facit vberioris cuiusdam commentationis de hoc fonte, qua gratiam a rei medicæ cultoribus eum initurum esse nullus dubito.

§. IV.

Singularia de aquis nonnullis Marchiæ qui nosse cupit, euoluat THVRNEISSERVM l. c. ibi commemorat p. 396 inter *Freyenwaldam* & *Neostadium Eberswaldensium* esse aquam gemmulas vehentem. Idem fontis cuiusdam aluminosi haut procul *Crosna* mentionem facit p. 414. Idem p. 419 aquarum mineralium prope *Custrinum* meminit. Nec prætereunda sunt, quæ de fonte *Lebusiano* p. 418 & *Francofurtano* p. 417 profert, de quo etiam PHIL. BECMANNI disputatio physica prostat de *fonte admirabili lapidifico Francofurtensi* respond. MARTINO HANDT. Ff. 1657. 4. pl. I. Fortasse hic ipse fons est, quem LEVTINGERVS p. 1117 indigitat, fonticuli cuiusdam faciens mentionem, in quem si quid lignei generis immittas, in lapidem durescit. Huc etiam referas IO. SIGISM. ELSHOLZII de

aqua rubicunda fossæ Berolinensis commentatiunculam Berolini 1677. 4. pl. 1. Actis Acad. Naturæ Curiosorum deinde insertam: circa quam tamen nonnulla notauit CASP. NEVMANNVS Misc. Berol. Tomo III. p. 55.

CAPVT TERTIVM.

DE SCRIPTORIBVS REI METALLICAE ET SALINARVM.

§. I. Introitus.
§. II. III. Metallorum in Marchia inuestigatio.
§. IV. De alumine Freyenwald.
§. V. De fodinis ad Oderbergam, & latomiis Ruderstorfensibus.
§. VI. De salinis ad Solquellam,
§. VII. & Nauenam.

§. I.

Scio quidem, me perpauca hoc loco in medium proferre posse: nolui tamen plane prætermittere, quæ huc pertinentia inter legendum obseruaui, certus, æquos lectores hoc Catone contentos futuros.

§. II.

Quod ad rem metallicam attinet, THVRNEISSERI verba adducere liceat. Is vero l. c. p. 364 ita scribit: *Nicht weit von Freysig (Friesack) in dem Wald die Zozen genant, welcher den edlen von Bredau zuständig ist, um den ein Mos gehet, aus dem solche starcke minerische Dämpfe geben, dass auch die Menschen kranck dauon werden, vnd nicht essen mögen. Es mag auch über zween Tage kein Mensch ohne Ohnmacht der enden bleiben, ob er gleich Speise vnd Tranck gnug hat. Es muss*

nuss ein grausam Bergwerck der enden verbanden seyn, vieler Anzeigung halben, wann aber der welchen Gott die Gnade geben wird, der es öffnet, stehet zu der ewigen Weisheit. Idem THVRNEISSERVS p. 362 montis *Lebusio* adiacentis *Schwarzberg* dicti meminit, aurum vehentis: & p. 396 stanni quasdam venas obseruari ait in monte, quem Draconis caput appellare consueuerunt.

§. III.

Circa Freyenwaldam mineralia reperiri posse, si accuratius inquiratur, ex eo facile apparet, quod ibidem hinc inde ex terra eruantur partim frustula pyritæ sulphurei, partim magnesiæ vitriariorum. Testem habeo, quem aliquoties allegaui, experientiss. HOLTORFIVM, qui cum celeberrimo nostro POTTIO communicauit.

§. IV.

Alumen Freyenwaldense nostro æuo maxime innotuit, de quo euoluatur *warhafftige vnd umständliche Nachricht von dem Alaun Bergwerck und Eisenhammer in vnd bey* Freyen*walde an der Oder* in SIGM. STEINBART *Nachricht von dem Waysenhause vor Züllichow. V.* Fort*sezung* p. 185 seqq. & *VI. Fortsezung* p. 138 seqq. Plura, & certiora, atque magis accurata suppeditabit, quem ante nominaui, experientissimus HOLTORFIVS.

§. V.

Finem huic tractationi faciat LEVTINGERVS, cuius verba p. 1184 opp. omnino huc faciunt: *Fodinas metallicas prope Oderbergam ad Viadrum aperire aggressus* IOACHIMVS II. *Elector spe sua frustratus fuit. Idem accidit in salinis Belitianis & Berlinensibus. Apud Rustorpium (Rüderstorff)*

dersstorff) nobiles sunt latomiæ, ad easque deduct canales vberrimam præstant vtilitatem. Ceterum de latomiis *Ruderstorfiensibus* etiam BECMANNVS in notis ad IVSTI chron. Francof. consulendu est.

§. VI.

Ad salinas quod attinet, illas apud vrbem *Sol quellam* in veteri Marchia obseruari testis est sæpe dictus THVRNEISSERVS l. c. p. 364. Idem con firmat experientiss. HOPPIVS in adnotationibus ad CASP. SAGITTARII diss. de Marchia Soltquel lensi lingua Germanica donatam & nouæ chronici ENZELIANI editioni adiectam, vbi p. 191. ita: *Soltwedele laufft auf das platteutsche Wort* Sol *vnd das hochdeutsche* Saltz *hinaus. - - - Die Lage Saltzwedel ist allerdings an Saltzquellen, vnd zie hen solche* SAGITTARIVS *vnd* WERDENHAGEN *ohne Vrsach in Zweifel, dieweil sie noch zu sehen: denn nicht weit von der Stadt ist ein Ort verhan den, die Sulze genannt, wo Saltzwasser gefunden wird. Vor nicht gar langen Iahren wurden auch einst diese Saltzquellen wieder aufgesucht: man fand sie aber in Stand zu bringen wegen des nicht gnug sam zureichenden Holzes nicht practicable.*

§. VII.

Ad Nauenam Mediæ Marchiæ vrbem non igno bilem pertinent, quæ OELVENIVS *in den Natur Kunst-Staats-vnd Sitten-Præsenten des Monati Aprilis* 1709 habet *von dem Märckschen Saltz-Wun der bey Nauen*, vbi p. 15 seqq. ad locum THVRNEIS SERI, quem §. 2 attulimus, prouocat. Quumque *Nauena Frisaco* duobus tantum milliaribus distet, rem satis claram esse multis documentis probat, omnino salinas ibi reperiri.

CAPVT

CAPVT QVARTVM
SCRIPTORES DE PLANTIS SISTENS.

§. I. *Multa plantae in Marchia nascuntur.*
§. II. *Scriptores earum, Pancouius,*
§. III. *Elsholzius,*
§. IV. *Menzelius,*
§. V. *Spicilegium ad messem.*
§. VI. *Becmannus,*
§. VII. *Gleditschius,*
§. VIII. *Flora Freyenwaldensis promissa.*

§. I.

Plantarum ſcriptores commemoraturi præ reliquis nominamus THVRNEISSERVM, qui in ipſo libri, quem *Piſo* inſcripſit, titulo ſupra cap. I. §. IV allato ſe de plantis agere velle promittit. Magnum etiam plantarum & herbarum numerum recenſet, id quod ſingularis libro adiectus index ſatis ſuperque docet, interque illas etiam attingit, quæ in Marchia gignuntur. Huc quoque pertinet WOLFG. IVSTVS in deſcriptione Marchiæ ſæpe allegata, qui caput XX inſcribit *von allerley Nutzbarkeiten vnd Herrlichkeiten der Marck Brandenburg*, vbi *ſcordium* maxime celebrat. Verum mittimus hos, de illis dicturi, qui ſingulare ſtudium in recenſendis Marchiæ plantis collocarunt.

§. II.

THOMAS PANCOVIVS (cuius vitam acta medicorum Berolinenſium Decade II. Vol. V. exhibent) herbarium edidit ad Marchicas terras inprimis accommodatum. Prima editio prodiit a. 1654 Berolini, quam auctor ſuis ſumtibus curauit, auctore & ſuaſore MART. FRID. SEIDELIO, qui magnum

ico-

iconum herbariarum a THVRNEISSERO ligno incisarum numerum PANCOVIO dono dederat. Integer titulus hic est: TH. PANCOVII *herbarium portatile, oder hebendes Kræuter- vnd Gewæchs-Buch, darinn nicht allein 1363 sowohl einheimische, als auslændische Kræuter, zierlich vnd eigentlich abgebildet, sondern auch die meisten, so in der Medicin gebræuchlich, kürzlich erklæret werden.* 4. Alph. 2. pl. 12. In epistola dedicatoria ad El. FRID. GVILIELMVM inter alia ita scribit: *mir ist nicht unbewust, dass dieselben auch vnter so vieler Lænder schweren Regierung, dennoch ein Liebhaber seyn nicht allein der freinden auslændischen Kræuter vnd Gewæchsen, mit welchen sie ihren Fürstlich-angelegten Garten von Tag zu Tag mehr vnd mehr zieren, sondern auch viel auf medicinische Sachen wenden, zumahl sie ihre eigene Hof-Apotheck halten, vnd dieselbe zu ihrer eigen, als auch deroselben Hof-Diener, vnd armen Leuten Gesundheit mit iæhrl. Vnkosten vnterhalten.*

In præfatione ita: *Nachdem ich ohngefehr bey einem vornehmen Manne hiesiges Ortes, Hrn.* MART. FR. SEIDELN *Ch. Br. Hof-Cammer-Gerichts- vnd Consistorial-Rath kommen, vnd einen ganzen Hauffen künstlich geschnittener vnd natürlich abgebildeter Kræuter- vnd Gewæchs-Formen gesehen, er auch vermerket, dass mir solche gefallen, hat er mir dieselbe willig vnd gerne zukommen lassen. Es hat aber vormalen solche der berühmte* LEONH. THVRNHEVSER *allhie zu Berlin gewes. Churf. Chymicus vnd Medicus durch einen künstlichen Meister, Holzmeyer genant, schneiden lassen, vnd ein grosses Werk heraus zu geben angefangen, sein aber meines Wissens nur 37 in einem Buch in fol. davon abgedruckt worden. Weil*

es

es denn immer Schade gewesen, dass diese Formen solten beliegen bleiben, vnd zu nichte werden, habe ich endlich die grosse Mühe auf mich genommen, solche in eine richtige Ordnung zu bringen. Auxit deinde hoc PANCOVII herbarium BARTHOLOMAEVS ZORNIVS, & 169 figuris, multisque adnotationibus locupletauit Berol. 1673. 4. Alph. 4 pl. 16. Quumque herbarii huius exempla in tabernis librariis desiderarentur, idem ZORNIVS *Botanologiam Medicam* edidit, *seu dilucidam & breuem manuductionem ad plantarum tam patriarum, quam exoticarum in officinis pharmaceuticis vsitatarum cognitionem. Berol.* 1714. 4. Alph. 4. pl. 6. c. figg.

§. III.

Succedit IO. SIGISM. ELSHOLZIVS, cuius prostat *Flora Marchica, siue catalogus plantarum, quae partim in hortis Electoralibus Marchiae Brandenburgicae primariis, Berolinensi, Aurangiburgico, & Potstamensi excoluntur: partim sua sponte passim proueniunt.* Berol. 1663. 8. pl. 15. Ex praemissa introductione ea allegabimus, quae scopum auctoris indicant. *Emergit*, inquit, *nouus inter reliquos quoque locum sibi vendicaturus stirpium catalogus. Is autem licet ante paucos annos iussu Ser. Electoris FRIDERICI GVILIELMI intra limites vnius horti Berolinensis aulici primum natus fuerit: ex vicinia tamen tantum paulatim sensit, vt non hortensis amplius, sed prouincialis fere nunc videri possit. Nihilominus cum Marchionatus Brandenburgensis finibus arctis haut clauditur, sed latissime pateat; plusculas hinc inde plantas praeter iam obseruatas in locis syluosis, palustri-*

lustribus, *& inaccessis latere credendum est*, *quas successu temporis aut nos*, *aut alii facile superaddent: praesertim cum extremas omnes prouinciae oras necdum simus scrutati*, *sed meditullium duntaxat*, *& loca sedi Electorali proxima.* Numerus plantarum in hac *Flora* descriptarum excrescit ad 1500. Hortenses enim in viridario Electoris aulico ab a. 1650 ad anum, quo liber editus est, sunt 950: sponte nascentes, seu prouinciales asterisco notatae sunt 550. Idem ELSHOLZIVS in libro, quem titulo *horticulturae* (*vom Garten Bau, oder Vnterricht von der Gärtnerey auf das Clima der Chur-Marck Brandenburg*, *wie auch der benachbarten Lænder gerichtet*. *Colon.* 1666. 4. Alph. 1. pl. 21.) insigniuit, singulari capite enarrat illas plantas, quae in nostris terris sponte nascuntur p. 279 sqq. Vitam ELSHOLZII & reliqua eius scripta recensent Acta Medicorum Berolinensium Decadis II. Volum. VI.

§. IV.

CHRISTIANVS MENZELIVS Elect. Brandenb. Consiliarius & Archiater *indici nominum plantarum vniuersali & multilingui* Berolini 1682 fol. edito addidit *pugillum plantarum rariorum*, eidemque inseruit plantas, quae in Marchia nascuntur. Docent hoc auctoris verba sub finem praefationis: *Postremo*, inquit, *immiscui quasdam etiam plantulas*, *quondam in iuuentute a me in Borussia*, MARCHIA BRANDENBVRGICA, *Italia*, *& aliis Europae regionibus & locis deprehensas atque obseruatas*, *nec ab vllo*, *quantum constat*, *descriptas*, *quarum Pugillum Mantissae loco*, *intertextis quibusdam Brasiliae plantis*, - - - *quae continentur in theatro rerum naturalium*, *quod in Bibliotheca Electorali Brandenb. asseruatur.* Vitam & scripta

huius

huius MENZELII recenſent Acta Medicorum Berolinenſium Decad. II. Vol. IV. p. 3. Nec prætermittendum eſt, memoriam MENZELII in ephemeridibus Acad. naturæ curioſorum exhiberi Decad. III. ann. VII. & VIII. app. p. 193. Floram MENZELII Iapanicam laudat M. V. la CROZE in diſſert. de libris Sinenſibus bibl. Regiæ Berolinenſis Miſcellaneorum Berolin. T. I. p. 85 inſerta.

§. V.

Quantumcunque autem PANCOVII & ELSHOLZII in enarrandis plantis Marchicis fuerit ſtudium: ſpicilegium tamen poſt meſſem reliquerunt. Confer, quæ de *Arnica Suetenſi* in vico *Arensfelde* creſcente obſeruarunt Acta Medic. Berol. Dec. I. Vol. I. p. 54 & Vol. X. p. 86. Quumque in libris plurimis botanicis non occurrat *Ananas*, rarior in hiſce oris, inque horto Ser. Reginæ comparens: deſcriptionem illius ſuppeditat die Potsdammiſche Quinteſſentz 1741. n. 8.

§. VI.

IO. CHRISTOPHORVS BECMANNVS, quum a. 1676. IVSTI chronicon Francofurtanum recudendum curaret, *catalogum plantarum in tractu Francofurtano ſponte naſcentium*, decem paginis conſtantem addidit.

§. VII.

IO. GOTTLIEB GLEDITSCH *edidit catalogum plantarum, tam rariorum, quam vulgarium, quæ tum in horto Domini de* ZIETEN *coluntur, tum & in vicinis locis ſponte naſcuntur. Lipſ. 1737. 8.* pl. 10. Nimirum horti *Trebnizenſis*, (haut procul *Münchberga* diſtantis) poſſeſſor generoſiſſimus S. R. M. Boruſſicæ equitum Præfectus, Ordinisque Iohannitici Eques, Dominus de ZIETEN, qua pollet plantarum cognitione & cultu-

 ræ

ræ peritia varias ſtirpes magnis ſumtibus & non minore labore collegit, hortumque poſt varia ſtagna ſuppreſſa, eorumque vliginem euerſam in formam elegantisſimam mutari iuſſit, omnibus Aurantii & Citrei ſpeciebus, aliisque fertilibus arboribus hortum adornauit, maximum hyacinthorum, Tuliparum, aliorumque florum numerum collegit, rarioresque Indiæ plantas comparauit, non prætermiſſis, quæ in vicinia abunde proueniunt, herbis ſylueſtribus. Cl. GLEDITSCHIVS igitur data ſibi indicis conficiendi copia hunc laborem ſuſcepit, ſeque plantarum exoticarum deſcriptionem alio tempore ſuſcepturum promiſit.

§. VIII.

Floram Freyenwaldenſem promiſit laudatus nobis HOLTORFIVS.

CAPVT QVINTVM.

DE SCRIPTORIBVS REI OECONOMICAE.

§. I. Rem Marchiæ oeconomicam ſpectant Colerus,
§. II. Elsholzius, qui etiam horticulturam tractat.
§. III. Der Brandenb. Gærtner.
§. IV. Roederi inſtrumentum multiplicando frumento idoneum.
§. V. Philo-Brandeburgicus.
§. VI. Aliique de commerciis agentes.
§. VII. Apum curam præſcribit Grüwelius.
§. VIII. Idem de ſerici cultura.
§. IX. Das Brandenb. Koch-Buch.

§. I.

Inter ſcriptores rem Marchiæ œconomicam illuſtrantes principem locum tenet IOANNES COLERVS, IACOBI Præpoſiti Berolinenſis filius,

filius, qui ſicut in Marchia natus erat: ita mores in patria receptos colendis agris non neglexit. Opus eius, quod ſub titulo *Oeconomiæ* (*Hausbuch*) prodiit, multis vicibus impreſſum, in vulgus notum, & vix quisquam in ipſa Marchia noſtra rei oeconomicæ cultor eſt, quin legat, certe poſſideat. Nolo in enarrandis multis huius libri editionibus nunc occupari: ad manus mihi eſt Wittebergenſis a. 1632. fol. In IVLII BERNH. DE ROHR bibliotheca oeconomica p. 96 ſequens de COLERO legitur iudicium: *Vnter den Teutſchen, die ſich die Mühe gegeben, die Haushaltungs-Materien ein wenig in Ordnung zu bringen, vnd etwas weitläuftiger abzuhandeln, iſt* COLERVS *wohl der erſte gewesen. Deſſen Hausbuch, darinnen er alle Theile der Land- vnd Feld-Oeconomie zuſammen getragen, welches zu vnterſchiedenen mahlen heraus-gekommen, iſt bekandt gnug, vnd faſt in eines ieden Hauswirths Hænden. Der Fleiſs iſt an ihm billig zu loben geweſen: man trifft aber in ſeinen Collectaneis gar viel. Sachen an, die in Praxi nicht zutreffen, weil ihm manches auf den Ermel gehefftet worden, ſo er als eine gewiſſe vnd experimentirte Sache hinein geſezt hat. Sonderlich iſt ſein Kochbuch, welches er ſeinem groſſen Oeconomiſchen Werck beygefüget, nichts werth.*

§. II.

Huc quoque pertinet ſupra laudati ELSHOLZII *horticultura*, & *diæteticon*, ſiue *neues Tiſch-Buch, oder Vnterricht von Erhaltung guter Geſundheit durch eine ordentliche Diæt, vnd inſonderheit durch rechtmäſſigen Gebrauch der Speiſen vnd des*

 Getrăncks

Getränckss in VI Bücher abgefasst. Liber hic prima vice Coloniæ Marchicæ 1682. 4. prodiit Alph. 2. pl. 15 constans: anno 1715 vero Lipsiæ sumtibus Thomae Fritschii recusus, & cum horticultura iunctim editus est sub titulo: I. S. ELSHOLZENS *neu angelegtes Garten- nebst dem Tisch-Buch fol.* Laudatus ROHRIVS librum hunc omnibus oeconomiæ cultoribus de optima, quod aiunt, nota commendat l. c. p. 299. Varia lectu iucunda, & vsu quotidiano comprobata in vtroque hoc libro communicauit e. g. fruges in agris Marchiæ sponte prouenientes recenset horticultura p. 308 de raparum Teltouiensium & Frisacensium præstantia diæteticon p. 22 de maxima cancrorum copia in Marchia Brandenburgica reperiunda p. 238 vbi HELMONTIVM confutat, qui maximam cancrorum & porcorum antipathiam statuens scripserat: *in der Marck Brandenburg ist der Krebsfang sehr groß, aber die Fuhrleute müssen des Nachts ihre Wagen bewachen, damit nicht etwa ein Schwein vnter dem Wagen durchlauffe: denn wo sich das zutrüge, wird man alle Krebse des Morgens todt finden.*

§. III.

In catalogo quodam Lipsiensi deprehendi librum, titulo hoc specioso superbientem: *Brandenburgischer Gærtner.* Quum vero acciperem, res aliter se habebat. Nimirum genuinus titulus is erat: RENE DAHVRON *Königl. Preuss. Hofgärtners zu Berlin vollstændiges Garten-Buch, darinnen sowohl von einheimischen als auslændischen Gewæchsen, Blumen vnd Bäumen Nachricht gegeben wird, nebst einem Vnterricht von der Bienen-Wartung; vom Baum-beschneiden, vnd*

der

der rechten Baumzucht, ſamt einem Verzeichniß des beſten Frantz-Obſts. Weimar 1738. 8. Alph. 1. pl. 32 c. figg. Vtrum libro huic, qui vero iam quinta vice impreſſus dicitur, bibliopola maiorem auctoritatem conciliare voluerit; quum *Brandenburgici hortulani* titulo inſigniret: ego quidem neſcio. Interim nec prætermittere hoc ſtratagema volui, librumque commendatione fortaſſe dignum allegandum exiſtimaui. Data hac occaſione mentionem quoque faciam LAVRENTII SCHVLZII Inſpectoris Gardelegienſis, qui hortorum, quos vetus Marchia habet, amoenitate allectus (id enim diſertis verbis ſignificat) edidit libellum hoc titulo ornatum: *horti laudes*, i. e. *mediocris quædam delineatio oblectationum, quas ex hortorum conſideratione & cultura honeſtus animus vtiliter ac iucunde percipere poteſt. Halberſt.* 1646. 4. pl. 6.

§. IV.

Quumque aliquot abhinc annis FRIDERICO WILHELMO diuo inſtrumentum quoddam multiplicando frumento apprime idoneum Mechanicus quidam nomine ROEDERVS obtulerit: non potui non eius quoque mentionem facere. Conf. *die Potsdamiſche Quint-Eſſentz* a. 1741. n. 9.

§. V.

Pariter huc facit auctor, qui ſe *Philo-Brandenburgicum* appellat, cuius *agricultura Boruſſico-Brandenburgica commerciis & nauigationi Brandenburgicis ancillans, oder ein politiſcher Diſcurs, anweiſende nicht allein, was vor eine Dependentz die hieſige Commercien vnd Nauigation auf die Agricultur haben, & vice verſa, ſondern auch in ſpecie einige gewiſſe Modos, dadurch mittelſt der*

Agricultur (1) S. Churf. Durchl. zu Brand. iährliche Renten aus dero Domaine, (2) der sämtlichen Edel- vnd Landleute Einkünfte aus ihren Land-Gütern, (3) der sæmtl. Bürger ihre Commercien vnd Nauigation, vnd folgends ihr daraus entstehender Reichthum, (4) nochmahln S. Churf. Durchl. Zoll, vnd andere aus den vermehrten Commerciis vnd Nauigation entstehenden Intraden bald vnendlich vergrössert vnd gebessert werden können. Woraus ein ieder, der mit dem Feld- oder Acker-Bau vmgehet, lernen möge, nicht allein, wie er sich selbsten bald bereichern möge, sondern auch, wie er, um das ganze Land bald Geld- vnd Volckreich zu machen, helffen möge. Alles zwar auf den Brandenburgischen Horizont calculirt, kan aber mit Nutzen auf viele andere Climata applicirt werden, prodiit Regiomonti 1684. 8. pl. 8. Verum auctoris nomen IO. SCARLET esse accepi, cuius speciosum titulum ideo integrum attuli, vt mens auctoris eo luculentius appareat.

§. VI.

Quum de amplificandis commerciis Anglus hic egerit, adiungendum ei duxi auctorem scripti, quod IVSTVS CHRISTOPHORVS DITHMARVS famæ, quam vocat, oeconomicæ parti IV inseruit: *Bericht vom Kauf Handel der gantzen Welt, vnd wie die Schiffarth auf dem Oder-Strohm in der Chur- vnd Marck Brandenburg anzustellen.* Auctorem ABRAHAMVM Burggrauium de DHONA nonnulli dixere, de quo tamen DITHMARVS dubitat, addens: *die Haupt-Absicht dieser Schrifft gehet dahin, um zu beweisen, daß der Handel mit*

Ham-

Hamburg vnd andern an der Nordſee gelegenen Handels-Städten auf der Oder über Stettin durch die Oſt-See den Chur- vnd Marck Brandenburgiſchen Landen höchſtzuträglich, vnd weit vortheilhaftiger als auf der Elbe ſey wegen der vielen auf ſolcher Fahrt befindlichen Zölle. Memini etiam, me videre aliquando tractatum de commerciis & manufacturis in terris Brandenburgicis, hactenus vero ineditum auctore IAC. PAVLO GVNDLINGIO. Facit quoque IOACH. ERN. BERGERVS in tractatione ſynoptica de ſcriptoribus ſcriptisque Marchiæ Brandenburgicæ, (quam diatribæ de libris rarioribus adiunxit) p. 21 Anonymi de commercio Marchiæ Brandenb. eiusque importandis & exportandis mentionem. Hunc vero anonymum eumdem GVNDLINGIVM eſſe, certo ſcio.

§. VII.

De apum cura quum bonus paterfamilias rus colens non parum ſollicitus ſit, recenſendus mihi videtur IO. GRÜWELII Conſulis Cremmenſis liber: *Brandenburgiſche bewehrte Bienenkunſt aus eigner vnd langer Erfahrung, auch fleisſiger Nachforſchung nach dem IV Buch Georgicorum Virgilii eingerichtet.* Coloniæ Marchicæ 1696. 8. Alph. 1. pl. 15. c. figg. In præfatione auctor ſcribit, VIRGILII de cura apum conſilia in plurimis quidem partibus ad Marchiam accommodari poſſe: non vero in omnibus. Cumque apum curam plerumque doctis curæ eſſe intellexiſſet, ipſum MARONIS textum repetiit: cui tamen in gratiam tironum notulas quasdam addidit. Recuſus hic liber eſt Berolini anno 1709. 8.

§. VIII.

Neque ſerici cultura negligitur in Marchia: adeoque & de hoc argumento ſcriptores quosdam recenſen-

censendos duxi. Primus horum est idem ille GRÜWELIVS libro *Seidenkunst* inscripto, qui a. 1668 prodiit, docens, *wie man mit den Seiden-Würmen vnd ihren Gewirck vmgeben soll, damit man selbst Seide machen könne.* Plura deinde scripta huc pertinentia edita sunt, e. g. *kurze doch gründliche Anweisung*, wie *bey vns der Maulbeer-Baum fortgepflantzet, die Seidenwürmer gezogen, vnd Seide erzielet* werden *möge, den Liebhabern zu Gefallen vorgestellet durch ein Mitglied der Königl. Preuss. Societæt der Wissenschafften.* 1714. 4. Præcipua huius libri momenta recenset ROHRIVS l. c. p. 497. Nec male processisse hanc bombycum curam, refert IO. GEORGIVS KEISLERVS *in den denckwürdigen Reisen* Parte I. p. 332 cuius verba hic repetere liceat: *Dass die Climata auch des nordlichen Teutschlandes zu der ordentl. Zucht der Seidenwürmer nicht vngeschickt seyn, kan man augenscheinlich in Berlin sehen,* woselbst *die weissen Maulbeer-Bäume* wider *die Strenge der schærfsten Winter ausgehalten haben, vnd die durch eigene Anstalten gesammlete Seide es vieler andern an Feinigkeit vnd Stærcke zuuor thut.* Huc quoque pertinet *Balance des Seidenbaues.* Berol. 1730. 4. Conf. etiam, quæ hac de re in diario Berolinensi, quod sub nomine *der Potsdam. Quint-Essenz* innotuit, No. II. & VI. sub tit: *Nachricht vom Seidenbau* leguntur.

§. IX.

Agmen scriptorum huius capitis claudat *das Brandenburgische Koch-Buch, oder wohl vnterwiesene Köchin,* d. i. *Vnterricht,* wie *man allerley wohlschmeckende Speisen aufs füglichste zubereiten solle,* partibus duabus constans Berolini 1732. 4.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

DE SCRIPTORIBVS VINICVLTVRAE.

§. I. Elsholzii de vinis Marchicis sententia. *§. II. Vtrum vina Brandeburgensia Francofurtanis antecellant.*

§. I.

De vinis, quae in Marchia gignuntur, iam THVRNEISSERVS l. c. p. 393 itemque IVSTVS l. c. cap. XX. LEVTINGERVS opp. p. 1185 & HENDREICH l. c. cap. VIII. sed generatim tantum disserunt. Plura vero attulit ELSHOLZIVS in diaetetico p. 318 qui ea, quae Berolini, Brandenburgi, & Francofurti ad Viadrum, nascuntur, minus generosis vinis adnumerat: maius vero pretium Potstampiensibus, Werderanis, Fahrlandensibus, & Sarmundanis statuit. Idem ELSHOLZIVS in horticultura p. 253 varii generis vina Marchica recenset, deque ratione viniculturam exercendi agit, & Edictum diui IO. SIGISMVNDI affert, quo cautum est, quid vindemiatoribus obseruandum sit (*Weinmeister-Ordnung*) p. 263.

§. II.

Vtrum vina, quae Brandenburgi proueniunt, Francofurtanis anteferenda sint, disputatur in oratione MICH. NICOLAI de Brandenburgo: de qua alio loco agemus. Vinorum Francofurtanorum naturam exponit BECMANNVS in accessionibus ad IVSTI chronicon Francofurtanum.

CAPVT SEPTIMVM.

DE SCRIPTORIBVS CEREVISIARVM.

§. I. *Scriptores generales Io. Placotomus,*
§. II. *Elsholzius.*
§. III. *Speciales.*
§. IV. *Inprimis de Gardelegiensi.*

§. I.

Cereuisias, quæ in Marchia coquuntur, quod spectat, de illis, quantum ego quidem noui, perpauci egerunt. IONSTONVM in idea Hygienæ generatim tantum de cereuisiis agere memini. IODOCVS WILLICHIVS commentariis suis in TACITI Germaniam historiam Zythi germanici inseruit. LEVTINGERVS p. 1185 & 842 opp. quædam huc pertinentia habet & IVSTVS l. c. cap. XX. Inprimis igitur ad rem nostram facit IO. PLACOTOMVS, cuius opusculum *de natura & viribus cereuisiarum* EOB. HESSI libro de tuenda bona valetudine Ff. a. 1564. edito adhæret. Ita vero PLACOTOMVS p. 93 *Marchia multas laudatas cereuisias habet, sed præcipuæ sunt Bernauiensis*, *Repinensis* (credo legi debere Ruppinensis) *Garlebiensis*, & *Soltwedelensis*. *Postremæ ego primas tribuo: coquitur enim ex bona aqua, & solido frumento: plena est, non nimium lupuli habet. palato grata, boni coloris homines plurimi ibi inueniuntur. Garlebiensis, quia triticum vehementer tostum recepit, facile stranguriam concitat, & fauces, si intemperanter sumitur, ad noctem*

noctem arefacit. Bernauiensis æstate præ ceteris in pretio est. Ruppinensis multum substantiæ habet, plurimumque nutrimentum exhibet. Habet quælibet & ex his peculiare etiam nomen, vt Brandenburgensis antiquus Nicolaus, quod bibentes somnolentos ac ignauos reddit, vocatur. Verum cognomina ad temperaturarum cognitionem nihil faciunt. Quare nec scribenda, nec explicanda.

§. II.

Idem argumentum tractat ELSHOLZIVS in diætetico p. 297 seqq. vbi plurimarum, certe præcipuarum Marchiæ vrbium cereuisias enumerat, quidque de illis sentiat, exponit. Quædam ex ELSHOLZIO huc pertinentia bibliothecæ suæ oeconomicæ inseruit laudatus IVLIVS BERNHARDVS DE ROHR p. 256 seqq. ELSHOLZII vero non meminit, sed IONSTONI tantum mentionem facit: librum autem, in quo hoc IONSTONI iudicium extat, non allegat, quod tamen facile fieri poterat, quum ELSHOLZIVM vnice sequatur, qui & ideam Hygienæ a IONSTONO editam allegat, & prætermissas ab eo Marchiæ ceruisias indicat.

§. III.

Data occasione nonnulli auctores, qui vrbium historias condiderunt, etiam de cereuisiis fecerunt mentionem. Ita de Francofurtana BECMANNVS in accessionibus ad IVSTI chronicon, LOTICHIVS in descriptione vrbis Fürstenwaldensis, NICOLAI in oratione de Brandenburgo, SCHVLZIVS in libro de incremento & decremento Gardelegiæ, aliique suo loco recensendi.

§. IV.

Inprimis memorabile est, quod IO. HENR. MEIBOMII potius, quam nostris verbis narrabimus, quodque cere-

cereuisiæ Gardelegiensi laudi ducitur. Ita vero ille in libro de *ceruisiis* (Helmst. 1668. 4. ed.) cap. XXVII. §. 25. *In Academia Helmstadiensi, ab ipsa eius fundatione vix alia in deliciis fuit ceruisia, quam quæ in vicino Marchiæ Brand. oppido Gardelegia, coquitur. Quum vero aliquando Ser. Pr. FRID. VLRICVS vna cum statibus prouincialibus academiam suam de more visitatum veniret, reperti fuere, qui Principi suaderent, vt in gratiam & emolumentum oppidi Helmstadiensis ceruisiam peregrinam venum amplius haberi vetaret. Id quum male haberet academiæ Professores, conatuique suasorum intercederent: parens meus, quod Principem a poeticis lusibus non abhorrere sciret, carmen ei sub prosopopoeia ipsius ceruisiæ obtulit, versibusque iocosis plus, quam Professoris ceteri intercessionibus seriis impetrasse creditus fuit.* Carmen ipsum subiungit MEIBOMIVS, idemque SCHVLZIVS l. c. inseruit, addita translatione græca & germanica.

CAPVT OCTAVVM.

DE SCRIPTORIBVS RERVM NATVRALIVM MISCELLANEIS.

§. I. Propositum indicatur, & miscellanea quædam adduntur.
§. II. Scriptores de succino Brandenb. Schulzius, Elsholzius, Willichius.
§. III. Scriptores de muribus grandioribus,
§. IV. & locustis.
§. V. Historia circ. superioris Barnim.
§. VI. VII. De monstris & prodigiis.
§. VIII. IX. X. XI. Alia miscellanea & de Basilisco Marchico.

§. I.

§. I.

Miſcellanea quædam rerum naturalium hoc capite vno quaſi faſciculo comprehendere animus eſt. IO. CHRIST. BECMANNVS epiſtolam de *Oſteocollis* ſcripſit, cuius excerpta dabunt Acta Philoſophica Anglicana ab OLDENBVRGERO latine edita p. 645. (2) Eiusdem *Bericht von denen auf den Blættern der Bäume a. 1680 hæuffig gefundenen Schlangen geſtalten. Ff.* 4. pl. 3. c. fig. (3) Eiusdem *Verzeichnüß einiger ſonderbahren Begebenheiten in dem Lebuſiſchen Kreiſe, auch ſonſt diß- vnd ienſeit der Oder in vnd vm Frankfurt herum, von Zeichen am Himmel, Vngewitter, groſſen Gewæſſer &c.* (4) Eiusdem *von vnterſchiedenen Stücken der Natur in der Franckfurtiſchen Gegend.* Vtrumque hoc ſcriptum legitur in acceſſionibus BECMANNI ad IVSTI chronicon Francofurtanum.

§. II.

V. C. GEORGIVS PETRVS SCHVLZIVS diſſertationem edidit de *ſuccino Marchico, aliisque naturæ donis* Thorun. 1712. 4. quam allegari videas *in dem gelehrten Preuſſen.* Tom. I. p. 49. Ante SCHVLZIVM laudatus nobis IO. SIGISM. ELSHOLZIVS conſcripſit obſeruationem de *ſuccino foſſili*, Ephemeridibus acad. nat. curioſorum Dec. I. An. IX. & X. p. 223 inſertam, vbi fatetur, reperiri in Marchia *ſuccinum verum*, licet rarius. Addit, quum a. 1678 in Inſula Potſtampienſi foſſa noua duceretur in Hauelum, effoſſa fuiſſe fruſta tum exigua, tum grandiuſcula, horumque vnum ad oui anſerini magnitudinem acceſſiſſe partim albo partim

tim obſcuro colore: neminique dubium amplius eſſe poſſe, fodi alicubi ſuccinum. Supra dicti IODOCI WILLICHII compendioſa hiſtoria ſuccini inſerta eſt eius commentariis in TACITI germaniam iam alia occaſione commemoratis.

§. III.

Mures grandiores antea non viſos ex lignorum putredine natos a. 1585 Marchiam, illamque inprimis Viadri oram inter Cüſtrinum & Wrizenam peruaſiſſe, atque legumina in agris & in hortis fruges vitiaſſe LEVTINGERVS commemorat p. 786 opp. Idem facit IO. STRALIVS veteris Marchiæ Superintendens ſequenti libello: *mures agreſtes, h. e. querela de muribus agreſtibus per æſtatem paſſim multis in locis Palæo-Marchiæ fruges corrumpentibus*. Berol. 1637. 4. pl. 2½. Eodem STRALIO auctore prodiit *ſanguis prodigioſus*, h. e. *expoſitio de cruoris ex terra ſcaturiginum, aquarum ſanguine mixtarum, ſudoris cruenti, fontium ſanguine fluentium, guttularum ſanguinearum, aliarumque rerum ſpeciem ſanguinis habentium cauſis*. Witteb. 1641. 4. pl. 2.

§. IV.

De locuſtis proſtat eiusdem WILLICHII tractatio a. 1542. edita. De ingenti vi locuſtarum campos & nemora Marchiæ depaſcentium LEVTINGERVS refert p. 301 opp. (2) GOTTHILF TREVER *von den Heuſchrecken, wie ſie in heil. Schrifft, in ihrer Vermehr- vnd Vertilgung, in ihrer natürlichen Eigenſchafft, in Hiſtorien vnd Sprüchwörtern betrachtet werden*. Ff. 1681. 4. pl. 6. (3) IO. THOMAE MATTHIAE Berolinenſis, *oratio de prodigioſis locuſtarum copiis, quæ a. 1681 Marchiæ populabundo agmine incubuerunt*. Berol. 4. in opuſculis hiſtoriam

riam Marchicam illustrantibus Part. X recusa. Referri etiam huc potest IOACH. HOPPII diss. de edaci locustarum pernicie ad L. excepto tempore 18. C. de locat. & cond. respondente GVST. MARTINI Cottbus. Lusato Ff. 1682. 4. pl. 5. Ienae recusa.

§. V.

De B. IO. DAN. GOHLII historia naturalis circuli superioris Barnimensis MS. vide recensionem scriptorum eiusdem GOHLII medicinae practicae clinicae & forensi Lipsiae a. 1735 editae a celeberr. SAMVELE SCHARSCHMIDIO praemissam.

§. VI.

De monstris etiam & prodigiis in Marchia obseruatis quaedam prostant scripta, hoc loco indicanda. MARTINVS FRID. SEIDELIVS vir historiae patriae studiosissimus & peritissimus de prodigiis, monstris, & portentis Marchiae insignem fecit collectionem tribus voluminibus in forma grandiore constantem cum figuris aeneis, nondum vero editam. Ex Seideliana in Plothoianam, indeque in bibliothecam Serenissimae Reginae, Diui FRID. WILHELMI Coniugis ista collectio transiit. (2) Idem SEIDELIVS schedam quandam a. 1667. edidit, cui titulus praefigitur: *Marchia respice! breues descriptiones & ex archetypis ductae delineationes, quatuor prodigiorum, quae in Marchia nuper Brandenburgensi a. 1661 & 1666 diuersis in locis reuera acciderunt* c. icone. Ff. 4. pl. 1. (3) MARTINVS HEINSIVS Francofurti a. 1642 edidit dissertationem de IV monstris, quorum duo ab homine, totidemque ex iumento trium mensium spatio Francofurti edita sunt, respondente IO. SIG. ELSHOLZIO 4. pl. 2½. Monstrum Berolinense exhibent Ephemerides academiae naturae curiosorum

rum Dec. I. An. IV. & V. App. p. 80 seqq. Confer, quae de monstris Berolini a. 172. natis proferunt acta medicorum Berol. Dec. II. Vol. VI. p. 68.

§. VII.

LEVTINGERVM euoluenti monstra eiusmodi plura occurrent e. g. p. 144 & 301 opp. Idem auctor alia quoque adnotauit hoc caput illustrantia. Ita de tempestate horrida p. 658 aestate feruentissima p. 854 inundatione prodigiosa p. 975 frigore portentoso p. 748 & 932 annonae caritate, p. 16 & 19 & vilitate p. 64 nebula venenosa p. 785 niue inusitata p. 465 aliisque huius generis multa reperies. Vt de prodigiis, signisque non dicam, quorum plurima obseruauit LEVTINGERVS, quaeque in indice editioni nostrae subiecto notata sunt. Vt de phasmatibus, pareliis, cometis non dicam, in quibus consignandis superioris aetatis homines ferme nimii fuerunt, quippe credulitate se facile decipi passi sunt.

§. VIII.

Pertinere huc etiam videtur IO. HAENFLERI *de ouo Gallo-Pauonis in aedibus Prenzlouianis Cüstrini d. 12 Iun. 1697 editi iudicium.* Cüstr. 4 pl. 2. Eiusd. *vnuorgreifliche Gedanken wegen der in Stenwitz (einem Dorffe, eine Meile von Landsberg an der Warthe) auf dem Scheunflubr den 20 Jul. 1697 angetroffenen mildiglich blut-trieffenden Kornaebren.* Cüstrin 4. pl. 4. FRID. MADEWISII *discursus de pluuia sanguinea, & iudicium de grandine purpurea nuper in territorio Brandenb. obseruata.* Berol. 1675. 4. pl. 4½. LAVRENTII GENSICHEN *Denckmahl der grossen bey Landsberg an der Wahrte d. 12 Jul. a. 1736 plötzlich entstandenen Wasserfluth.* Züllichau 4. pl. 4.

§. IX.

Basilisci Marchici CHRIST. ENZELIVS meminit in libro de rebus metallicis p. 243. Verba eius ita se habent: *In Marchia, & in ditione abbatis Zinnensis prope vrbem Luckenvvaldam contigit mihi videre talem serpentem* (basiliscum syluestrem, haselwurm) *interfectum a pastore - Serpens erat capitis acuminati, flaui coloris & ferme crocei, longitudine ad tres palmas, & vltra, immensae crassitudinis, cauda turbinata in latus, multis notulis candidis aluo insignitus, tergore tendente ad colorem cygneum oris immensi proportione corporis. Vescitur ranis, serpentibus, & omnium generum animalculis, praeter bonosis, vt de quarum prosapia sit genitus. Habitatio eius est ad paludes, praecipue vbi coryli sunt, & mirum in modum delectatur lacte, propterea interficit vaccas venenato ictu, & propterea eo magis petitur a pastoribus interficitur.*

§. X.

Quum in Miscellaneis Berolinensibus haut pauca legantur caput hoc nostrum non parum illustrantia: horum quoque non potui non facere mentionem. Huc pertinet e. g. Tomo I. p. 377. inserta *notitia coerulei Berolinensis nuper inuenta*, ib. p. 379. obseruationes tricennales *de frigore occasione hiemis, quam vix alia annorum superiorum acerbitate vicit*, a. 1709. Tomo III p. 26. V. C. IO. LEONH. FRISCHII *de cortice arborem circum circa sine damno, de toto stipite detracto & renascente* ib. p. 28. Ei. *historiae insectorum index*. Tomo IV. p. 349. & T. VI. p. 130. seq. V. C. AVG. GRISCHOVII *descriptio Hyetometri in vsum Soc. Regiae Borussicae adornati cum obseruationibus eiusdem hyetometricis.* Accessiones ad hasce obseruationes exhibet Tomus

 V. p.

V. p. 113. sq. &. T. VI. p. 90. Ei. *significatio frigoris extremi Berolinensis ab initio huius seculi vsq. ad* a. 1740. eod. Tomo p. 313.

§. XI.

In actis Medicorum Berolinensium multa huc spectantia deprehendi patebit euoluenti e. g. Dec. I. Vol. II. p. 1. seqq. *de aëris Berolinensis salubritate*, Vol. VI. p. 36. & 53. meteorologia anni 1719, eiusque æstas calidissima exhibentur. Placebunt etiam, quae de indicibus Berolini ab a. 1720. vsq. ad 1725. mortuorum adnotauit b. GOHLIVS, adiectis quibusdam monitis de recte adornando eiusmodi indice, siquidem fructum inde exspectare velis. Facit etiam hanc in rem pl. reu. IO. PETRI SÜSSMILCH *göttliche Ordnung in den Veränderungen des menschlichen Geschlechts, aus der Geburt, Todt, vnd Fortpflantzung desselben erwiesen.* Berl. 1741. 8. Alph. 1. pl. 8. Euoluatur e. g. tabula III & IV numerum natorum & denatorum in Marchia repræsentans, & caput VIII de vsu horum indicum conferatur: & facile erit intellectu, librum hunc egregiis obseruationibus theologicis pariter & physicis plenissimum in censum hunc nostrum omnino venire.

CAPVT NONVM.

DE MVSEIS.

§. I. *Apparatus qui in Palatio Regio adseruatur.*

§. II. *De eo, quem Regia Societas Scientiarum possidet.*

§. III. *Collectio Botanica Stoschii.*

§. IV. V. *Museum Spenerianum,*

§. VI. *Ellerianum,*

§. VII. *Pottianum, Marggrafianum, Neumannianum,*

§. VIII. IX. *Frischianum,*

§. X. *Cortumianum, & Heinsianum.*

§. I.

§. I.

De Museis seu Technophysiotameis, (vt DAN. GVIL. MOLLERVS appellat, qui de hoc argumento dissertationem edidit collectioni de ordinanda bibliotheca a celeberrimo KOELERO editae adiectam) acturo primo loco occurrit apparatus instructissimus, qui in Palatio Regio adseruatur, *die Königliche Kunst- vnd Raritäten-Cammer.* Confer LAVR. BEGERI thesaurum electoralem Brandenb. cuius recensionem dedit TENZELIVS in dialogis menstruis a. 1696. p. 657 Quaedam de eo habet *der geöfnete Ritter-Platz im Naturalien-Cabinet* p. 141. C. F. NEICKELIVS in *Museographia* p. 26 & KANOLDI appendix ad Museographiam istam p. 142. Conf. etiam IO. GROENINGII continuationem Musei sacro politici c. 1. p. 6.

§. II.

Curiosorum eiusmodi naturae & artificialium apparatum possidet etiam regia Societas Scientiarum ex collectionibus GVNDELSHEIMERI (cuius etiam collectio Botanica hic ostenditur) & SPENERI cöemtum. Conf. idem KANOLDVS l. c.

§. III.

Nec praetereunda est collectio Botanica instructissima LVDOV. STOSCHII, quam ex bibliotheca IO. FRID. BACHOVII L. B. ab ECHT Gothae quadriennio abhinc diuendita ducentorum Ioachimicorum pretio & quod excurrit, Regia Societas Berolinensis redemit. Offerebatur nimirum in bibliothecae Bachouianae catalogo p. 219 *herbarius viuus concinnatus* a LVDOV. STOSCHIO *S. r. Borussiae R. Medico & Botanico diuisus* in XXII *classes iuxta methodum* TOVRNEFORTII *cum indice* Voll. XXII. STOSCHIVS hic S. R. M. Borussiae Archiater designatus PHIL. SIGISMVNDI STOSCHII Archiatri & Cüstrinen-

ſtrinenſium Conſulis dirigentis filius, quum abſoluto ſtudiorum academicorum & itinerum ad exteros iuſſu Regio ſuſceptorum curriculo redire in patriam ſtatuiſſet, Pariſiis a 1717 die XIV Febr. anno ætatis XXX ipſo natali die mortuus, ibidemque in horto Regio Botanico ſepultus eſt, cuius memoriam Galli adhuc hodie venerantur.

§. IV.

Muſeum Spenerianum Berolini quondam in ædibus Scheidianis venum expoſitum pariter huc ſpectat, cuius deſcriptio plagulis 14 conſtans per columnas ſibi in quauis pagina mutuo reſpondentes latino germ. prodiit, præfixo hoc titulo: *Muſeum Spenerianum, ſeu catalogus rerum tam artificioſarum, quam naturalium: tam antiquarum, quam domeſticarum, quas Cl.* IO. IAC. SPENERVS *Phyſices & Matheſeos P. P. in Acad. Halenſi dum viueret, ſingulari induſtria & indefeſſo ſtudio parauit atque collegit, conſignatum opera* IO MART. MICHAELIS Phyſ. & Math. cult. Lipſ. 1693. 8.

§. V.

Aliud eiusmodi Muſeum proſtat, cui titulus eſt: *Catalogus zahlreicher, nützlicher, vnd ſonderbarer von Natur vnd Kunſt gebildeter Seltenheiten in regno animali, vegetabili, vnd minerali, welche ehemals mit groſſer Mühe, langer Zeit, vnd ſchweren Koſten geſammlet vnd zuſammen gebracht hat* D. CHRIST. MAXIMIL. SPENER Berlin 1718. 8. pl. 13. Præmittitur delineatio c. tit: *Eigentlicher Abris, wie ſich des ſeel. Herrn Rath Speners Kunſt- vnd Naturalien Cabinet auf dem Königl. Obſeruatorio in Berlin præſentiret.* Muſei huius partem, crocodilum, deſcripſit ipſe poſſeſſor in disquiſitione de *Crocodilo in lapide ſciſſili expreſſo aliisque Lithozois*, quæ Miſcell. Berolin. T. I. p. 99 ſeq. legitur.

§. VI.

§. VI.

Muſeum Illuſtris ELLERI pariter commemorari meretur, cuius catalogus proſtat hoc titulo: *Gazophylacium ſiue catalogus rerum mineralium & metallicarum, vt & marmorum tam domeſticorum quam exoticorum, varia rudera vrbium, arborum, fruticumque repræſentantium, vna cum petrifactis variis & lapidibus, nec non gemmis ad regnum minerale ſpectantibus, ſumma induſtria & labore per longiſſimum tempus non ſine ſumtibus collectum.* Bernb. 1723. 8. pl. 9. Quum plurimæ eæque inſignes plane acceſſiones factæ ſint: catalogus hic duplo auctior prodiret, ſiquidem Illuſtri poſſeſſori placeret nouam editionem adornare.

§. VII.

Egregius etiam rerum metallicarum apparatus eſt, quem celeberrimus noſter POTTIVS, & experientiſſimus ANDR. SIGISM. MARGGRAF, omni quo potuerunt ſtudio collegerunt, quemque nouis quotidie acceſſionibus locupletare ſtudent. Memorandum etiam muſeum eſt b. CASPARI NEVMANNI, quod heredes ipſius ſeruant, quodque in Muſeographia NEICKELIANA commendatur p. 143.

§. VIII.

Idem NEICKELIVS l. c. meminit muſei, quod V. C. IO. LEONH FRISCHIVS poſſidet. Duplicis generis collectio eſt, inſectorum, & auium. Vtriusque deſcriptionem vir celeberrimus mecum communicauit, quam hoc loco repetam: *Was das Inſecten-Cabinet betrifft: ſo hält dieſe Sammlung hauptſächlich alle dieienigen Inſecta in ſich, welche in Teutſchland, vornehmlich in der Marck gefunden werden, vnd zwar nur dieienigen, die wegen*

 ihrer

ihrer knochenhaften, oder harten Haut ausser dem Spiritu vini in ihrer natürlichen Gestalt und Farbe können erhalten werden, als da sind, alle Geschlechte und Arten der Kefer und Kefer-gestaltigen Insecten, alle Geschlechte und Arten der Fliegen, sowohl der 2 als 4 flüglichten, ferner alle Geschlechte und Arten der Sommer-Vögel (papilionen) sowohl der Tag- als Nacht-Zwiefalter, und noch andere die der Gestalt und æussern Schale wegen *zu diesen 3 Haupt-Abtheilungen gehören, nebst einigen ausländischen. Alle diese Insecta sind nach ihren Geschlechten und Arten in gewisse Capseln mit Nadeln eingesteckt*, welche *Capseln umgewendt in denen dazu bereiteten 4 eckigen Brettern stehen. Von der Beschreibung der Insecten sind seit a. 1720 XIII Theile in 4to heraus gekommen, und sollen ietzo von des Auctoris iüngsten Sohne continuiret werden.*

§. IX.

Was das Vögel-Cabinet anreichet: so bestehet (1) *diese vollständige Sammlung meistens aus lauter solchen Vögeln*, welche *in Teutschland und vornehmlich in der Marck sich aufhalten oder doch daselbst gefangen* werden. (2) *Es sind zwar auch ausländische Vögel, und zwar in ziemlicher Anzahl vorhanden*: welche *aber denen ausländischen nur als ein Anhang zugesellet* werden. (3) *Alle diese Vögel sind ausgestopfft und sowohl der Gestalt als Grösse nach recht sorgfältig nach dem Leben wieder aufgerichtet und auf Bretter gestellt.* (4) *Ist dabey so gar die natürliche Farbe der Augen*

Augen beybehalten worden, *woran sehr viel gelegen ist: massen die Vögel darin mercklich unterschieden sind.* (5) *Von den Vögeln, da Er und Sie an Farbe unterschieden, ist allezeit das gantze Paar neben einander auf ein Bret gesetzt:* wo *sie aber nicht mercklich unterschieden sind, da hat man nur das Männlein allein behalten.* (6) *Sind so gar bey einigen Geschlechten die* weisse *Arten E. gr., der* weisse *Pfau,* weisser *Phasian,* weiß *Haselhun,* weiß *Rebhun,* weisse *Lerche &c.* (7) *Ieder Vogel, oder iedes Paar hat seinen* wohlverwahrten *Kasten, darin sie zur Sommers-Zeit vor Vngeziefer verwahret* werden. (8) *Im Winter werden sie allemahl nach ihren Geschlechten und Arten auf die dazu gemachte Pyramiden gestellet: da denn die Wasser-Vögel,* welche *meistens fliegend aufgerichtet sind, an der Stuben-Decke hangen.* (9) *Dieses Vogel-Cabinet ist durch unermüdeten Fleiß, vieliæhrige Sammlung, vieles Geld und sorgfæltige Erhaltung endlich in einen solchen Stand gekommen, daß schwerlich dergleichen irgendwo, zumahl bey einem Gelehrten und Priuato anzutreffen seyn wird. Vnd* wofern *der Besitzer wegen des sehr engen Raumes seiner Wohnung nicht gezwungen würde alles compendiose einzurichten; So würde dieses herrliche Vogel-Cabinet, bey mehrerer Ausbreitung ein noch* weit *præchtiger Ansehen haben.* (10) *Den wahren Endzweck dieser Vögel-Sammlung unsers Teutschlandes und besonders der Marck zu entdecken.*

decken: So bemühet sich der Besitzer itzo, alle diese Vögel in der schönsten Ordnung zu beschreiben: wobey dessen zweiter Sohn, FERD. HELFFREICH FRISCH *alle vnd iede Arten vnd Abtheilungen in Kupffer sticht, vnd nach dem Leben illuminiret heraus giebt.*

§. X.

Quumque sæpe dictus NEICKELIVS in Museographia p. 36 museorum KORTVMJANI & HEINSIANI fecerit mentionem: illa prætermittere nolui.

LIBER

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAM MARCHIAE ECCLESIASTICAM ILLVSTRANTIBVS.

§. I. Instituti ratio exponitur.
§. II. Scriptores generales de rebus statum Marchiæ ecclesiasticum tangentibus. Sebaldus,
§. III. Becmannus, & Schmidius,
§. IV. Eckhardus,
§. V. Mart. Dietericus,
§. VI. & alii, qui occasione data quaedam ecclesiastica insperserunt.

§. I.

Ecclesiarum Marchiæ quæ superioribus pariter & recentioribus temporibus facies fuerit, inuestigare hoc libro instituimus. Vt igitur ordine procedamus, scriptores, qui in censum nostrum veniunt, ordinabimus, illos primo loco commemoraturi, qui generatim de rebus ecclesias Marchiæ spectantibus exposuerunt: quo facto indicabimus, qui vnum alterumque caput huius argumenti illustrandum sibi sumserunt. Neque prætermittemus, qui data occasione, & quasi aliud agendo quædam huc facientia in medium protulerunt.

§. II.

Qui generatim de Marchiæ ecclesiis egerunt, perpauci exstant. HENRICVS SEBALDVS *breuiarium historicum edidit*, das ist, *historischen kurtzen Extract, oder Auszug, darinn zu befinden* (1) *der Vrsprung des Christenthums*, wie *das in Deutschland*

land mit Mühe aufkommen, (2) *die Einführung der Herrschafften, sonderlich aller Marggraffen vnd Churfürsten des Hauses Brandenburg, vnd wie solches von Tag zu Tage gewachsen vnd zugenommen*, (3) *zweyerley Art Streitigkeiten, so in den fürnehmsten beyden Hauptstænden der Christenheit zur Zeit N. T. sich funden, vnd guten theils noch finden*, (4) *allerhand Gesichte, Blut- vnd sonsten mancherley Wunderzeichen, so sich öffters, sonderlich in den letzten Zeiten, so hie, so da lassen spüren*, (5) *in specie wie die neulichste Kriegs-Kugel sich hin vnd her, vornemlich aber in Churfürstenthum Brandenburg herum gewæltzet, vnd manchem, sonderlich aber vnserm Ort* (der Stadt Belitz) *Schaden zugezogen*. Wittenb. 1655. Alph. IV. pl. 9. Prima huius libri sectio statim incurrit in oculos, maxime huc spectans, nec minus illa, quæ passim immiscet e. g. de paganis Marchiæ incolis eorumque idololatria, de religione christiana in Marchiam introducta, eiusque sub quouis Electore incrementis. Præterea Belicensem ecclesiam spectantia multa adfert, itemque ea, quæ ad historiam totius Marchiæ ciuilem pertinent, de quibus suo loco mentionem faciemus. Vnum illud non placet, SEBALDVM auctorum, quibus vsus est, loca non allegasse: verum culpa hac absolui se petit, quum in gratiam ciuium & auditorum latinæ linguæ expertium scripserit. Erat SEBALDVS, quum breuiarium hoc scriberet, ecclesiæ Belicensis per XLI annos Pastor & Inspector, multaque ipse annotauit, multa ex ore fide dignorum hausit, quos testes oculatos habuit. Mortuus est anno 1679 ætatis primo supra nonagesimum, IV vxorum maritus, XXVI liberorum pater,

ter, XXXIX nepotum, & XLI abnepotum auus. Cl. HOPPIVS in Programmate, quod inſcribitur: *Eröfneter Helden-Saal der Brandenburgiſchen Marggrafen vnd Churfürſten* (prod. Ruppini 1736. 4. pl. 3 ½) SEBALDVM hunc vocat auctorem hiſtoriæ Marchicæ claſſicum.

§. III.

Huc etiam pertinent IO. CHR. BECMANNI oratio ſæcularis (de qua alio loco pluribus agemus) & HENRICI SCHMIDII V. D. M. Berolinenſis *kurze Einleitung zur Brandenburgiſchen Kirchen- vnd Reformations-Hiſtorie, darin nebſt der heydniſchen Abgötterey vnd Einführung der Chriſtl. Religion ſamt dem Verderben des Pabſtthums die Reformation der Kirchen in der Chur-Marck Brandenburg beſchrieben wird.* Berlin 1718. 4. Alph. 1. pl. 10. Secunda editio, vel ſi mauis, nouo titulo ornatus liber prodiit Berol. 1740. 4 cui a bibliopola rogatus B. REINBECCIVS præfationem præmiſit. Exponitur hoc libro de moribus Marchicorum ante adſumtam chriſtianam religionem, deque eorum idolis, de Impp. CAROLI M. HENRICI AVCVPIS, OTTONIS aliorumque in eccleſiam etiam Marchicam meritis, de Epiſcopatibus Marchiæ, de ſtatu religionis regnante ALBERTO VRSO, de Papatu in Marchia, de peregrinationibus religioſis, de præludiis reformationis Euangelicæ, ipſaque ſacrorum emendatione, de abrogatis indulgentiis, aliisue huc facientibus. Non ſine fructu lector hanc introductionem euoluet. Conf. *vnſchuldige Nachrichten* de a. 1718. p. 640 ſeqq.

§. IV.

Aliquo modo etiam huc referendus eſt PAVLVS IAC. ECKHARDVS *in der Wendiſchen Kirchen-Hiſto-*

Historie, darinn der Anfang des Christenthums, wie auch mancherley Begebenheiten vnd wunderbahre Schicksaale bey Erbauung der Kirchen- vnd Gottes-Häuser in gedachten Landen, besonders der Marck Brandenburg ausgeführet worden. Wittenb. 1739. 8. pl. 11. Maxime huc spectat caput VIII *von Erbauung der Kirchen in der Marck Brandenburg* a p. 63. ad p. 76.

§. V.

Huc quoque referri meretur MARTINI DIETERICH *kurtze Nachricht von dem Religions-Zustand in der Marck Brandenburg bis zur geseegneten Einführung der Euangelischen Lehre im Iahr Christi 1539 in Frag vnd Antwort gestellet.* Frf. 1739. 8. pl. 2. Placuit pl. reu. Auctori methodus erotematica, quum occasione sacrorum saecularium in gratiam iuuentutis scripserit. Capite II. de idololatria pagana, quae quondam in Marchia grassata est, III de doctrina christiana a Marchicis recepta, IV vero de repurgatis in Marchia sacris exponit, quae quidem capita ad scopum nostrum pertinere videntur.

§. VI.

Plures equidem scriptores non innotuerunt, qui studio hunc campum ingressi, inque statu Marchiae ecclesiastico explicando occupati fuere. Data occasione insperserunt scriptis suis huc facientia ANDREAS ANGELVS, NICOLAVS LEVTINGERVS, ZACHARIAS GARCAEVS, aliique, quos suo loco commemorabimus, de quo praecipue argumento consulendi sint, significaturi.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

DE IDOLOLATRIA MARCHIAE ANTIQVA.

§. I.

Iuuabit scriptores de idololatria antiquorum Marchiæ incolarum hoc capite enarrare. Id ipsum vero vt rectius fiat, præmittenda erit illorum recensio, quibus de idolis, quorum cultu prisci Marchiæ coloni sese contaminarunt, exponere fuit propositum. Hæc autem quum plurima fuisse constet, magnus hic se nobis campus offerret, si animus esset scriptores ad vnum omnes recensere, qui de variis variarum in his oris gentium deastris sunt commentati. Pertinent huc, qui elegantissimum TACITI libellum de moribus Germanorum commentariis suis illustrarunt: hos vero, itemque illos, qui de religione paganorum exposuerunt, enarrare supersedemus. Consulenda igitur sunt, quæ HELMOLDVS in chronico Slauorum, & doctissimus BANGERTVS in eruditissimis ad illum adnotationibus protulit. Atque vt de ARNKIELIO, ALEXANDRO ROSS, ROGERO, CALVOERIO nihil dicam, quorum nomina adduxisse sufficiat: quem quæso fugiunt exasciati labores

HACHEN-

HACHENBERGII, SCHEDII, & KEYSLERI? dignissimi profecto, qui ab antiquariæ rei studiosis consulantur. Optandum vtique esset, vt eruditissimi KEYSLERI Germania gentilis, cuius conspectum antiquitatibus septentrionalibus adiunxit, prodiret: nulli enim dubitamus, plurima egregia caput de idolis Germaniæ illustrantia adlatum, deque diis vniuersalibus pariter, & topicis, quos vocat, solide actum iri. Ceterum nec prætereundus est commentarius ABR. FRENZELII de diis Soraborum aliorumque Slauorum in collectione scriptorum rer. Lusatic. HOFFMANNI T. II. pag. 87 sq. Recensitur hic comm. FRENZELII in diario theol. vnschuld. Nachr. an. 1712. pag. 994. Adde Cel. LEIBNITII obseruationem de superstitionibus Slauorum in monumentis ineditis FELLERI T. XII. obs. IV. & MICH. FRENZELII diss. tres præside IO. PETRO a LVDEWIG de idolis Slauorum, quæ primum a. 1691 editæ, demum Tomo II opusculorum miscellorum illustris autoris insertæ sunt, quibus argumentum hoc doctissime excussit.

§. II.

Ne tamen plane ἀσύμβολος in hoc argumento esse videar, præcipuos deastros nominabo, quos in Marchia cultos vel satis constat, vel non vana coniectura est: quibus scriptores adiungam, qui in eo versati sunt, vt hoc argumentum illustrarent.

§. III.

Varia vero idola fuisse scimus, quibus prisci terrarum Marchicarum habitatores magnum pretium statuerunt, quæque diuinis honoribus sunt prosequuti. CRODONI (vt alphabetico ordine incedamus) primum locum tribuimus, quem Gardelegiæ inprimis cultum referunt. De hoc idolo pluribus exposuerunt ARNKIEL *in der Cimbrischen*

ſchen Heyden-Religion Parte I. p. 106. CALVOER in Saxonia gentili & chriſtiana pag. 45. IO. MICH. HEINECCIVS in libro ſingulari de Crodone Harzburgico, antiquitatibus Goslarienſibus ſubiuncto, WILH. ERN. TENZELIVS in dialogis menſtruis a. 1689. p. 382. CASP. SAGITTARIVS in antiquitatibus gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuringiaci p. 5 ſeqq. SCHEDIVS de diis Germanis p. 737. TOLLIVS in epiſt. itinerar. p. 31. aliique. Ex domeſticis i. e. Marchiæ ſcriptoribus huc pertinent NIC. LEVTINGERVS opp. p. 402. ANDR. ANGELVS in annalibus March. p. 32. HENR. SCHMIDIVS l. c. p. 14. Reuerendus quidem G. C. ROTHIVS in diſquiſitione de nominibus vocabulisque, quibus medicos veteres Germani appellarunt, ex Crodone hoc rei herbariæ medicæque præpoſitum effingere ingenioſe contendit: dubito autem, an multos habiturus ſit hac in re ſecum ſentientes. Magis vero arrident, quæ de *Crodone* Summe Reuerendus IO. RVDOLPHVS NOLTENIVS in diſquiſitione de Gardelegia ſuperſtitioſa collectioni Palæo-Marchicorum II. p. 163 inſerta hoc de argumento profert, vbi Crodonis & Iſidis cultum Gardelegienſibus plane incognitum fuiſſe coniecturis haut vanis docet.

§. IV.

Flins (etiam *Flint* vocatur) occurrit apud ARNKIEL l. c. Part. I. p. 86. SCHEDIVM l. c. p. 126 & LVDEWIGIVM l. c. p. 533.

§. V.

Hertham, vel HERTHVM, (quem nonnulli *Iſidem* fuiſſe exiſtimant) deſcribit dictus ARNKIEL l. c. Parte I. p. 79 SCHEDIVS l. c. p. 221. KEYSLERVS in antiquitatibus ſeptentrionalibus & Celticis p. 80. & ex noſtris ANGELVS l. c. p. 10 itemque SCHMIDIVS l. c. p. 14 qui vero proximum Gardelegiæ *Iſidis* caſtel-

castellum a LEVTINGERO appellatum male *Isenburg* vocat: vocatur enim *Isernschnibbe*.

§. VI.

Ioduta commemoratur a SCHEDIO l. c. p. 725. Conf. etiam GERHARDI A MASTRICHT disquisitionem bibliothecæ Bremensis Class. VII. Fasc. III. insertam p. 510. & THEOD. HASAEI de *Ioduta* Paralipomena ibid. Fascic. V. p. 906. Ipse ego aliquot annis abhinc oratione solemni de idolo Marchiæ *Ioduta* exposui, quæ vero nondum impressa est. Elegantissima quoque exstat dissertatio Cl. Viri IO. LEONH. FRISCH miscellaneorum Berolinensium Tomo III. p. 195 sub tit: etymologia clamoris publici *Iodute*. Adde HENR. VAGEDES opera academica pag. 283. Taceo, quæ ALB. KRANZIVS in Saxonia, libro V. cap. 36 & PETRVS ALBINVS *in der Meisnischen Berg- vnd Land-Chronick* de hoc idolo attulerunt. Conf. quoque ANGELVS in annalibus p. 67.

§. VII.

Pronow, siue *Prone*, siue *Prono* pluribus describitur a SCHEDIO l. c. p. 750 seqq. & LVDEWIGIO l. c. p. 539.

§. VIII.

Radegasti mentionem faciunt ARNKIEL l. c. Parte I. p. 82 SCHEDIVS l. c. p. 720 qui *Radagasium* appellat, ANGELVS l. c. p. 20. SCHMIDIVS l. c. p. 17. LVDEWIG l. c. p. 526 sq.

§. IX.

Suantouiti mentionem iniiciunt ARNKIEL l. c. Parte I. p. 86 SCHEDIVS l. c. p. 732 SCHMIDIVS l. c. p. 17. a LVDEWIG l. c. p. 517 sq.

§. X.

§. X.

Trigla multos habuit non tam præcones, quam osores eosque iustissimos. GEORGIVS SABINVS in libello quem de appellatione & situ vrbis Brandenburgi edidit, deastrum hunc describit. Conferantur etiam ANDR. ANGELVS in annalibus p. 309. sq. LEVTINGERVS opp. p. 592. itemque SCHEDIVS l. c. p. 749. SCHMIDIVS l. c. p. 16. DAN. CRAMERVS *im grossen Pommerischen Kirchen-Chron.* Lib. 1. p. 39 & LVDEWIG l. c. p. 532.

§. XI.

Fere dememineram *Solis* & *Freiæ*: a Solis enim cultu *Solquellam* denominari nonnulli sibi persuadent. At enimuero explosa dudum est hæc sententia: quum a salinis nomen huic vrbi contigerit. Confer, quæ hanc in rem supra p. 60. protulimus. De *Freia* multi multa scribunt: vnum illud ex tanta copia hoc loco adducere liceat, maxime me mirari, nonnullos a *Freia* nomen *Freienwaldæ* ad Viadrum deriuare. SCHMIDIVS l. c. p. 11. nota (e) prouocat ad ARNKIELIVM quarundam vrbium nomina a *Freia* deducentem, additque, *zu welchen man auch Freyenwalde an der Oder zehlen könte, dass es so viel als der Freyen ihr Wald bedeuten solte, welches dahin gestellet sey.* Hæsitanter scribit SCHMIDIVS, & admodum ambigue: recte quidem. Neque enim sententiæ istius patronos habiturus est: siquidem satis superque euictum est, errare, qui *Magdeburgum* a *Venere*, *Luneburgum* a *Luna* deriuare sustinent. Idem & de illis dicetur, qui *Freyenwaldæ* nomen a *Freia* deducendum esse arbitrantur.

§. XII.

Recensenda etiam est icuncula ex orichalco confecta cuiusdam Venedorum deastri, quam

(vtrum in Pomerania, an in Marchia Pomeraniæ vicina repertam non attinet inquirere) & repræsentauit, & vberiorem explicationem adiecit RICHTERVS in libello p. 102 §. 8. commemorando p. 12. *Suantiboldi* figuram exhibere is dicit, a Venedis culti, maximoque in pretio habiti, cui aëris clementiam tribuebant.

§. XIII.

Quumque Cl. IOACHIMVS CHRISTOPHORVS BODENBVRGIVS in Programmate (Berol. 1737. 4. pl. 2 ½ prodiit) quod de cultu Deorum commentitiorum edidit, *de veterum Marchiæ incolarum Deastris* §. 38 seqq. quædam protulerit: eius quoque faciendam mentionem duxi.

§. XIV.

Coronidis loco adiungam, quod inter MSCta, quibus MARTINI FRID. SEIDELII bibliotheca quondam instructa fuit, etiam sit collectio de idolis Marchicis, & idololatria Marchicorum. Conf. Catalogus bibliothecæ Plothoianæ Parte II. pag. 834.

CAPVT TERTIVM.

DE VRNIS IN MARCHIA REPERTIS.

§. I. Keysleri recensio eorum, qui de vrnis scripserunt.
§. II. Alii huc pertinentes scriptores generales.
§. III. Scriptores speciales, Goth. Treuerus,
§. IV. Enzelius, Hoyerus,
§. V. Solbrigius, Keyslerus,
§. VI. Rudemannus,
VII. G. S. Treuerus,
§. VIII. Richterus,
§. IX. Begerus, Tenzelius, Zennerus, Manlius, Ieckelius, Seidelius,
§. X. Thurnheisserus.
§. XI. Seidelis thesaurus orcinus. Narratio de vrnis Lichtenbergensibus. Becmannus.
§. XII. Elsfleri consilium de edenda Marchia gentili.

§. I.

§. I.

Rectiſſime pronunciauit eruditisſimus KEYSLERVS in antiquitatibus ſeptentrionalibus & Celticis p. 110 Germaniam collibus ſepulcralibus & vrnis ſub illis inuentis maxime abundare. Elegantiſſima etiam eſt eiusdem recenſio ſcriptorum, qui vrnas collegerunt p. 112 ſq. (Sunt tamen, qui hiſce ſcriptoribus addi poſſunt, nempe IO. HENR. SCHMINCKIVS de vrnis ſepulcralibus & armis lapideis veterum Cattorum Marp. 1714. 4. pl. c. c. fig. LEONH. DAV. HERMANNI Maslographia Bregæ 1711. 4 Alph. pl. 2. c. figg. & CHRIST. NETTELBLADT de variis mortuos ſepeliendi modis apud Suiones & vrnis ſepulcralibus in Pomerania Suetica Roſt. 1727. 4. pl. 7. c. figg.) vbi & Marchicas a BECMANNO & TREVERO collectas meminit.

§. II.

Poterant huc referri, quæ PAVLVS HACHENBERGIVS diſſertatione XII Germaniæ mediæ docte de hoc argumento diſſeruit, itemque VAL. ALBERTI diſſertatio de vrnis feralibus Lipſ. 1628. 4. pl. 3. Conf. etiam *aufgefangene Briefe, zweyte Rauage* p. 879. nec non TENZELIVS in dialogis menſtruis a. 1696. p. 722. Verum non longiores erimus in enarrandis, qui generatim de vrnis expoſuerunt. Ad rem igitur nos conuertemus, ſignificaturi, quinam proſtent de vrnis in Marchia repertis ſcriptores.

§. III.

Primo loco commemorandus eſt GOTTHILFF TREVERVS V. D. M. Francofurtanus, cuius innotuit *Beſchreibung der heidniſchen Todten-Töpfe, in welchen die Heiden ihrer verbrannten Todten überbliebene Gebein und Aſchen aufgehoben, unter*

ter der Erden beygesetzet, vnd bey den itzigen Zeiten in der Chur- vnd Marck Brandenburg hauffen-weise ausgegraben worden. Nürnb. 1688. 4. pl. 7. c. figg. Elegans hic libellus nomen vrnarum, loca, quibus effodiuntur, signa, tempus, & cautiones in effodiendo adhibendas, materiam & figuram, itemque genuinum vrnarum vsum ostendit, additis quibusdam figuris æri incisis, quibus ossuaria maiora & minora, opercula vrnarum, cum vrnarum apparatu culinario, lagenis nimirum vel vtroque vel vno latere ansatis, ollis variorum generum, vrceolis, phialis, aliisque repræsentantur.

§. IV.

In veteris Marchiæ colliculis hinc inde vrnas reperiri, ENZELIVS in chronico p. 34, iam obseruauit. Idque ita se habere multis exemplis edocemur. M. E. HOYERVS in descriptione poëtica agri *Zermundani* p. 12. vrnarum in agro *Mega Gabrzensi*, & finitimo effossarum facit mentionem. *Dergleichen*, inquit, *Todten-Töpfe von blauer Erde gemacht, findet man nicht allein længst der Riviere des Zeren-Grabens auf den Feldern vnd Höhen vielfæltigst; sondern auch vnsere Garzische Gegend ist dauon dermassen angepfropfet, daß man in den sandigten Oertern fast mehr Scherben, als Erde siehet. Vnter andern habe ich angemercket, daß ausser den vrnis simplicibus einige seyn striatæ, noch andere mit den Bildern der Thiere, Löwen, vnd Bæren bezeichnet gewesen. Woraus ich schliesse, daß die schlechte vrnæ vor den plebem, die striatæ vor die Dynastas, die bewapnete vor die Nobiles müssen gewesen seyn.*

§. V.

§. V.

B. DAVIDIS SOLBRIGII relatio erudita de vrnis ſepulcralibus circa vrbem Veteris Marchiæ *Seebuſam* repertis inſerta eſt nouis litterariis Germaniæ, quæ Hamburgi prodierunt, a. 1709. p. 323. Idem SOLBRIGIVS vrnam ſepulcralem affabre eleganterque factam in agro *Neilingenſi* veteris Marchiæ ad coenobium *Arendſeenſe* pertinente a. 1719 menſe Septembri erutam celeberrimo KEYSLERO obtulit, quam laudatus KEYSLERVS deſcribit, eiusque delineationem æri inciſam exhibet l. c. p 511 ſq. ibidemque monumenti ſaxei prope vicum *Höwiſch*, in cuius vicinia plures vrnas erui ſcribit, reperti iconem in tabula oculis lectorum ſubiicit.

§. VI.

De vrnis *Steindahlienſibus*, vel, ſi mauis, *Stendalienſibus* quædam, perpauca tamen habet IVLIVS CONRADVS RÜDEMANNVS in collectione tertia hiſtoricorum palæo-Marchicorum p.412. Fidem dederat de pluribus huc pertinentibus obſeruationibus in poſterum communicandis vir doctiſſimus: verum enimuero morte præuentus fidem datam liberare non potuit. Doleo ſane, vtiliſſimam hanc collectionem, cuius alio loco pluribus verbis mentionem faciemus, interceptam eſſe.

§. VII.

Elegantiſſimus eſt GOTTLIEB SAM. TREVERI celeberrimi viri, Göttingenſium hodie profeſſoris libellus, qui a. 1729 Helmſtadii prodiit, hoc titulo ornatus: *Anaſtaſis veteris Germani, Germanæque feminæ cum integro veſtitu comparentis, quorum effigies rariſſima in vrna prope Potſtampium cum aliis reliquiis hic exhibitis inuenta nunc ex antiquitatum Germanicarum penu vberius explicatur.* 4. pl. 5. c. figg. Summus legionis

 peditum

peditum præfectus de MARWIZ repertum hoc in prædio ſuo Potſtampium adiacente inſigne monumentum celeberrimo HEISTERO, qui morbo vt mederetur, arceſſitus erat, dono dederat: is vero cum TREVERO communicauit. Qui quum curatiore adſeruatione dignam hanc imaginem cum lamina, cui adfixa erat, ex orichalco fuſam, & nunquam forte in vrna tam egregium veterum Germanorum veſtitus documentum fuiſſe repertum iudicaret, doctiſſima commentatione illuſtrauit. Confer Acta Eruditorum Lipſienſia de a. 1730. p. 183. vbi etiam ſimulacri figura exhibetur.

§. VIII.

Vrnas etiam quasdam in agro ad præfecturam *Rampiz* pertinente repertas deſcripſit p. 17 ſq. libellus, cui ſequens titulus præfigitur: *Hiſtoriſche Nachricht von dem Ordens-Amt Rampiz an der Oder, ſowohl den Götzendienſt der alten Wenden, als derer Nachkömmlinge Chriſtenthum betreffend, bey Gelegenheit einiger gefundenen Alterthümer geſammlet von* IO. GOTTFRIED OHNEFALSCH RICHTER Frf. 1740. 4. pl. 6. cum fig.

§. IX.

Vrnas quasdam prope Cotbuſium repertas commemorat MANLIVS *rerum* Luſaticarum libro I. cap. XXIII. §. 1. Ad *Charlottenburgum* effoſſas deſcribunt LAVR. BEGERVS in theſauro Brandenb. Tom. III. p. 471. TENZELIVS in dialogis menſtruis an. 1696. p. 721 ſ. & ZENNERVS in den Nouellen der gelehrten Welt a. eod. pag. 1209. Haud procul *Teltouia* anno 1728 inuentarum vrnarum meminerunt noua publica, quæ Hamburgi publicantur. Pluribus eas deſcribit b. IEKELIVS in Teltographia alio tempore commemoranda. Vrnarum & pa-

& paterarum fictilium *Mülrosii* effossarum SEIDELIVS meminit in thesauro orciuo mox allegando.

§. X.

Nescio, vtrum ea hoc loco etiam commemoranda sint, quae THVRNHEISSERVS aliquoties nobis dictus de vrnis eiusmodi in Lusatia inferiori repertis attulit in libro *Pison* p. 358. Videtur autem bonus ille vir ignorasse, vasa ista, quorum meminit, bustis defunctorum tribuenda esse.

§. XI.

MARTINVS FRID. SEIDELIVS rerum historiam patriam spectantium curiosissimus scrutator hoc etiam in argumento operam suam desiderari noluit. Superest enim, ineditus tamen hactenus, eius sic dictus *thesaurus orciuus Marchicus de vrnis Marchicis bustuariis insonderheit von den irdenen Gefæssen, welche bey den heidnischen Zeiten zu Bewahrung der Todten-Asche gebraucht, vnd itzo noch in der Chur- vnd Marck Brardenburg ausgegraben werden.* Huius thesauri mentionem fecit IAC. a MELLEN in historia vrnæ sepulcralis Sarmaticæ a. 1679 editæ his verbis: *Vrnæ Wandalicæ circa Cotbusium effossæ, quarum sub thesauri orciui titulo accuratissimam ab Ampliss. Viro* M. F. SEIDELIO *descriptionem exspectamus.* In catalogo bibliothecæ Plothoianæ Parte II. p. 825 memoratus nobis liber occurrit. Idem ille vir solertissimus prelo paratum habuit commentarium de vrnis: qui vero in obsidione Sundensi periit. Lemmata capitum huius commentarii, quæ supersunt, hæc sunt: Cap. I. *von den letzten Ehren-Gebräuchen, womit die alten im Heydenthum ihre Todten beyzusetzen pflegen.* Cap. II. *von Beschickung der todten Leichnam vor dem Verbrennen.* Cap. III. *von*

von den vnterschiedl. Arten vnd Geschlechten der Vrnarum. Cap. IV. *von den vrnis bustuariis, oder Asch-Töpfen, derselben Materie, æusserl. Gestalt, vnd andern Zufællen.* Cap. V. *von denselbigen vrnis, darinnen eigentlich die Asche der verbrannten Cörper aufbehalten vnd beygesetzet worden.* Cap. VI. *von den Thrænen-Tæpflein, oder lachrymatoriis.* Cap. VII. *von den Wein-Krügen, simpulis, vasculis vinariis, vnd Becherlein.* Cap. VIII. *von den weiten Schalen vnd irdenen Gefæssen, darinnen man der Zeit das Rauchwerck vnd wohlriechende Dinge, welche mit auf die Brand-hauffen gesetzt worden, zusammen that.* Cap. IX. *von den Lampen, oder lychnis sepulcralibus.* Cap. X. *von den kupfernen Instrumentis, so in den Töpfen, vnter der verbrandten Asche vnd Knochen noch heut zu Tage hæuffig gefunden werden.* Cap. XI. *von Gelegenheit vnd Vmstænden des Orts, da solche Töpfe gefunden werden, vnd wie diese Antiquitæten die Einwohner daselbst aufheben vnd ausgraben.* Cap. XII. *Was für eine Meinung die alten Scribenten etwa von solchen Töpfen oder irdenen Gefässen gehabt.* Eiusdem SEIDELII manu scriptum superest sub titulo: *Protocollum bey Ausgrabung der Töpfe gehalten, da er a. 1666 auf Verordnung Hrn.* OTTEN *Freyherrn von* SCHWERIN *Ch. Brand. Ober-Præsidenten Lichtenberg besehen.* Vicum hunc Francofurto ad Viadrum adiacentem vrnarum plenissimum esse IO. CHR. BECMANNVS in accessionibus ad IVSTI chron. Francofurtanum docuit p. 21 sq.

§. XII.

Omne punctum laturus est Vir Prænobilissimus, CHRISTIANVS GOTTFRIDVS ELTESTERVS, Dicasterii Regii Berolinensis Aulico-Came-

ralis

ralis Secretarius, si, quam parat, *Marchiam gentilem in monumentis & vrnis sepulcralibus*, ediderit. Omnium sane Marchicorum industriam in hoc argumento industriam vincet vir eruditissimus, egregio apparatu, quem cineritium Marchiæ appellat, instructus. Vt de consilio eius aliquantum constet, pace ipsius communicabo, quæ aliquando ad me perscripsit: *Nachdem ich seit einigen Jahren eine sehr grosse Anzahl heydnischer Grabstætten durchgraben lassen; so werde Gelegenheit haben, sowohl der verschiedenen uhralten Begräbnüss Monumenten in der Marck Brandenb. ausführl. Meldung zu thun, als auch der darinnen entdeckten Alterthümer zu gedencken; wohin die Asch- und Leich-Gefässe der Alten, sonderlich ihr Opfer-Geschirr, nebst dazu gehörigen Opfer-Geräthe zu rechnen. Ferner, was theils an weiblichen Schmuck, theils an andern seltenen Alterthümern, sonderlich an Wehr und Waffen der alten Einwohner dieser Gegend von den Alten, den Græbern mit einuerleibet worden.*

CAPVT QVARTVM.

DE MARCHIA CHRISTIANA ANTE REFORMATIONEM.

§. I. Marchia rectiora edocetur.

§. II. Tempus incertum: & dogmata, quibus primi christiani imbuti fuerunt, non satis constant.

§. III. Marchiæ incolæ non omnes eodem tempore Christo nomen dederunt.

§. IV. Superfuerunt quædam paganismi vestigia sensim abrogata.

§. I.

Si coniecturis indulgere vellem, multa hic repeterem, quae de inlatis in Germaniam christianae religionis dogmatibus in vtramque partem a multis sunt disputata. Incerta sunt omnia: certe multis difficultatibus adhuc implicita, quae ab vno alteroque hanc in rem proferuntur. Qui scriptores hoc argumentum illustrantes nosse cupit, adeat IO. ALBERTVM FABRICIVM, cuius salutaris lux Euangelii toti orbi per diuinam gratiam exoriens plurima suppeditabit & docte disputata, & ad gratias Deo O. M. pie agendas idonea, quod cimmeriis paganorum tenebris expulsis rectiora & meliora Germania, nostraque inprimis Marchia est edocta.

§. II.

Quamuis igitur Christo Marchiam nomen dedisse constet: tempus tamen, quo factum illud est, definiri nequit. Neque de dogmatibus, quibus harum regionum incolae, qui inter primos Christi cultores fuere, imbuti fuerunt, satis constat. Perpauca sunt, quae ad notitiam nostram peruenerunt. Contentus igitur sit aequus lector hoc Catone. CHRISTOPHORVS SCHVLZIVS in libro, quem de Gardelegiae incrementis edidit p. 67 priscorum Germanorum symbolum seu confessionem fidei lingua prisca repetit. Veterem enim Marchiam primam harum regionum fuisse, quae Christo nomen dedit, ex eo facile intelligi potest, quod CAROLVS M. in confiniis Marchiae veteris magnum hominum numerum sacro baptismatis fonte in flumine *Obra* dicto tingi iussit. Quod idem in reliquis Marchiae regionibus factum esse ex KRANZII Vandalia libro II. cap. 23. SABINI descriptione verbis Brandenburgi, MICRAELII Pomerania, & domesticis nostris scriptoribus

ptoribus NIC. LEVTINGERO & ANDR. ANGELO discimus.

§. III.

Inprimis lectu digna sunt, quae eruditissimus IO. CHRISTOPHORVS BECMANNVS in oratione saeculari A 2 b. profert, vbi *palaeo-Marchicos* primum, deinde *Meso-Marchiae* & *Prignitiae* incolas, demum *Vkeranos*, & *Neo-Marchicos* fidem christianam amplexos esse narrat. Quod ad *Vkeranos* inprimis attinet, dogmata illis, quos ab erroribus reuocatos in viam veritatis OTTO deduxerat, iniuncta ex ABBATE VRSPERGENSI adfert. Prouocat ad illa SCHMIDIVS l. c.

§. IV.

Quod vero vel circa externa tantum haeserint isti recens facti christiani, vel sanctorum cultui plus iusto dediti fuerint, immo quod ex paganis suis dogmatibus quaedam reseruauerint: de eo nemo, vt spero, dubitabit, qui prisci aeui rationem curatius secum velit perpendere. Quid enim? inter Venedos inprimis non ita multis abhinc annis deastris aliquid pretii statutum esse, si non aliunde constaret, vna *Suantiboldi* imago capite superiori §. vlt. commemorata docere potest, quam quum religioso cultu prosequerentur incolae, diuus FRIDERICVS WILHELMVS Elector Brandenburgicus, ad cuius aures nefaria haec idololatria peruenerat, serio illud agebat, vt, qui rectiora dudum edocti credebantur, coloni, verum Dei cultum cum fictitiorum adoratione commiscere desinerent.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

DE EPISCOPATIBVS MARCHIAE, ET MAXIME BRANDENBVRGENSI.

§. I.

Episcopatus ea lege fundatos esse, vt christianae religionis semina eo felicius, latiusque spargerentur, nemini dubium erit. Idem de Marchiae Episcopatibus dixeris.

§. II.

Si scire cupias, ecquis Germaniae Archiepiscopatus & Episcopatus ad vnum omnes recensuerit, adeas CASPARI BRVSCHII epitomen Noribergae editam, & chronico chronicorum IO. GVALTERI (sub quo nomine IANVS GRVTERVS latet,) ecclesiastico Tomo II. App. p. 1. insertam, & ALB. KRANZIVM in metropoli satis nota: cui adiungendus est CHYTRAEVS, ibi incipiens, vbi KRANZIVS desinit, nimirum ab anno 1500 ad a. 1582. Vterque hic liber KRANZII & CHYTRAEI quum saepius editus sit, varias editiones hoc loco recensendi labore facile possum

poſſum ſuperſedere. GABRIEL quoque BVCELINVS Germaniæ ſacræ & profanæ Tomo I. nec non MELCH. GOLDASTVS in indice ordinum Rom. Imperii, Conſtitutionum imperialium collectioni præmiſſo, itemque IO. CHRIST. LÜNIGIVS ſpicilegii eccleſiaſtici Tomo I. & II. & in continuatione Archiepiſcopatus recenſuerunt. Vt de IO. HÜBNERI quæſtionibus hiſtoricis non dicam, quarum Tomus VIII hic eſt conferendus.

§. III.

Ad *Brandenburgenſem* igitur, ſiue *Brennopolitanum* Epiſcopatum (vtroque enim modo appellatur) quod attinet, de illo conſulendus eſt ANTONIVS PAGI in critica Anti-Baroniana ad annum 987 Chriſti n. 7. Ipſum vero diploma fundationis & dotationis ab OTTONE I. Imp. factæ exhibet LÜNIGIVS in appendice ad Tomum *II.* Spicil. eccleſiaſtici p. 3. item IO. CHR. BECMANNVS in oratione ſæculari, & IO. PETRVS de LVDEWIG T. II reliquiarum p. 397 nec non IVSTVS CHR. THORSCHMIDIVS in antiqq. Plocenſibus p. 43.

§. IV.

Illuſtris Fridericianæ Cancellarius a LVDEWIG Tomo II. reliquiarum p. 395 diploma erectionis epiſcopatus Brandenb. recudendum curauerat. Quumque in illo GERONIS DVCIS ac MARCHIONIS mentio fieret, & ita quidem, vt inter *proceres* referretur; id vero nonnulli ægre ferrent, immo alii plane negarent eiusmodi diploma exſtare, in quo GERO *Ducis* ac *Marchionis* nomine inſignitur: IO. FRIDERICVS IOACHIM I.V.D. γνησιώτητα huius diplomatis & ſententiæ LVDEWIGIANAE vindicauit in commentatione iuris publici de *Ducatu Brandenburgico, qua iura Ducatus Brandenburgici*

burgici ab obiectionibus HORNII, GRIBNERI, BERGERI, HECHTII *aliorumque ex plenæ fidei diplomatibus, genuinis historiæ fontibus, ac iuris publici principiis vindicantur Hal. 1738. 4. pl. 8.* Huc pertinentia, & ipsa quidem diplomatis OTTONIANI verba quædam lector deprehendet in commentatione, quam dixi, p. 32. s. De ipsa controuersia, quæ inter doctissimos viros disputata est, fortasse alio loco plura proferemus.

§. V.

Seriem episcoporum præter HÜBNERVM Tomo VIII. exhibet NATHAN. REINH. SCHAEFFER in der Kirchen- vnd Reformations Historie der Stadt Brandenburg p. 32 & diarium, quod Berolini superiori anno prodiit, sub titulo: *Potsdammische Quintessentz* n. 71 seqq. Nec prætereundus est ANGELVS, qui in Annalibus p. 51 seqq. vnum alterumque de hoc Episcopatu adfert. Confer etiam LEVTINGERVM in operibus passim e. g. p. 34. 1124. 1131 & alibi, nec non GARCAEVM p. 341 itemque IVSTVM in descriptione Marchiæ supra all. cap. VII. De HIERON. SCVLTETO, quo cum b. LVTHERVS frequens aluit litterarum commercium, habent quædam lectu non indigna S. R. LOESCHERVS in den vollstændigen Ref. Actis T. I. p. 482 & T. II. p. 172 item Cel. KAPPIVS in der Sammlung von Ablass p. 386.

§. VI.

Vnum est, quod maximopere opto: nimirum vt celeberrimi viri ALPHONSI DE VIGNOLES historia episcoporum Brandenburgensium prodeat. Prelo illa dudum est parata: nescio autem, qui factum fuerit, vt hactenus latuerit, atque in hunc vsque diem lateat. Eruditissimo auctori, qui ante hos triginta annos ecclesiæ gallicanæ Brandeburgi pastorem

ſtorem egit, tabularium Reuerendisſimi Capituli perluſtrandi copia data eſt, quod pro indefeſſo ſtudio, & inſigni, qua pollet, rerum harum peritia in rem ſuam egregie conuertit, hiſtoriamque ſuam tot diplomatibus exornauit, vt nullus dubitem, hoc ipſum opus vniuerſæ Marchicæ hiſtoricæ lucem egregiam affundere poſſe.

§. VII.

Eſt ad manus *Synodus Brandenburgica* a. 1380 VII die Martii celebrata MSC. Capita hæc ſunt (1) *de habitu extra diuina officia, de tonſura & abſtinencia* (2) *de habitu in diuinis officiis, de continencia, de armis, & negociacionibus,* (3) *de horis dicendis, & reſidencia in beneficiis,* (4) *de miſſis celebrandis, altaribus, calicibus, vaſis, & aliis indumentis,* (5) *de pluribus miſſis celebrandis, vna die & verbis ſuper hoſtiam & calicem exprimendis & hoſtia elevanda* (6) *de baptiſmo & compaternitate,* (7) *de confirmacione, compaternitate & criſmate* (8) *de compaternitate matrimonium impediente,* (9) *de extrema Unccione* (10) *de cuſtodia Eukariſtie & aliorum ſacrorum* (11) *de Matrimonio & Conjugatis (de Copulacione)* (12) *de Confesſione, & generibus & circumſtanciis peccatorum & de numero perſonarum.* (13) *In quibus Penitentes ad Epiſcopum remittuntur,* (14) *de Penitentia, de Abſolucione, & Confeſſione audienda & detegenda,* (15) *de Excommunicatorum abſolucione a ſuperioribus & in mortis articulo,* (16) *de Jejunio, de Feſtivacione & Excommunicatis & Oracionibus,* (17) *de excommmunicatis vsque ad mortem, de communione*

nione Usurariorum, Raptorum, & sepultura, (18) *de ecclesiarum redditibus, Campanis & Ornamentis, de Patronis & rebus bonisque decedencium Clericorum* (19) *de Plebanis Vicariis & eorum Ministris, (de pluribus beneficiis, pensionibus, ancillis, & earum precio)* (20) *de Institucione, absentia, locacione & libris Ecclesiarum & presbyterorum, fideiussione, confessione, missa, questoribus, excommunicatis & synodo* (21) *de quibusdam festis transponendis.* (22) *Que festa vsque ad meridiem, & que per totum diem festiuentur.* (23) *de plebanis, Altaristis, & Cappellarum Rectoribus* (24 - 26) *de eodem* (27) *de penis inobediencium Altaristarum & Rectorum Cappellarum.* (28) *Item de pena statutorum Synodalium.* Finiunt hæc statuta sequentibus verbis: *scriptum anno Domini* M CCCC XXXIIII *in Rezow.*

§. VIII.

Statuta synodalia Brandenburgens. ditionis Lipsiæ 1489. impressa in catalogo bibliothecæ SEIDELIANAE Berolini a. 1718. diuenditæ, & in indice quidem MSCrorum occurrunt: quæ indicanda hoc loco duxi, licet certi quicquam de illis dicere non possim, quum videre illa mihi non contigerit.

§. IX.

Paralipomena quædam capiti huic colophonem imponant, quibus historiam & episcopatus & episcoporum aliqua ratione illustrari posse credo. In apparatu librario, quem Societas Regia Scientiarum Berolinensis possidet, est etiam collectio diplomatum a vidua IAC. PAVLI GVNDLINGII redemta. Quum igitur lustrare illa mihi licuerit: quæ huc facere

facere videntur, ſecundum ſeriem anorum indicabo

(a) a. 1051. DANCWARDO epiſcopo Brandenb. HENRICVS IV. Imp. mercatum, monetam &c. in loco *Vrſleue*, & in pago *Northuringia* & in comitatu *Luitbere* concedit. Conf. etiam LVNIGII ſpicil. eccleſ. continuationis III. continuationem pag. 3.

(b) a. 1155 teſtatur WICHMANNVS Archi-Epiſcopus Magdeb. ſe a WIGERO Epiſcopo Brandenburgenſi rogatum conſecraſſe baſilicam in monte *Lizeke* præſente Marchione ALBERTO, eius vxore, & ſex filiis.

(c) a. 1166. WILLMARVS epiſcopus Brand. canonicos ordinis Præmonſtratenſ. auxilio WICHMANNI Archiepiſcopi Magd. & ALBERTI OTTONISq. filii eius Marchionum Brandenb. in caſtrum Brandeb. recipit.

(d) a. 1167 Succeſſor SIFRIDI epiſcopus Brandenb. Monaſterium Auguſtin. in monte *Lizeke* confirmat, eiusque poſſeſſiones ſpeciatim recenſet.

(e) a. 1179. OTTO Marchio eccleſiæ cathedrali in Brandenb. poſſeſſiones confirmat, easque ſingulas recenſet.

(f) a. 1200. 15 Cal. Apr. COELESTINVS Papa Epiſcopo Brandenburgenſi vſum mitræ, annuli, chirothecarum, & ſandaliorum diebus ſolennibus indulget.

(g) Eod. anno 12 Cal. Aug. INNOCENTIVS Papa Epiſcopo Brandenb. indulget, vt nullus delegatus, vel ſubdelegatus executor in illum ſeu in eius eccleſiam, exſecrationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias absque ſpeciali mandato promulgare valeat.

(h) Eod. anno & die INNOCENTIVS Papa cauet de non obtrudendis Capitulo Brandenburgenſis

ecclesiæ Canonicis, vel per ſe, vel per Apoſtolicos legatos.

(i) a. 1254. 15 Cal. Dec. PETRVS Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus donationem Capellæ in Brandenburg, a Marchionibus Epiſcopo conceſſæ, ratificat.

(k) a. 1255. 5. id. Dec. IOHANNES & OTTO Marchiones Brandenb. eccleſiæ B. PETRI in Brandenburg collationem Parochiæ *Cotſin* ab ipſorum patre factam confirmant, & de nouo quædam indulgent.

(l) a. 1415. FRIDERICI Electoris transactio inter Præpoſitum & Capitulum Brandeb. & ciues nouæ Ciuitatis Brandenb.

(m) a. 1467. Pacificatio inter Abbatem *Leninenſem*, & Senatum ciuitatis Brandeburg facta a DITERICO Epiſcopo Brandeb.

(n) a. 1474. ARNOLDI Epiſcopi Brandeb. confirmatio fundationis altaris in ciuitate Brandenb.

§. X.

Coronidis loco id notari velim, quod in PFEFFINGERI Vitriario illuſtrato T. I. p. 1229 & celeberrimi CHRIST. SCHOETTGENII diplomat. Nachleſe zur Sæchſiſchen Hiſtorie Parte III. p. 427 quædam epiſcopatum hunc ſpectantia reperiantur.

CAPVT SEXTVM.

DE MISSALIBVS ET BREVIARIIS ECCLESIAE BRANDENBVRGENSIS.

§. I. Introitus.
§. II. Miſſale quid?
§. III. Breuiarium quid?
§. IV. V. VI. VII. Miſſalia Brandeburgenſia.
§. VIII. Nocturnale.
§. IX. Breuiarium Brandenb.
§. X. Miſſale, cuius uſus poſt puriora ſacra obtinuit.

§. I.

§. I.

Dum *missalia* & *breuiaria* recensere animus est, iuuabit paucis præmittere, quid *missale*, quidque *breuiarium* sibi velit. Neque id facerem, nisi quidam, a quo vt eiusmodi libros ecclesiasticos ex celebri quadam bibliotheca procuraret, *missilia* me petere existimasset.

§. II.

Missale, vt paucis dicam, immo vt verba SCHMIDII in lexico antiquitatum ecclesiasticarum p. 121. repetam, *est liber ecclesiasticus, in quo continetur missarum officium a* ZACHARIA P. P. *primum compositus, deinde a* GREGORIO M. *in meliorem formam redactus*, cui SACRAMENTARII, *seu* LIBRI SACRAMENTORVM *titulum imposuit.* MISSALE PLENARIVM, item PLENARIVS *est liber ecclesiasticus, in quo Euangelia & Epistolæ pleniter continentur.*

§. III.

Breuiarium eodem SCHMIDIO interprete l. c. p. 98 *est liber, totum officium diurnum & nocturnum in compendio exhibens. Ante Micrologum, qui circa annum 1080 vixit, vox illa hoc sensu non legitur.* Quod *breuiarium* plerumque dicitur, *cursus* etiam vocatur, siue, vt idem SCHMIDIVS l. c. p. 197 adnotauit, *officium ecclesiasticum, seu series orationum, psalmorum, hymnorum, & ceterarum precationum, quæ quotidie in ecclesia decantantur.* Hæc dum scribo, incido in CHRISTOPHORI HENDREICH aliquoties iam laudati pandectas Brandenburgicas, qui p. 727 breuiaria quædam eorumque editiones enarraturus hæc præmittit: *Breuiaria sunt libri Romano-Catholici, quibus diuinæ laudes recitantur, & lectiones sacrarum scripturarum ac vitæ sanctorum seu eorum com-*

memorationes & formulæ precum continentur. Varia pro variarum familiarum religiosarum ordinibus habentur. Hactenus HENDREICH, cui similia habet NIC. PETR. SIBBERN, qui in elegantissimo libello de libris latinorum ecclesiasticis, *tanta*, inquit, *breuiariorum pro discrimine prouinciarum & ecclesiarum est diuersitas, vt ordinem in iis recensendis seruare, confusionemque euitare admodum sit difficile.*

§. IV.

Præmissis hisce ad missalia & breuiaria ecclesiæ Brandenburgensis, quæ videndi facultas mihi data est, enumeranda conuertor. Primum quod vidi, missale, ita inscribitur: *Incipit ordo Missalis in consuetudinem ecclesiæ Brandenburgensis cum officiis nouis tam de tempore, quam de festis.* Clausula hæc est: *Missalis Brandenburgensis tam de tempore dominico ac feriato quam de sanctis variatis quoad officia etiam variationem festorum mobilium impressi architectonica arte ciuis Nurenbergensis Georgii Stochs precedente correctione solerti decimo nono die ante Kalendas sextiles anni incarnati verbi intelligibilis millesimi quadringentesimi supra n[illegible]gesimum quartum. Finis adest ad intellectionem essentie diuine ac fruitionem eiusdem adipiscendam in futura patria, vbi cessat motus.*

§. V.

Alterum ita inscribitur: *Missale secundum rubricam ecclesie Brandenburgensis.* Finis hic est: *Diuini cultus conseruandi & amplificandi causa gratiosus simul & religiosus Diocesis Brandenburgensis Episcopus* HIERONYMVS *sacerdotalis ministerii libros, qui Missalia vulgo appellantur, a variis mendis repurgatos curauit imprimi Lipsiæ in*

in officina Melchioris Lotheri Calcographi diligentissimi sumptibus & impensis prouidi viri Ioachimi Lor ciuis Magdeburgen. Anno a reconciliata diuinitate millesimo quingentesimo decimo sexto. fol. Prodiit quoque Basileæ a. 1518. die IV mensis Septembris in officina *Magistri Iacobi de Pforzheim.*

§. VI.

Vidi etiam Missale Brandenburgense, cuius priora folia desiderantur. In medio circiter libri hi versus leguntur:

Lux doctrinarum vires custodit earum
Brandenburgenses ritus vt noscere possit,
Clericus Arnoldi qui pastoralia curat,
Impressorque sagax vt cernis dat sibi lucem
Deuiat ac errat non seruans subditus illi.

Sexdecim ferme foliis a fine hi exstant versiculi:

Ad summi laudem perfecta caractere diuo,
Et decus omnipotis & cleri commoditatem,
Communisque rei pressura nouella Magistro,
Artis pressiue diluxit Bartholomeo,
Gothan. preuigili studio correcta. caducis
Impolluta notis. blandissima visibus. apta
Non obnoxa quidem. fotis prefausta. celebri
Edepol ecclesia poscente Metropolitana
Magdeburgensi primatu digne corusca,
Inter Germanos. regnis fultos duodenis,
In quis pregraditur. romano presule dante
Ob pacis merita. prius instigante benigno,
Imperio domini Petri Molitoris ibidem,
Famati. quorum centena fauore magister,

Quinque modo dictus missalia duxit ad vnguem
Cui Lucas brandis operam dedit arte preclarus
De cuius manibus apicum defluxerat amnis
Anno milleno domini simul octuageno
Centenoque quater. desit sibi tartarus ater.

§. VII.

Vltimo loco pono missale quoddam in membrana elegantissime scriptum, quod in bibliotheca Mariana Berolini adseruatur, foliis CCXXIV constans. Dolendum sane, primum & penultimum folium desiderari. Quamuis autem deficiant illa, adeoque & titulus, & initium clausulæ, quæ codicibus antiquis adiici solet, desideretur: volui tamen ea communicare, quæ in vltima pagina leguntur - - - *Dominus in Christo pater & Dominus Dominus* VALENTINVS *huius Monasterii Lehenninensis abbas dux & rector perpendens nec turpe ducens illorum imitari vestigia imagine prothotipi presentem librum ad laudem & gloriam astripotentis eiusque pie matris intemerate semperque intacte virginis Marie scribi & perfici instituit per honorabilem virum dominum* VDALRICVM BARDT *plebanum in* Grabow *fideli examinatione peruisum atque meliori quo potuit caractere diuinis auspiciis fauentibus scriptum exaratum atque finitum. Anno humane restaurationis millesimo quingentesimo decimo sexto quarto Kalendas Aprili.* VALENTINVS GÖDICKE SANGKMEISTER *hat dieses Buch bey der Herzogin von Lüneburg erbeten, vnd wiederum in der Marien Kirche gegeben. Anno Domini 1587.* Brandenburgense autem hoc Missale esse, inde patet, quod monasterium Lehninense Episcopo Brandenburgensi subiectum fuit, inque

inque ipsius b. LVTHERI epistolis ab AVRIFABRO collectis Tomo I. p. 4. legitur, quae trigesima secunda est ad SPALATINVM data, qua refert, *Abbatem Leninensem nomine & vice Reuerendissimi Episcopi Brandenburgensis* accessisse, & literas attulisse, eiusdemque mandato quaedam retulisse cet. Quum vero Ducis Luneburgensis mentio fiat, a qua VALENTINVS GÖDICKE missale impetrauit, eius nomen addendum existimaui. Erat illa *Elisabetha Magdalena* Diui IOACHIMI II. Electoris filia FRANCISCO OTTONI Duci Luneburgensi a. 1359 nupta, & anno 1595 mortua.

§. VIII.

Huc porro spectat spissum satis volumen in forma octipertita, quod in bibliotheca Guelferbytana cernitur, in cuius extremo haec leguntur verba: *Nocturnale iuxta Ecclesie Brandenburgenn. morem: fidelique examinatione peruisum. ac actore* GEORGIO STVCHS *de Sulzpach: Ciuis Nurnbergenn. secundum ordinarium ac Rubricas supra dicte Ecclesie: meliori impressum caractere. Anno Natiuitat. Christi* MCCCCXCVI *Nonis vero Septembr. Finit feliciter.*

§. IX.

Pariter huc referri meretur *breuiarium Brandenburgense*, quod sub initium repurgatorum sacrorum impressum, atque a STEPHANO episcopo Brandenb. confectum esse celeberrimus VIGNOLIVS existimat. Plurima in breuiario ecclesiam Brandenburgensem vnice spectant, e. g. f. 4. *Hic tamen quidam temere contra breuiarii nostri ordinationem Ann. sede a dextris dicere consueuerunt.* l. 2. *Hoc die est consuetudinis, vt fratres, qui Psalmos sciunt, Psalterium ex integro persoluant.*

§. X.

Atque hæc ſufficiant de libris eccleſiaſticis in vſum eccleſiæ Brandenburgenſis ante emendationem ſacrorum adornatis. Poſt redonatam noſtris terris euangelii lucem chorus Brandenburgenſis miſſale adhibet, cuius titulus ita ſe habet: *Miſſale h. e. Cantica, preces & lectiones ſacræ, quæ ad Miſſæ officium, ex pio primæuæ Eccleſiæ inſtituto in templis chriſtianorum cantari vſitate ſolent, in communem Eccleſiæ Dei vſum & vtilitatem collectæ, ac in duas partes ordine diſtributæ a* MATTHAEO LVDECO, *eccl. cathedralis Hauelbergenſis Decano. Witteb. 1589. fol.* Pars prima 342 poſterior 72 folia grandioris formæ continet. Eiusdem LVDECI *Veſperale & Matutinale, h. e. cantica, hymni, & collectæ, ſiue precationes eccleſiaſticæ, quæ in primis & ſecundis veſperis, itemque matutinis precibus, per totius anni circulum in eccleſiis & religioſis piorum congreſſibus cantari vſitate ſolent, notis rite applicatæ, & in duas partes ordine digeſtæ* ib. eod. continens folia 267. Adiicitur *Pſalterium Dauidis, iuxta veterem translationem, vna cum antiphoniis & Pſalmorum tropis: in ſeptem partes ad numerum dierum vnius hebdomadæ digeſtum, & ad matutinas, & veſpertinas preces accommodatum ib. eod.* DAVIDEM CHYTRAEVM præfationem luculentam, qua de origine & qualitate Pſalmodiæ eccleſiaſticæ, aliisque LVDECI theologicis & hiſtoricis ſcriptis expoſuit, præmiſiſſe SCHÜTZIVS auctor eſt in elegantiſſimis de vita CHYTRAEI commentariis Parte III. p. 240: verum in meo exemplo hæc præfatio deſideratur. CHYTRAEVM tamen id promiſiſſe patet ex ipſius epiſtolis: ibi enim p. 709 ſcribit: *Pſalmodiæ Veſtræ encomium, quod*

& Mu-

& Musicæ, ad Dei celebrationem inprimis referendæ & veterum collegiorum, quæ ad Canonis scripturæ sacræ lectionem ac propagationem & quotidianæ inuocationis Dei & gratiarum actionis exercitia olim instituta fuerunt, & vestræ pietatis ac virtutis ad veterem formam, collegium illum reuocantis, laudes complectatur, accuratius elaboratum præfigam. Vberiorem huius libri recensionem suppeditabit diarium theologicum, nomine relationum innoxiarum notissimum a. 1706 p. 131. vbi multæ a LVDECO adspersæ doctæ obseruationes, quæ insignem rituum veteris ecclesiæ notitiam produnt, non sine lectorum, harum rerum cupidorum voluptate recitantur. Libris rarioribus hoc LVDECI opus merito accensetur. Ceterum nescio, qui factum sit, vt huic LVDECO in Cel. PFAFFII disquisitione de liturgiis, missalibus, agendis, & libris ecclesiasticis (quæ primæ institutionum historiæ ecclesiasticæ editioni a. 1721 adiungitur) p. 53 missale Wittebergense an. 1488. Wittebergæ editum tribuatur, idemque ille LVDECVS Cardinalis & Ecclesiæ Hauelberg. Episcopus vocetur. Neutrum horum ita se habet. Fuit LVDECVS ecclesiæ Hauelbergensis Decanus, anno 1606 ibidem defunctus: idque ipsum certo scio. Cardinalitiam autem & Episcopi dignitatem numquam obtinuit, immo nec an. 1488 in viuis fuit. Accedit, Wittebergensem ecclesiam sub episcopatu Brandeburgensi fuisse: id quod vel ex historia LVTHERI satis constat: adeoque nec vnquam exstitit, immo nec exstare potuit missale Wittebergense. Confer, si placet, quæ de hoc LVDECO congessi in opusculis hist. March. illustrantibus parte XVI p. 44.

CAPVT SEPTIMVM.

DE EPISCOPATV HAVELBERGENSI.

§. I.

Hauelbergensem ecclesiam, (quæ etiam, licet minus recte, *Hauelburgensis* dicitur) quod spectat, diploma fundationis ab OTTONE I. Imp. factæ exstat apud LÜNIGIUM Tomo II. spicilegii ecclesiastici App. p. 80. Inseruit illud etiam HENR. SCHMIDIUS l. c. p. 34. Confer quoque de hoc Episcopatu IUSTUM l. c. cap. VII. & PEFFINGERI Vitriarium illustratum T. I. p. 1230.

§. II.

Catalogum Episcoporum Hauelbergensium præter CHYTRAEUM in chronico Saxoniæ p. m. 139. 247. 492. & HÜBNERUM l. c. p. 902 exhibet illustris IO. PETRUS a LUDEWIG Tomo VIII. reliquiarum omnis æui diplomatum ac monimentorum p. 263 sub titulo: *Anonymi catalogus Episc. Hauelb.* cum diplomatibus ac sigillis ab a. 946 ad annum 1600. Non vero anonymus est, sed latina modo lingua donatus liber, quem vernacula conscripsit Senator & Secretarius Wittstochiensis, IOACHIMUS CONRADUS STEINIUS, sub titulo: *epitome historica episcoporum Hauelbergensium.* Quum

Quum vero libellum hunc dignum iudicarem, qui in plurium manibus esset: recudendum eum decennio abhinc curaui, meisque opusculis historiam Marchicam illustrantibus inserui, vbi parte XIII. a p. 46 ad p. 145 exhibetur. In præfatione STEINIVS fatetur, se HENR. HAVECKENTHALII verum & veterem codicem vernaculum ineunte sæculo XVI scriptum adhibuisse, ipsoque curiæ archiuo vsum esse. Opusculum istud STEINII vt olim, ita adhuc hodie manuscriptum circumfertur, & a nonnullis inter bibliothecæ cimelia refertur. Vidi nuper libellum manu cuiusdam descriptum hoc titulo ornatum: *von den Hauelbergischen Geschöpfen.* Lepidus hic error obrepere facile potuit, librario non attendenti. Legebat enim fortasse: *Bischöpfe* more scribendi nunc obsoleto: & inde vocabulum *Geschöpfe* effinxit.

§. III.

Pertinet quoque ad episcopatus Hauelbergensis historiam GEORGII STRVBII *epos memorabile in nucleo sistens omnes & singulos Episcopos, qui per V fere secula ecclesiæ cathedrali Hauelb. in Papatu præfuerunt, illosque repræsentans, qui hoc ipso tempore ad clauum venerabilis eiusdem Capituli sedent. Stendaliæ* 1692. 4. pl. 6. Recudendum etiam hunc libellum curaui, opusculis meis insertum Parte XVII. a p. 34 vsque ad p. 95. Cumque ex bibliotheca PLOTHOIANA apparatus quidam diplomatum ad historiam Episcoporum Hamburgensium pertinens obtingeret, eumdem opusculis inserendum curaui Parte XVI a p. 86 ad p. 148.

§. IV.

Denique nec prætermittendus est ANGELVS in annalibus, qui non de fundato solum episcopatu p. 47 disserit, sed passim quoque de episcopis ipsis quædam

quædam adfert lectu non indigna. Legi etiam merentur, quæ NIC. LEVTINGERVS p. 261 & 264 de WALWITIO Episcopo & PETRO CONRADI Decano, p. 1125 & 1127 vero de ANSELMO, WEDEGONE, & WILHELMO Episcopis, itemque IVSTVS l. c. hanc in rem habent. Exstat etiam in manibus heredum b. CAROLI ANDR. HENNINGS historia Episcoporum Hauelbergensium nondum impressa, quam auctor multo studio elaborauit: id quod ex specimine eius intelligitur, quod a. 1725 edidit, inscriptum: de ANSELMO celebri quondam ecclesiæ Hauelbergensis Episcopo Berl. fol. pl. 2½.

§. V.

Hæc scribenti mihi amicus superuenit, referens, se in bibliotheca Augusta, quæ Guelferbyti est, oculis vsurpasse *ordinem Episcoporum Hauelbergensium* MS. itemque *articulos oblatos Episcopo Hauelbergensi per duos Doctores Theol.* HEN. TAKE & HEN. ZOLTE, *nomine Archiepiscopi Magdeb.* MSC.

§. VI.

In collectione opusculorum historiam Marchicam illustrantium eiusq; Parte XVII exhibetur apparatus diplomatum ad historiam episcoporum Hauelbergensium pertinentium, a p. 86 vsque ad p. 148. In hoc apparatu occurrit (1) CONRADI II. Imp. diploma continens confirmationem donationum ecclesiæ *Hauelb.* ab Impp. factarum de a. 1150. p. 128. (2) OTTONIS I. Marchionis Brand. donatio villarum *Dalekow* & *Drusedow* & dimidiæ villæ *Losson* omnisque iuris in tribus domibus ecclesiæ *Hauelbergensi* competentis *Withemore*, *Clodene*, & *Burstele* facta a. 1170. p. 140. (3) CASIMIRI Pomeranorum Principis dipl. quo ecclesiæ *Hauelberg.* villæ quædam donantur de a. 1170. l. c. p. 140. (4) FRIDERICI I. Imp.

Imp. diploma eiusdem tenoris de a. 1179. l. c. p. 134. (5) ALBERTI Marchionis donatio villarum *Borch* & *Cowale* eidem ecclesiæ facta an. 1208 p. 108. (6) OTTONIS PII donatio villæ *Dobrekow* episcopis Hauelberg. facta a. 1267. p. 110. (7) IOHANNIS, OTTONIS, & CONRADI March. Brand. venditio mansorum in silua *Rodane* apud villum *Studenitz*, item omnium agrorum ad aquam *Grabenitz* sitorum Episcopo *Hauelberg*. facta a. 1274 p. 123 (8) Eorundem Diploma, quo villam *Slauicalem* prope *Gumtbouwe* exstructam *Hauelb.* ecclesiæ propriam libertate a stationibus & exactionibus donauerunt de an. 1275 p. 117. (9) OTTONIS & CONRADI March. Br. diploma, vi cuius ecclesiæ *Hauelberg*. bona a qualibet exactoria petitione liberantur de a. 1282 p. 113. (10) Eorundem Dipl. quo villa *Klodene* ad eccl. Hauelb. spectans, cum villis *Kumernitz* & *Preddin* permutatur de a. 1284. p. 115. (11) OTTONIS, CONRADI, HENRICI, IOANNIS, & OTTONIS iun. Marchionum Brand. venditio & donatio terræ *Bellyn* cum ciuitate eiusdem nominis, & adiacentibus villis *Tarmow*, *Hackenberge*, *Lynum*, *Degeste*, Episcopo Hauelberg facta a. 1294 p. 125. (12) WOLDEMARI Marchionis Br. & Lusatiæ, quo omni petitioni circa fines terræ *Bellyn* in fauorem ecclesiæ *Hauelberg*. renunciat, & eos vult obseruari limites, qui in priuilegiis dictæ ecclesiæ inueniuntur expressi pag. 127. (13) OTTONIS & HERMANNI March. Brand. donatio conditionata oppidi *Lenz* cum pertinentiis ecclesiæ Hauelb. facta a. 1298. p. 122. (14) LVDOVICI Rom. Imp. diploma continens confirmationem donationum ecclesiæ *Hauelb.* factarum de a. 1337. p. 145. (15) IOANNIS Episcopi *Hauelberg*. Dipl. continens fundationem IV commendarum, pro celebranda missa quotidiana in capella castri *Wittstock* in honorem B. M. Virg. a. 1519. p. 86.

§. VII.

§. VII.

Inter diplomata, quae IAC. PAVLVM GVNDLINGIVM collegisse, superiori capite significaui, sunt quaedam, quae historiam episcoporum Hauelbersiam illustrare mihi videntur. Huc pertinent sequentia:

A. 1172. WICHMANNVS Archi-Ep. Magdeb. monasterii *Iericbow* sub episcopatu *Hauelbergensi* fundationem confirmat, omnesque eius possessiones recenset.

A. 1252. IOANNIS Episcopi *Hauelb.* indulgentiae omnibus deuote sanguinem Christi in ecclesia *Stepenitz* salutantibus, ac sacrificio debito venerantibus collatae.

A. 1275. 6. Cal. Mart. HENRICVS eccl. *Hauelb.* Episcopus ciuitati *Wittstock* totum forum, & quicquid circa illud aedificatum est, vendit, libertatem (vulgo *Innung*) donat, & praedecessorum priuilegia confirmat.

A. 1277. 8. Cal. Ian. OTTO & ALBERTVS Marchiones Brand. HENRICO Episcopo *Hauelbergensi*, quicquid inter villam *Babyz* vsque in paludem eiusdem nominis versus ciuitatem *Wittstock* habetur, donant.

A. 1352. Bischofs BVRCHARD von *Hauelberg* Bestättigung eines Verkaufs gewisser Einkünfte einer Capelle vor der Stadt *Kyritz*.

A. 1438. CONRADVS Episcopus *Hauelb.* ciuitati *Wittstock* pagum *Rackstede* confert.

A. 1464. WEDEGO Episc. *Hauelb.* refert bullam, qua CALIXTVS Pontifex mutationem capellae ad S. Spiritum in monasterium monialium ordinis S. Benedicti concedit.

§. VIII.

§. VIII.

Spicilegii loco adiungere liceat, indulgentias a CONRADO Episcopo *Hauelb.* coenobio *Marien Ebe* ordinis Carthusiensis prope *Rostock* concessas legi im Rostockischen Etwas a. 1738 p. 476 seqq.

CAPVT OCTAVVM.

DE MISSALIBVS ET BREVIARIIS ECCLESIAE HAVELBERGENSIS.

§. I.

Primo hic recensendus videtur *liber officiorum ecclesiasticorum pro ecclesia Hauelbergensi* MS. in bibliotheca Guelferbytana.

§. II.

In bibliothecae SEIDELIANAE catalogo iam supra commemorato p. 17 occurrit *breuiarium ecclesiae Hauelbergensis* 1568: quam vero editionem non vidi.

§. III.

Lipsiae quoque in officina Melch. Lotheri *breuiarium ecclesiae Hauelbergense* impressum esse constat 1511. 8. nec non aliud quoddam, quod inscribitur: *Cursus variis cum vigiliis & orationibus secundum rubricam Diocesis Hauelbergensis* Liptzk 1523. 12.

§. IV.

§. IV.

Inprimis vero commemorari meretur ſic dictus *breuiarius Hauelbergenn.* Incipit: *Ad honorem ſancte Marie virginis, ſanctique Laurentii, ceterorumque Patronorum in* HAVELBERG *incipit breuiarium ſecundum rubricam* HAVELBERGEN. *pro communi clero eiusdem dioceſis.*

Finit: Impreſſum *Magdeburgk* per IACOBVM WINTER anno domini milleſimo quingenteſimo vndecimo (1511) 4. pl. 30.

§. V.

Vt conſtet, cuius auſpiciis liber hic fuerit conſcriptus, iuuabit ipſa IOANNIS Epiſcopi verba hic repetere: *Iohannes (Schlabberndorf) Dei gratia epiſcopus* HAVELBERGENN. *Prophetarum precipuus pſalmiſta de fructu labiorum ſuorum ſacrificium laudis offerens in ſpiritu gratulabatur & dixit. Septies in die laudem dixi tibi. Inſinuans ſingulos qui in ſortem domini ſe electos gratulantur penſum ſeruitutis ſue, in ſignum ſubiectionis, quaſi deo tributa ſua ſe in ſeptem horis ſoluere debere. Tunc quidem deo debitum noſtrum perſoluimus, cum in canonicis horis, corde & ore pariter digne dominum collaudamus, de quo in alio loco per eundem prophetam dominus dixit. Sacrificium laudis honorificabit me. Conuenit autem eccleſie ordinem, non quemcunque ſecundum varietatem perſonarum, ac clericorum variare: ſed ab omnibus equaliter cuſtodiri, vt ſic vnus & idem in pſallendo, ordo in diuinis officiis teneatur. Quum iuxta maiorum decreta. Sedes que vniuſcuiusque ſacerdotalis dignitatis, mater eſt eccleſiaſtice dignitatis,*

vel

vel rationis sit magistra. Ea propter librum diuinorum officiorum, quem secundum ritum nostre ecclesie HAVELBERGENN. *pro toto clero in psallendis horis diligenter colligi conscribi ac examinari fecimus in dei nomine, de consensu nostri capituli approbamus, & approbando confirmamus. Monemus itaque & exhortamur in domino, omnes & singulos presbyteros, curatos & non curatos, ac alios quoscunque qui ex ordine sacro, aut ratione titulorum beneficiorum suorum, ad horas canonicas sunt astricti. Quibus in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus. Eis nihilominus in remissionem peccaminum suorum iniungentes: quatenus presentem ordinarium siue breuiarium diligenter acceptant: & secundum ipsum horas canonicas deo gratanter persoluant. Et ita conformiter legant, vt vniformitas orandi, vniformitatem animorum indicant, & recte intentionis in deum vt sic gratum deo obsequium cotidie exhibeant. Quo tandem vna cum ipsis, ab omnium bonorum largitore mercedem consequantur in celis. Datum* WISTOGK *in sinodo nostra episcopali. Anno domini Millesimo quingentesimo vndecimo: celebrata feria tertia post Cantate, nostro sub sigillo.*

§. VI.

Adiuncta sunt huic breuiario Statuta Sinodalia in diocesi HAVELBERGENN. huius argumenti: *IOHANNES Dei & apostolice sedis gratia Ecclesie* HAVELBERGENN. *Episcopus uniuersis & singulis Prelatis, Capitulis, ecclesiarum parochialium Rectoribus, seu eorum loca tenentibus, Altaristis, ac*

 cleri-

clericis tam religiosis quam secularibus per ciuitatem & diocesim nostram HAVELBERGENN. *vbilibet constitutis salutem in domino sempiternam. Rex magnificus qui facit mirabilia magna solus ex alto prospiciens, atque sinum sue pietatis aperiens, Ecclesie* HAVELBERGENN. *nos prefecit, & super solium pastoralis dignitatis licet immeritos, sua tamen ac sancte sedis apostolice gratia sublimauit. Idcirco ex iniuncti nobis officii debito subditorum vtilitati prouideri cupientes sententias aliquorum canonum, quas pro morum correptione, & cleri nostri reformatione volumus pro statutis sinodalibus de cetero haberi, teneri, & obseruari, de consensu Prelatorum nostrorum plano & breui stilo: vt facilius possint memorie commendari: in vnum duximus redigendas. Et vt ipsa statuta ad singulorum veniant noticiam clariorem: omnibus & singulis supradictis in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus Quatinus ipsa mox scribant, aut scribi procurent: Et singuli parochialium ecclesiarum Rectores, seu vicerectores copias ipsorum statutorum comparent, & in armariis siue vestibulis ecclesiarum patenter habeantur. Nam lapsis tribus mensibus nemo per ignorantiam eoruudem se poterit tueri. Aliis siquidem statutis a predecessoribus nostris editis in suo robore duraturis.*

Et pro declaratione infra scriptorum notandum quod non est estimandum quod statuta Episcoporum in eorum obitu exspirent, siue vigorem haberi desinant: imo perpetua sunt & vigorosa manent, etiam post obitum. - - Ideo defuncto episcopo eius statuta etiam

etiam cum suis penis, si que adiecte fuerint indubitanter vigorem obtinent, donec abrogata fuerint aut reuocata, & non egent aliqua confirmatione successoris. Ex iuribus supra allegatis. Et pro tanto non est verecundum successori imo honestati & rationi consentaneum si antecessorum suorum statuta, aut ex eis aliqua etiam sub eorum nominibus faciat interdum recitari, imo hoc fieri expedit. Et dum visum fuerit potest propter ignorantes ea innouare. - - Ita in plerisque diocesibus visum est obseruari.

Et quamuis etiam inferior legem superioris non possit tollere vel mutare, intellige abrogando in totum tamen supplere ex extendere etiam cum penarum adiectione bene potest. Etiam stante prostitutione superioris quandoque inferior contra illam dispensat. - - Vnde & in diocesi HAVELBERGENN. *successu temporis per diuersos episcopos inueniuntur condita diuersa talia Statuta, prout ipsa sunt inferius annotata.*

Primo sunt ibi Statuta Domini BORCHARDI *quondam Episcopi* HAVELBERGENN. *Ibi inter cetera ipse primo per modum Epilogi sub breuitate recolligit statuta prouincialia, deinde specialiter prouidet contra curatos & non curatos absentantes se a suis beneficiis, & officia debita non exercentes: & mandat eis sub pena excommunicationis late sententie vt infra mensem resideant deinde contra habentes plura beneficia etiam specialiter inuehitur comminando priuationem, nisi infra mensem ostendant dispensationem cum eis factam. Deinde etiam*

 statuit

ſtatuit de locantibus & conducentibus beneficia. Et vult ibi quod quilibet locans recipiat terciam partem a conductore ſecundum formam Regiſtri vſualis. Alioquin tam locans quam conducens ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrit ſi locans excedit illam quantitatem. Idem etiam ſub eisdem penis ſtatuit quod nullus debet officiare, niſi habeat ab Epiſcopo acceſſum & ſit approbatus.

Sequitur Statutum TIDERICI *de ſpoliatoribus, in quo excommunicat ſpoliatores, incendiarios, venditores, emptores, vel detentores rerum & bonorum eccleſie & Capituli* HAVELBERGENN. *& per loca eorum mandat ceſſare a diuinis, & eccleſiaſticam ſepulturam quamuis peniteant eis negare, donec ſpecialiter fuerit impetrata. Dat. & actum anno 1327 in craſtino vndecimmilium virginum.*

Sequitur Statutum BORCHARDI *de contrahendis matrimoniis, de mutationibus denariorum offerendorum, & de inuaſoribus eccleſiarum. Datum 1362 in die Sebaſtiani Martiris.*

Sequitur Statutum TIDERICI, *in quo probibet ludibria laruarum, & alias abuſiones in eccleſiis fieri ſub pena excommunicationis, & per Rectores eccleſiarum mandat probiberi. Datum* Wiſtogk *anno 1376 in die Luce Euangeliſte in Sinodo.*

Regule iam ſequuntur bone tradite pro plebanis, a quodam Domino REYVERO *Epiſcopo Hauelbergenn.* Inc. *Populum vobis commiſſum edificate & inſtruite verbo & exemplo.* Fin. *Has conſtitutiones omnes habete, & ſub pena ſinodali duarum Marcarum argenti fideliter reſeruate.*

Ad

Ad visitandum chorum & astare plebano ecclesie. BORCHARDI *statutum datum* Wistogk *anno domini 1390 feria quarta post Nicolai.*

Sequuntur alia Statuta Sinodalia tempore quondam Domini CONRADI *predecessoris nostri Episcopi* Hauelbergenn. *in Sinodo publicata. Et primo de vita & honestate clericorum, de cohabitatione Clericorum & Mulierum, de ebrietate, de Capellanis nobilium, de spoliis, de raptoribus, de sortilegio, de vsuris, de clausuris monialium, de die dominico, de baptismo & eius effectu, de custodia Euckaristie, de Sponsalibus & Matrimoniis, de Penitentiis & remissionibus.*

Sequuntur Statuta Sinodalia Reuerendi Patris domini WEDEGONIS *Episcopi* Hauelbergenn. *de fructibus beneficiorum quibus debentur, & quando dicuntur deseruiti, de testamentis & bonis intestatorum clericorum, de excommunicatis absoluendis in mortis articulo, & eorum sepultura. Dat.* Wistogk *anno domini 1464 secunda feria post dominicam Misericordia domini, de Altaristis & officiantibus. Datum* Wistogk *in publica Sinodo celebrata anno domini* 1464 *secunda feria &c. vt ante, de non abutendis cantu & organis, & ludis tollendis.*

Statutum de anno gracie. Dat. Wistogk *in publica Sinodo celebrata anno domini 1471. Feria secunda post dominicam Misericordia domini, de horis canonicis & aliis diuinis decenter & debite soluendis. Dat.* Wistogk *anno* lxxxiiij *in die natiu. Iohann. Baptiste. Ex decretis Concilii Basilienn.*

 de

de modo grandi versus. Dat. Wistogk *in publica Sinodo anno domini 1486 feria secunda post Misericordia domini.*

Sequuntur Statuta sinodalia Reu. Patris & domini BVSSONIS *Ep.* Hauelb. *in Sinodo publica in eccl. b. Marie Virg.* Wistogken *per eum celebrata a.* 1488 *feria secunda post Cantate. Constitutiones* WEDEGONIS *Episcopi* Hauelberg. *confirmatæ ab* ERNESTO *Archiep.* Magdeb. *nos vero* ERNESTVS *Archiepiscopus, & Primas ante dictus, qui supplicum votis presertim que honorem dei libertatemque ecclesiasticam respiciunt, semper annuimus huiusmodi supplicationibus paterne inclinati, constitutiones prefati* WEDEGONIS *antecessoris vestri gratas & ratas habemus. Ipsasque auctoritate nostra ordinaria, ac metropolitica, & tenore presentium approbamus & confirmamus, ac quatenus opus est innouamus. Datum in castro nostro* Gebichenstein *sub anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo.*

Sequuntur statuta sinodalia Reuerendi in Christo Patris & Domini, Dn. OTTONIS *Episcopi Hauelberg.*

Statutum de Testamentis in publica Sinodo publicatum anno domini 496 feria tercia post Cantate.

Statutum de Concubinariis ex Concilio Basilienn. in Sessione XX.

Sequitur Auisamentum de Concubinariis non absoluendis quibuscunque ast eorum periculis quam plurimis.

Sequuntur varia pericula correlarie dictis inm consonantia.

Sequi-

Sequitur aliud periculum nedum ſacerdotum, ſed omnium concubinariorum quoad contritionem & confeſſionem.

Sequitur exhortatio de Concubinis abiiciendis, & Concubinariorum abiectionibus inualidis.

Finit: *O igitur mi Confeſſor hec modica auſcultanter velim animaduertas, & concubinarios ad firmum propoſitum abiiciendi concubinam, vt nullius peccati mortalis periculum ſit in mora efficaciter inducas antequam abſoluas. Alias tu cecus cecum ad infernum ducis, teque ſecum precipitas. Vale.*

§. VII.

Huc etiam omnino pertinet (1) BVSSONIS de ALVENSLEBEN Equitis Marchici, & Epiſcopi Hauelbergenſis liber ſtatutorum ad clerum ſuæ dioeceſis 1528 fol. & (2) GEORGII COELESTINI teſtimonium PANTALEONI a BISMARCK a. 1571 datum, quum inter Canonicos Hauelbergenſes recipiendus eſſet. Ad nexum eſt illud Statutis collegii Canonicorum ſuo loco recenſendis.

§. VIII.

Auiſamentum illud ſtatutis §. VI. commemoratis adiunctum (liceat hoc paucis indicare) intra paucos annos ſæpe impreſſum eſt. In bibliotheca Regia Berolinenſi varias editiones deprehendi. *Primæ* additum erat in fine: *Vale ex Argentina* a. 1507. *Secundæ* adiecta erant ſequentia: *Examinata eſt preſens materia per nonnullos Theologie Profeſſores, impreſſaque Colonie in officina quondam Henrici Quentel. a. 1504 ad med: Maii.* In eodem volumine conſpicitur *Directorium concubinariorum ſaluberrimum, quo quedam ſtupenda & quaſi inaudita*

dita pericula, quam apertissime resoluuntur, nedum clericis aut etiam laicis hoc crimine pollutis necessarium Colon. 1508 & denuo impress. 1509 in officina litteraria ingenuorum liberorum Quentell. 4. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

§. IX.

Missale secundum veram rubricam & ordinarium Ecclesie Hauelbergensis, *solerti cura diligentique emendatione in officina prouidi viri* GEORGII STVCHS *ex Sultzpach, ciuis Norimbergensis horrenda in calamitate infectionis pestilentice una cum familia sua exul a loco solite sue residentie: famoso in monte niuis impressum sortitus est finem felicem. Anno salutis nostre* clɔ cccccvl. IIII. *Kal. Maii. fol.*

§. X.

In alio quodam exemplo principium ita se habet: BVSSO *Dei gratia Episcopus* Hauelbergensis *secundus ex familia de* Alvensleve *Vniuerso ciuitatis & dioecesis nostre clero: Salutem in Domino sempiternam. Sollicitudo pastoralis officii nobis superna dispositione commissi postulat, vt eis præcipue quæ subditorum nostrorum saluti suffragari videntur, vigili cura intendamus. Cum itaque libri missales, vt valida querimonia multorum didicimus in multis Ecclesiis nostræ dioecesis laceri antiquitateque contriti fuerint, adeo, quod ipsorum inopia, periculum, si reformatio digna non adhiberetur, cum offensa diuinæ majestatis, quod Deus auertat, tempore accedente inducere posset, quare huic morbo antidotum efficacissime exhibendo missalia secundum ordinarium nostræ Ecclesiæ Cathedralis* Hauelberg. *multis peculiaribus missis ac nouis officiis adiectis diligenti cura ac emendatione characteribus non vulgaribus,*

bus, cum maturo consilio Praelatorum nostrorum, opera & impensis Magistri IACOBI *de* PFORTZHEIM *imprimi demandauimus, proinde omnes ac singulos ciuitatis & dioeceseos nostrae sacris ordinibus initiatos, & maxime sacerdotali charactere insignitos, monemus & praesentibus requirimus, quatenus hos libros nouos emant, comparent, legant & addiscant, ad lasciuiam elidendam, manibus diurnis atque nocturnis voluant ob amorem illius, cuius mysterium in his traditur, Iesu Christi. Ille sit eis cordi, hunc sapiant, hunc moribus exprimant. In illo, negotium, otium, gaudium, solatium, spem, praesidium collocent, quo non solum professione, non cerimoniis tantum, sed vita factisque Christum vnicum beatitudinis auctorem exprimant. Cui laus & gloria sine fine. Amen!* Sub calcem libri eadem verba leguntur, quae capite VI. §. V. p. 116 adduximus.

CAPVT NONVM.

DE EPISCOPATV LEBVSIENSI.

§. I. Fundatio Episc. Lebusiensis, §. II. cuius historiam egregie illustrauit Becmannus, §. III. & Lunigius. §. IV. Nec praetereundus est Rothius. §. V. Schöttgenii accessiones ad Becmanni Lebusiensia. §. VI. Rehdörferi catalogum episcoporum nusquam reperias. §. VII. Kortumii scriptum huc faciens. §. VIII. Diplomata Gundlingiana huc facientia recensentur.

§. I.

Ad *Lebusiensem* vel *Lubucensem* Episcopatum nunc nos conferimus, cuius diploma fundationis exhibet aliquoties memoratus LÜNIGIVS in append. Tomi II. spicilegii ecclesia-

ſtici p. 81. Seriem epiſcoporum exhibet HVBNERVS l. c. deque plurimis illorum quædam ſubinde affert ANGELVS in Annalibus e. g. p. 80. 92. 94 96. De fundatione autem dicti Epiſcopatus idem conferri meretur p. 54. nec non IVSTVS in deſcriptione ſua Marchiæ. LEVTINGERVS epiſcopatus huius hiſtoriam illuſtrantia non pauca adfert. Patebit id cognoſcenti, quo tempore Epiſcopatus hic conditus ſit (p. 86.) quod ei eccleſia Furſtenwaldenſis ſubiaceat (ibid.) quando fundatus ſit (p. 316.) quod ditioni Polonorum ſubiectus fuerit (ibid.) quod in poteſtatem Marchionum peruenerit (p. 318.) quod bona quædam & decimas in Polonia retinuerit. (ibtd.) Huc porro pertinent lites Epiſcopi Lebuſiani cum IOANNE Brandenb. de bonis quibusdam eccleſiaſticis (p. 316) eiusdem tranſactio cum PETRO Lebuſiano (p. 319) IOACHIMVM Electorem filio natu maiori ſubieciſſe, licet bona quædam in ditione IOANNIS haberet. (ibid.) De ſublato hoc Epiſcopatu agitur p. 500. Idem LEVTINGERVS de Epiſcopis Lebuſianis quædam in medium profert, de IOANNE nimirum & BLVMENTHALIO p. 1124. de DIETERICO p. 17. de HENRICO p. 317. deque IOACHIMO Lignicenſi epiſcopatus huius adminiſtratore p. 410. Habet quoque nonnulla hunc Epiſcopatum ſpectantia PFEFFINGERVS in Vitriario illuſtrato T. I. p. 1269.

§. II.

Plane autem egregia ſunt, quæ ad hiſtoriam Epiſcopatus huius contulit IO. CHRISTOPHORVS BECMANNVS, qui acceſſionibus hiſtoricis, quibus IVSTI Chronicon Francofurtanum locupletauit librum ſingularem adiecit *von dem Biſchofthum itzo Amt und Stadt Lebus* 15 ½ pl. conficientem. Omnia, quæ lector harum rerum curioſus deſiderat, pleno alueo hic deprehendet, deque fundatio-

ne huius episcopatus & translatione eiusdem in Marchiam, primum *Göritium*, deinde *Fürstenwaldam* facta, aliisque memoratu dignis differentem BECMANNVM, næuosque ANGELI, (lapsus enim hic in nonnullis est) indicantem non sine fructu audiet.

§. III.

Habet quidem LVNIGII spicil. ecclesiasticum Tomi II. App. p. 81. sq. nonnulla huc pertinentia: at vero omnia ista atque singula BECMANNVS exhibet. Sic LVNIGIVS adfert (1) Herzogs PREMISLAI II. in Polen Diploma, vermöge dessen er dem Stifft *Lebus* alle dessen in Polen habende Freyheiten confirmiret und extendiret. (2) Herzogs VLADISLAI zu Cracau Confirmation des von seinem Bruder LESKONE dem Stift *Lebus* ertheilten Privilegii. (3) Königs VLADISLAI LOCTICI in Polen Confirmation aller Privil. und Freyheiten, so das Stifft *Lebus* in Polen zu geniessen gehabt. (4) Schutzbrief der Königin HEDWIG in Polen vor Bischoff STEPHANVM in *Lebus*. (5) Pæbstl. Bannbrief wieder Churf. LVDOVICVM den Römer zu Brandenb. und Herzog in Bayern, ingl. Herzog BARNIMVM zu Stettin, Graff Günthern zu Schwarzburg, die Stadt *Franckfurt an der Oder*, u. a. mehr, dass sie dem Bischoff zu *Lebus* und dessen Dohm Capitul vor dasjenige, so ihm entwendet worden, gehörige Satisfaction gegeben haben werden. (6) Süne Brief Churf. LVDWIG des Römers zu Brandenb. und derer, so es mit ihm gehalten, mit Bischof HENRICO zu *Lebus*, worinnen alle Irrungen, die sich eine Zeitlang zwischen ihnen enthalten, aus dem Grunde gehoben werden. (7) Bischofs PETRI I. zu *Lebus* Diploma translationis des Bischoflichen Sizes vnd der Cathedral Kirche von *Lebus* nach *Fürstenwalde*, nebst Bischofs IOHANNIS zu

Lebus

Lebus Confirmation darüber. (8) Bischofs IOHANNIS zu *Lebus* Confirmation aller von seinen Vorfahren dem Dohm-Capitul zu *Lebus* ertheilten Priuilegien und Freyheiten. Hæc omnia apud BECMANNVM exstare patebit inspicienti eius libellum singularem de episc. Lebusiano p. 9. 7. 11. 14. 28. item eiusdem adnot. ad IVSTI chronicon Francofurtanum p. 98. & 108. Non potui tamen non etiam ea, quæ LVNIGIVS habet, particulatim recensere, ne quid hac in re iure desideretur.

§. IV.

Ad historiam episcoporum Lebusiensium omnino pertinet GEORGII ROTH, Fürstenwaldensium primum, deinde Stadensium Rectoris doctissimi Programma a. 1702. editum, & Francofurti impressum, quo *monumenta templi Fürstenwaldensis & cum primis Lebusiensum ab interitu vindicauit* pl. 2. Ne periret hoc diligentiæ ROTHIANAE documentum, eidem in opusculis historiam Marchicam illustrantibus Parte III. locum dedi, vbi p. 35. legitur.

§. V.

Quumque ad ea, quæ BECMANNVS de hoc Episcopatu congesserat, non parum accessionis fieri posse intelligeret celeberrimus vir CHRISTIANVS SCHOETGENIVS, varia lectu dignissima collegit, &, qua est humanitate, mecum communicauit, hac lege, vt opusculis historiam Marchicam insererentur, quod etiam fiet; Partem XXIII enim doctissimæ hæ adnotationes SCHOETGENIANAE ornabunt.

§. VI.

Ceterum doleo, de WOLFGANGI REHDORFFERI catalogo episcoporum Lubucensium idem dicendum esse, quod PLARRIVS quondam in schediasmate προδρόμῳ de scriptoribus rerum Marchico-

chico-Brandenburgensium: nimirum mihi hactenus non licuisse, vt illum cernerem. Idem BECMANNO contigit, qui ipse tamen de episcopis tam multa adfert, vt REHDORFERO facile careamus.

§. VII.

Biennio abhinc libellus prodiit a RENATO ANDREA KORTVMIO editus, *historische Nachricht von dem alten Bischofftbum Lebus, wie es seinen Anfang aus Pohlen genommen, vnd hernach der Marck Brandenburg einuerleibet worden, wobey der itzige Zustand der Lebusischen Landschafft beydes nach der Religion vnd dem Ciuil-Wesen zusamt den natürlichen Merckwürdigkeiten vnd Altertbümern mit gehörigen Reflexionen auf die Erleuterung historischer Warheiten vorgestellet, vnd nebst einer richtigen Landcharte der gesamten Gegend überreichet wird.* Ff. 1740. 4. pl. 3. Accedit continuatio sub tit. *Fortsetzung der besondern Nachrichten von Lebus vnd den Bischöffen.* ib. 4. pl. 5. Dignus omnino libellus, qui legatur, multa continens, quae notari merentur.

§. VIII.

Inter Diplomata a GVNDLINGIO collecta reperiuntur, quae ad historiam episcoporum *Lebusiensium* facere videntur

A. 1244. GERLACI Praepositi *Lubucensis* frater, dictus *Mrotseck* hereditatem suam inter *Lubus* & *Zantock* in remissionem peccatorum suorum S. Mariae Virg. militiaeque domui templi Ierosolymit. confert.

A. 1277. 5 Cal. Ianuar. PRIMISLAVS Dux Poloniae Episcopatus *Lubuc.* priuilegia confirmat.

A. 1282 4 Id. Mai. LESKONIS Ducis Cracou. litterae donationum, quas ex singulari affectu contulit

tulit Episcopo atque ecclesiæ *Lubucensi*. Confirmauit has ex omni parte Dux VLADISLAVS Cracou. 1305. 4. Id. Ian.

A. 1287. 5 Cal. Ian. PRIMISLAVS II. Dux Polon. priuilegia atque immunitates ecclesiæ *Lubucensis* confirmat.

A. 1354. Vereinigung vnd Vertrag zwischen dem Bischof von *Lebus*, vnd dem Marggrafen LVDOVICO Rom.

A. eod. Versöhnung Marggr. LVDWIG des Römers mit dem Bischof von *Lebus*.

A. 1369. PETRI Bischofs von *Lebus* Ablass auf 30 Tage denen ertheilet, welche bey Läutung der Abend-Bet-Glocke beten.

CAPVT DECIMVM.

DE BREVIARIIS ECCLESIAE LEBVSIENSIS.

§. I. Breuiarium, & Viaticum Lubucense recensentur. *§. II. De auctore posterioris disseritur.*

§. I.

Perpauca hoc loco annotabimus: quum plura nosse non contigerit Nimirum (1) *breuiarium ad vsum ecclesiæ Lubucensis*. 4. Annus & locus impressionis latent. (2) *Viaticum Lubucense* Ff. ad Oderam Anno domini 1514 vltima die mensis Febr. in laudem dei 8. *Iohannem Hanaw* typis suis illud exscripsisse BECMANNVS auctor est in libro de episcopatu Lebusiensi accessionibus ad IVSTI chronicon subiuncto p. 18. Ibidem BECMANNVS adonicos quosdam versus cum epigraphe

Codex

Codex in detractorem sub finem huic viatico additos, quorum litteræ initiales nomen VOLFGANGVS REHDORFER exprimunt, repetit. Sub initium libri *ieiunia festorum secundum ritum ecclesiæ Lubucensis* describuntur, item *directorium*, quod vocant, *pro informatione Presbyterorum*, *quomodo sit agendum tempore interdicti*. Plura ex hoc viatico, quod rarioribus libris adnumerari solet, excerpit BECMANNVS l. c. vbi etiam *dedicatio ecclesiæ cathedralis Lubucensis*, *quæ in Fürstenwaldis* singulis annis *Dominica proxima post festum Michaëlis* obseruatur, occurrit. Reliqua studio prætermittimus.

§. II.

Istud vero præterire sicco pede non possum, REHDORFERVM, quem dixi, viatici huius auctorem esse, quem idem BECMANNVS in notitia vniuersitatis Francofurtanæ p. 47 in serie Rectorum academiæ collocat, scribens: *a.* 1513 WOLFG. REHDORFER *de Herzoganrath*, *Art. Mag. & Iur. Pont. Baccal. postea D. Eccl. Cathedr. Lubuc. Canonicus obiit Furstenwaldiæ a. 1539.* Eumdem comitiis Augustanis a. 1530 celebratis interfuisse, & confessioni B. LVTHERI censuram opposuisse ex ipsis LVTHERI operibus constat.

CAPVT VNDECIMVM.

DE
BREVIARIIS STENDALIENSI ET COLONIENSI.

§. I. Breuiarium Stendaliense, §. II. & ecclesia collegiata Coloniensis recensetur.

§. I.

§. I.

Facere non possum, quin duo adhuc *breuiaria* adiungam: alterum *Stendaliense*, *Coloniense* alterum. *Stendaliense* quod spectat, duabus illud partibus absoluitur, hiemali & aestiuali. Illius titulus hic est: *Breuiarii Stendaliensis pars hyemalis*, cui Pontificis & S. Petri imago additur. In fine partis hæc leguntur verba: *Ad lectorem. Habetis piissimi sacrarum litterarum Candidati: Breuiarii Stendaliensis partem vnam: nempe hyemalem: cura: quantum fieri potuit accuratissima Lipsie apud Melchiorem Lottherum absolutam: nunc que vestra cura esse debet: facite: ne operam & oleum vestri causa frustra insumpsisse videamur. Atque sic in Christo bene valete.* Anno domini cIↃ D. XXII. Huius titulus, cui eiusdem generis imago subiicitur, ita se habet: *Breuiarii Stendaliensis pars Estivalis.* In fine leguntur ista verba: *Ad lectorem. Hec est altera Breviarii (quod dicunt) Stendaliensis pars: estivalis scilicet: que vt est magna industria elaborata: ita quoque non citra summos sudores id factum esse facile animadvertes. Ob id quisquis es: hanc nostram diligentiam boni equique consulito. Vale apud Melchiorem Lottherum Anno* cIↃD *vigesimo secundo. Forma editionis est octipertita.*

§. II.

Breuiarii Collegiatæ ecclesiæ Coloniensis in Marchia cis Sueuum, liberalitate & beneficentia Illustrissimor. Principum Ell. Br. fundatæ, & quasi per manus singulari pietate & industria ad normam sanctæ Apostolicæ antiquitatis ab omni idololatria superstitione & abusu posteris traditæ, vindicatæ & repurgatæ Partes septem Berol. 1577. 4. De hoc breuiario, cuius partes singulæ iunctim raro inueni-

inueniuntur, memini me agere im alten vnd neuen Berlin Parte I. p.41 ſ. quare hoc loco eſſe nolo longior.

§. III.

Quodammodo etiam huc pertinet liber, cuius inter MSCta SEIDELIANAE bibliothecæ p. 28 mentio fit ſub titulo: *Ioh. Engels, alias Höchſters, eccleſiæ collegiatæ Colonienſis cis Sueuum olim Canonici liber collectarum de præcipuis feſtis ibidem celebratis* 1570. Qui quidem liber, quum mihi numquam viſus ſit, prolixius recenſeri nequit.

CAPVT DVODECIMVM.

DE ECCLESIIS COLLEGIATIS ET MONASTERIIS.

§. I. Inſtituti ratio exponitur.
§. II. Scriptores de eccleſia collegiata Colonienſi.
§. III. de eccl. cathedrali Stendalienſi.
§. IV. Tangramundenſi.
§. V. Soldinenſi.
§. VI. Monaſteriorum quorundam Marchiæ recenſio ſerie alphabetica inſtituitur.
§. VII. Plurium monaſteriorum, de quibus vero nunc non agitur, nomina.

§. I.

Epiſcopatibus merito adiungimus eccleſias collegiatas, & coenobia, ſeu monaſteria: de quibus generatim conſulendus eſt LEVTINGERVS, quippe qui p. 1191. opp. eccleſias cathedrales enumerat, ibidemque monaſteria prouincialia & vrbana, itemque dioeceſes, quibus ſingula ſubiacent, recenſet. Idem auctor p. 705. monaſteriorum in vſum profanum vocatorum indicem exhibet. De fine, ad quem conditores animum intenderunt, dicere nunc non vacat: probe enim me-

K mini,

mini, me non ſyſtema quoddam, ſed bibliothecam ſcribere. Id vero agam, vt de eccleſiiis collegiatis & maioribus quædam præmittam: de monaſteriis ordine alphabetico nonnulla additurus, & qui mihi innotuerunt, ſcriptores ſignificaturus.

§. II.

Quæ *Coloniæ* ad *Sueuum* fuit, *eccleſiam collegiatam* fuſius deſcripſimus im *Alten und Neuen Berlin* P. I. p. 29. ſeq. Quod enim monachis *Dominici* regulam ſequentibus primum dicatum fuerat templum, Diuus IOACHIMVS II. Elector conſentiente Pontifice S. *Mariæ Magdalenæ*, S. *Eraſmo Epiſcopo*, & S. *Cruci* conſecrauit. Magnificentiam huius templi NIC. LEVTINGERVS multis verbis prædicat libro XXIV. Statuta perſonarum inſignis eccleſiæ collegiatæ exhibentur in *Alten und Neuen Berlin* l. c. p. 30. ſq. Mutationes variæ, & Præpoſiti ibidem recenſentur. Huc omnino pertinent GEORGII COELESTINI *ſtatuta collegii Canonicorum* cenſuræ & iudicio prudentum & piorum in aliis collegiis ſubiecta 1551. 8. pl. 8. In præfatione libri rarius hodie obuii de vſu eiusmodi collegiorum, de adiunctis in illa ſingulari CAROLI Imp. conſilio nobili genere ortis, de eo, quod iſta collegia degenerarunt, deque conſeruandis & ad priſtinam inſtitutionem emendandis exponit COELESTINVS, ſibique a Marchione Brand. SIGISMVNDO Archiep. Magd. iniunctum fuiſſe pergit, vt Electores & Principes, ac ciuitates, in quibus collegia reformata ſunt, adiret, & coram de ea re cum præcipuis viris conferret. Accepta igitur Argentorati alia quædam ad hanc cauſam pertinentia, & ſtatuta illius collegii ſe hoc libro communicare ſignificat, additis quibusdam ex Collegii Colonienſis ad Sueuum Statutis. Totum opus ſex capitibus abſoluitur. Caput I. agit de officiis Canonicorum præcipuis in genere. Succedit II. de

electio-

electione, iuramentis, receptione, residentia, & absentia Canonicorum. Sequitur III. de capitulo seu conciliis Canonicorum generalibus & particularibus, de ordine rogandarum sententiarum, de litteris ad Capitulum missis. Subiungitur IV. de iurisdictione inter personas Capituli. Accedit V. de officiis prælatorum, & aliarum capituli personarum non pertinentibus proprie ad doctrinam & gubernationem ecclesiasticam. Finem facit caput de officiis oeconomicis ad redituum collegii administrationem pertinentibus. Quo facto horarum canonicarum ordinatio exhibetur. Sub finem libri COELESTINI testimonium adiungitur PANTALEONI a BISMARK traditum, quem ab Electore iussus examini subiecit, eumq. honoribus Canonici Hauelbergensis dignum iudicauit. Coronidis loco addo, caput I. horum statutorum IO. HIMMELIVM Theologum Ienensem libello suo de Canonicatu, iure Canonico, & theologia scholastica, (qui Ienæ a. 1632. 12. prodiit) integrum inseruisse a p. 61--73. his præmissis: *Hunc in finem Statuta & leges Collegii Coloniensis ad Sueuum in Marchia, quas ad normam Collegii Argentoratensis conscripsit* COLLESTINVS, *hic sufficere possunt.*

§. III.

Coloniensi adiungo collegia *Stendaliense* & *Tangermundense* in Veteri, atque *Soldinense* in Noua Marchia. HENRICVM Marchionem ecclesiam cathedralem *Stendaliæ* fundasse, titulumque D. Nicolai Canonicorum regularium ordinis Cistercienſium indidisse ANGELVS l. c. p. 85. LEVTINGERVS l. c. HELMERICVS l. c. p. 23. & IVSTVS l. c. cap. V. referunt. Documenta aliquot ad ecclesiam hanc a Diuo IOACHIMO II. Electore vna cum iuribus ac reditibus eius academiæ Viadrinæ dono datam pertinen-

tinentia adfert IO. CHRIST. BECMANNVS in au-ctario notitiae vniuersitatis Francofurtanae p. 29. seq. Confirmationem priuilegiorum capituli S. Nicolai ecclesiae Stendalensis a. 1337. factam exhibet diplomatarium Ludouicianum Tomo VII. reliquiarum IO. PET. de LVDEWIG insertum p. 47. Ibidem p. 59. exhibetur appropriatio ecclesiarum *Kyritz*, *Pritzwalck* & *Arnburg* Capitulo in *Stendal* a. 1338 facta. Inter diplomata GVNDLINGIANA deprehenditur dipl. quo OTTO Marchio possessiones Canonicorum Stendaliensium a. 1188 auget. (2) Confirmatio OTTONIS Marchionis Brandenb. aliquot mansorum emtionis Canonicis ecclesiae Stendaliensis a. 1247 prid. Cal. Oct. facta. (3) Diploma, quo OTTONES Marchiones, Brandenburgenses ecclesiae S. Nicolai in *Stendal* sex choros duri frumenti in villa *Holtbuse* perpetuo possidendos donant. Incidit haec donatio in ann. 1284. (4) Churf. OTTONIS Bestaettigung der Priuilegien des Probstes vnd Capituls zu Stendal de a. 1365. (5) IODOCI von Maehren Confirmation der Priuilegien der Stadt vnd des Stiffts zu Stendal a. 1388.

§. IV.

Templum cathedrale, quod *Tangraemundae* fuit, siue rectius Capellam S. IO. BAPTISTAE memorant HELMERICVS l. c. p. 24. & RITTNERVS im Altmaerkischen Geschicht-Buch p. 6. Conf. etiam, si placet, antiquitates nostras Tangraemundenses p. 150 RITTNERVS addit, *wiewohl nunmehro die Intraden solches Capitels nach Cöln an der Spree der Kirchen zur Heil. Dreyfaltigkeit zugeleget, und etliche wenige zur Verbesserung der Kirchendiener Besoldung allhier* (in Tangermunde) *geblieben seyn.* Nomina praepositorum, decanorum, & reliquorum Canonicorum repetit HELMERICVS l. c. p. 33.

§. V

§. V.

Soldini quoque collegium canonicorum floruiſſe teſtatur diploma fundationis a. 1298 cal. Iun. a Marchionibus Brandenburgenſibus datum.

§. VI.

Monaſteria Marchiæ vrbium commemoraturus ingenue confiteor, me non omnia omnium vrbium, oppidorum, & vicorum, ſed ea tantum nominare poſſe, de quibus inter legendum aliquid obſeruaui. *Arendſeenſis* meminit IVSTVS l. c. cap. V. & ANGELVS in Annal. p. 9. Proſtat diploma, quo ALBERTVS Marchio Brand. eccleſiæ & monialibus in *Arnſee* manſos aliquot cum pertinentiis donat, & ea, quæ iam habuerunt, confirmat a. 1208. Item aliud, quo Monaſterio *Arnſeenſi* Magiſter ordinis Iohannitici presbyterum conſtituit a. 1481. In diplomatario Ludouiciano Tomo VII reliquiarum IO. PET. de LVDEWIG p. 106. legitur appropriatio certorum redituum Abbatiſſæ, Prioriſſæ, & Conuentui clauſtri *Arnſebe* dicatorum. Quod ad monaſterium *Arneburgenſe* attinet, exſtat conſenſus Pontificis Benedicti OTTONI Imp. datus, recipiendi in mundiburdium ſuum monaſterium Benedictinorum in pago *Beliſen* ciu. *Arneb.* de a. 961 inter dipl. GVNDLINGII. Ibidem exſtat HENRICI Imp. donatio ciuitatis *Arneburg* & bonorum eccleſiæ, quæ ad Abbatiam in ea ſpectant ad eccl. Magdeburgenſem a. 1006. *Berolinenſe* monaſterium Franciſcanorum deſcripſit Pl. Reu. MARTINVS DIETERICH *in der Cloſter- vnd Schul-Hiſtorie*, cuius ſuo loco mentio pluribus verbis fiet. Monaſterii in *Beuſter* mentionem facit RÜDEMANNVS collectione II Palæo March. p. 213. In diplomatario Ludouiciano p. 54 legitur translatio Collegii de *Boſter* ad ciuitatem *Sebu-*

Sebusen a. 1337 facta, reseruato principibus iure praelaturas, dignitates, & praebendas conferendi. *Brandeburgensium* monasteriorum passim meminerunt GARCAEVS, ANGELVS, LEVTINGERVS, IVSTVS locis saepe allegatis. *Chorinense* allegant ANGELVS & IVSTVS ll. cc. *Creuesense* idem ANGELVS l. c. p. 87. In SCHAMELII *Entwurf eines Closter-Lexici* male vocatur *Curuese*. Monasterio in *Creuese* Bened. Ord. appropriantur duo mansi in *Scalim*. Confer diplomatarium Ludouicianum p. 10. Eidem in compensationem damnorum in bellis cum duce Brunsuic. donatur curia in villa *Sterbeck* ib. p. 74. Eidem appropriantur bona quaedam in *Gladegow* ib. p. 133. De Coenobio *Dambeck* ordinis Benedictini sub dioecesi Verdensi conferatur diplomatarium Ludouicianum l. c. p. 113 vbi damnorum ei illatorum compensatio exhibetur. Ibidem p. 131 deprehendes appropriationem Abbatissae, Priorissae & conuentui sanctimonialium claustri *Dambeck* factam. In diplomatum GVNDLINGII apparatu habetur conuentus ecclesiae in *Dambke* Vet. Marchiae donatio ad lampadem perpetuo ardentem sub poena priuationis lampade exstincta, quam sumere debeant Salzwedelenses a. 1288. De Coenobio *Distorf* (*Distorp*) ordinis S. Augustini dioecesis Verdensis conferatur RÜDEMANNVS l. c. p. 45 qui litteras fundationis exhibet. In diplomatario Ludouiciano l. c. p. 130 legitur appropriatio quorundam colonorum in villis *Griben*, *Eichorst*, *Wusbuttel*. Inter diplomata a GVNDLINGIO collecta deprehenduntur, quae huc spectant, sequentia. (1) Fundatio & consecratio monasterii foeminei, insula S. Mariae dicti ab HERMANNO comite de Wertbecke & Episcopo Verdensi a. 1161. Dos erat villa *Distorph*, & octo villae, in quibus adhuc Slaui erant. (2) OTTO & ALBERTVS Marchiones Brand.

Con-

conuentui Sanctimonialium in *Distorp* proprietatem decem chororum in villa *Malstorp* annuatim prouenientium, cum quibusdam aliis bonis conferunt a.1279 prid. Non. Nouemb. (3) IO. de MELBECKE, & IO. DICKE ciues Luneburgenses, monialibus in *Distorf* vnum plaustrum & dimidium propter animæ salutem conferunt, quorum iustam distributionem obseruare promittunt Consules Luneburgenses a. 1293. Dom. Cantate. De *Francofurtano* plura habent IVSTVS & BECMANNVS in chronico Francofurtano. De monasterio Prignitiensi *Heiligengrabe* adeas LEVTINGERVM. *Königsbergense* in Noua Marchia descripsit KEHRBERGIVS loco allegando. *Lebninensis*, quod SCHAMELIVS l.c. *Lebain* vocat, meminerunt ANGELVS, & IVSTVS ll. cc. Superest Vertrag des Abts zu *Lebnin* zwischen seinem Flecken vnd den benachbarten Edelleuten wegen der streitigen Weide de a.1454. *Lenzense* (*Leontinense*) allegatur a IAC. PAVLO GVNDLINGIO in Miscellaneis Berolinensibus T. III. p. 309. Conf. etiam BECMANNI oratio secularis B. 2. *Lindauiense* descripsit Max. Reu. DIETERICVS *in der Nachricht von den Grafen zu Ruppin vnd Lindo.* *Neuendorfense* memorat ANGELVS l. c. Quædam etiam de eo congessit reuerendus RÜMPLERVS V. D. M. hactenus inedita. In diplomatario Ludouiciano l. c. p. 51 legitur appropriatio curiæ in villa *Bodingen* & p. 128 frustorum quorundam in villis *Greuenitz*, *Molnbeck*, *Odingestorp*, *Staz*, & *Dalem* Abbatissæ, Priorissæ, & toti conuentui sanctimonialium claustri *Niendorph* facta. Ex diplomatibus a GVNDLINGIO collectis huc spectant sequentia: (1) OTTO Marchio Brand. monasterio ordinis Cistericiensis in *Nyendorp* (*Neuendorf*) Halberstad. dioecesis plurima bona confert atque confirmat 1254. (2) SIGFRIDVS Comes de Osterburg, prædecesso-

deceſſorum ſuorum bona in *Vethene*, eccleſiæ S. Mariæ in *Nygendorp* confert a.1233. 10 Cal.Decemb. 3) IOHANNES Marchio Brandenb.eccleſiæ S.Mariæ in *Nyendorp* nouem manſos, & villam *Vetach* aſſignat a.1232. (4) IOHANNES, OTTO, & CONRADVS Marchiones Brandenb. Coenobio ſanctimonialium in *Nygendorp* villam *Meyne* pro triginta marcis argenti Stendalenſis vendunt a. 1276 Cal.Apr. *Primislauienſe* Minoritarum allegant IVSTVS l. c. & HELMERICVS l. c. Superſunt etiam in Copiario Primislauienſi ſanctimonialium nouæ ciuitatis *Prenzlow* ad conſules eiusdem ciuitatis litteræ ſupplices pro pinguioribus beneficiis de a. 1322. (2) IOHANNIS Præpoſiti ſanctimonialium in *Prenzlow* teſtificatio ſuper viſo inſtrumento donationis, eiusque confirmatione facta a LVDOVICO March. Brand. de a. 1325. (3) WOLDEMARI Marchionis donatio curiæ in *Prenzlow* prope clauſtrum Prædicatorum de a. 1348. (4) Burggraf FRIDERICH Brief, darinn er beyden Klöſtern zu *Prenzlow*, als der *Prediger-Ordens*, vnd auch der *Barfüſſer* einen Hof im Dorf *Klinckow* vereyget a. 1441. (5) Kaufbrief über einen Hof in *Klinckow*, welchen die *Prentzlower* von dem *Pauler-Kloſter* daſelbſt gekaufft 1579. (6) der *Kloſter-Iungfern* zu *Prenzlau* Verſchreibung über 100 Marck, ſo ſie dem Rath zu *Prenzlow* ſchuldig worden 1520. (7) Verpfændung des *Prediger-Kloſters* zu *Prenzlow* an den Rath daſelbſt von 2 Hufen zu *Klinckow* a. 1536. (8) Churf. IOACHIM Conſens, das *ſchwarze* Barfüſſer-*Kloſter* in ein Hoſpital zu verwandeln a. 1544. (10) des Priors ſelbigen Kloſters Bekæntnusſ, daſs er ſich des Kloſters begibt a.1545. (11) Supplication des Raths vnd der Vorſteher des gemeinen Kaſtens zu *Prenzlow* wegen 6 Hufen Landes, daſs dieſelben von

den

den *Kloster-Iungfrauen* dem gemeinen Kasten möchten abgetreten werden 1557. (12) Churf. IOACHIM Schreiben an die Kloster-Iungfrauen, solche 6 Hufen abzutreten. eod. (13) der Kloster-Iungfrauen Supplication an Churf. Gn. darin sie sich wegern, diese Hufen abzutreten eod. (14) Vertrag, darinn die Kloster-Iungfrauen selbige Hufen mit Bedingung abtreten eod. (15) des Churf. IOACHIM Confirmation dieses Contracts 1558. (16) BEREND VON ARNIM Vergleich mit den *Prenzlauern* wegen der Kirche im *grauen Kloster*. (17) HERMANNI episcopi Caminensis confirmatio fundationis Monasterii Mariæ Magdalenæ Primislauiæ facta a BARNIMO 1520. *Seebusanum* obseruant IVSTVS l. c. ANGELVS l. c. & RÜDEMANNVS l. c. p. 218. In copiario Primislauiensi exhibentur (1) Abbatissæ & Priorissæ Monasterii *Seebusen* litteræ, quibus IO NEGELIN concedunt reditus aliquos ad altare in æde Nicolai *Primislau*. de a. 1388. (2) Der Priorin vnd des Conuents zu *Seebausen* Concession an die *Prenzloer*, Ziegel-Erde in ihrem Gebiet zu graben, de a. 1476. *Solquellensis* mentionem facit idem RÜDEMANNVS l. c. p. 376. In diplomatario Ludouiciano l. c. p. 49 legitur licentia data fratribus Augustinensibus ad cogendum nouum conuentum in ciuitate *Saltwedel*. Ibidem p. 107 habes appropriationem quorundam redituum canonicis regularibus extra muros ciuitatis *Soltwedel*. *Stendaliense* quod spectat, inter diplomata GVNDLINGII reperitur priuilegium, quod HENRICVS VI. Rex Romanorum monasterio in *Stendal* (quod HENRICVS Comes de *Gardeleue* consanguineus ipsius fundauit) a. 1192 dedit. Ad *Stepenizense* pertinent sequentia diplomata a GVNDLINGIO quondam adseruata: (1) IO. GANS de *Wittenberghe* 4. choros siliginis ecclesiæ in *Stepenitz* assignat

 a. 1267.

a. 1267. (2) HERMANNVS de REPENTIN donationem fratris sui monasterio *Stepenitz* factam, ratam gratamque habet a. 1271. (3) OTTO & GVNCELLINVS domini de *Potlest* proprietatem duorum mansorum in villa *Crumbke* conuentui *Stepenitz* perpetuo possidendam conferunt a. 1291. (4) CASP. GANS de *Potlest* litteræ propter altare quoddam in *Stepenitz* an. 1413. Apud *Spandouienses* sanctimoniales fuisse constat, quibus telonium quoddam concessum est. *Strausbergense* Struthiomontanus ille noster, ANGELVS l. c. p. 105, idemque l. c. p. 102 *Zehdenicense* (quod etiam *Cedenicense* vocatur) commemorat. Atque huc pertinet illud inter diplomata GVNDLINGIANA, quo a. 1289 die S. Mauritii ERICVS Archi-Episcopus Magdeburg. omnibus confessis & contritis, qui coenobio Dominarum in *Cedenick* manus porrexerint adiutrices, XL dies & Karenam de iniunctis eis ponitentiis relaxat.

§. VII.

Plura in Marchia nostra monasteria & fuisse, & superesse adhuc, in melius tamen mutata, reditibus ipsorum ad puriora sacra collatis: nemo facile dubitauerit. Ipseque reu. ABELIVS *in den Sæchsischen Alterthümern*, in catalogo satis amplo coenobiorum etiam Marchiæ mentionem facit. Ita *Boizenburgense*, *Dramburgense*, *Fridbergense*, *Fridlandense*, *Gramzouianum*, *Himmelpfort*, *Reezense*, *Schiuelbeinense*, *Zantochense*, & alia allegat: Verum enimuero ex lege nobis præscripta illa nunc prætermittimus.

CAPVT

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

DE SOCIETATIBVS ET FRATERNITATIBVS.

§. I.

De origine *fraternitatum*, quas vocant, si acturus essem in præsenti, latissimus se mihi campus aperiret, in quo exspatiari possem. Nolo autem nauem meam committere huic mari: alioquin charta me prius, quam argumentum & disserendi materies deficeret, siquidem de paternitatibus, patronatibus, aliisque argumentis huic nostro adfinibus commentari luberet. Sufficiat, paucis significasse, perinde esse, quo nomine has *fraternitates* appellare velis, quippe & *sodalitates*, *sodalitia*, *congregationes*, *fratriæ*, *societates*, *collegia*, audiunt. Generatim de hisce societatibus religiosis notes, quæ subtilis ille GABRIEL BIEL in sermonibus de sanctis sermone XI qui de fraternitatibus est, scribit. *Fraternitas*, inquit, *est communio specialior, qua sua voluntate quidam per mutuam conuentionem sua spiritualia communicant, & ad spiritualia obsequia se sponte vicissim obligant.* Fortasse magis placet, quam

quam BERNHARDVS de ESPEN suppeditat in iure ecclesiastico P. II. cap. VI descriptio, ita se habens: *Confraternitates dicuntur sodalitia quædam hominum religionis causa in vnam societatem siue quandam fraternitatem coeuntium, & quodam spirituali confraternitatis fœdere colligatorum.*]

§. II.

In originem *fraternitatum* harum *religiosarum* seu *spiritualium* magna cum cura inquisiuit IO. WOLFIVS in memoria dignissimis lectionibus memorabilibus. Paginas allegare supersedeo, quum plurimæ sint: lector ipse inueniet magnum de hoc argumento apparatum, indicem sub titulo *ordo* euoluens. WOLFIO iungo RVDOLPHVM HOSPINIANVM de Monachis p. 169 & GISBERTVM VOETIVM, qui in politicæ ecclesiasticæ Parte II. Sectione III. p. 1034 seqq. multa huc pertinentia adfert. In compendio si quædam legere placuerit, adeas IO. SAM. LAVRENTII *paratitla philologico-historica ad R. Sueciæ instructionis visitatorum Eccles. Pomeraniæ & præsertim formulæ Matriculæ* §. VIII vbi, quid *beneficia*, *eleemosynæ*, *Caland*, *fraternitas*, sibi velint, breuibus quidem, sed quantum ad prægustum satis est, disputatur. Prodiit elegans hæc dissertatio Gryphisw. 1693. 4. pl. 2.

§. III.

Nos igitur illas societates nominabimus, quæ in Marchia nostra floruerunt quondam, & quarum vestigia adhuc hodie supersunt. Huc vero spectant primo *Antoniani*, (*Antonius-Brüder*) quos in Marchia quondam exstitisse docet S. R. NOLTENIVS loco allegato apud RÜDEMANNVM in collectaneis Palæo-Marchicis p. 175. Pluribus aliis in regionibus eosdem *Antonianos* fuisse nullum dubium est.

In

In colloquiis b. LVTHERI menſalibus p. 545 quædam de illis leguntur. Huc quoque referenda ſunt, quæ celeberrimus KAPPIVS habet *in der Nachleſe einiger zur Erläuterung der Reformations-Geſchichte nützlichen Vrkunden* Parte III. p. 130 vbi inprimis notatu dignus, quem inſeruit, libellus *Freiheiten, Gnade vnd Aplas der Wolteter, Mitbrüdere vnd Schweſtere des Ordens S. Anthonii* a p. 133 ad p. 146. item *Mandata penalia contra impedientes vel non admittentes negotium ſancti Antonii, alieque exemtiones, liberationes & priuilegia eiusdem negotii ac nuntiorum eius ex veris autenticis publicis Apoſtolicis transſumptis ſummarie collecta* ibid. p. 147 vsque ad p. 150.

§. IV.

Fratres Calendarios vt alibi, ita etiam in Marchia paſſim reperias. De illis, qui *Berolini* fuerunt, ſigillatim acturi ſumus Parte II. *des alten und neuen Berlin.* De *Teltouienſibus* diſſerit IECKELIVS l. c. De his, qui *Gardelegiæ* hanc ſocietatem aluerunt, M. R. NOLTENIVS l. c. agit. De calendariis fratribus Regiomontanis in Noua Marchia exponit KEHRBERGIVS deſcriptione dictæ vrbis p. 92. De Calendariis fratribus *Kyrizenſibus* quædam congeſſit pl. reu. BVCHHOLZIVS Kyrizenſium archidiaconus, hactenus inedita. De *Solquellenſibus* ad manus ſunt collectanea itidem inedita. De *Seebuſanis* IO. CHRIST. BECMANNVS diſſerit apud RÜDEMANNVM l. c. p. 222. Idemque BECMANNVS de *Francofurtanis* agit in acceſſionibus ad IVSTI chronicon Francofurtanum p. 72 ſqq. qui etiam diploma inſeruit, quod fratrum Kalendarum in *Fürſtenwalde* & *Monkeberg* facit mentionem. De calendariis *Soldinenſibus* dubitare nos non ſinit diploma, quod ſupereſt, huius argumenti: Die

Dohm-

Dohmherren zu *Soldin* geben einen Platz zum *Calands*-Altar in ihrer Kirche a. 1368. De *Cüstrinensibus* monet confirmatio donationis domus alicuius ad habitationem altaristæ fratrum *Calendariorum* in templo Parochiali *Cüstrini* 1400. De Calendariis *Witstochiensibus* confer diploma collectionis opusculorum hist. Marchicam illustrantium parti XVI p. 99 insertum. Calendarios quoque *Primislauiæ* fuisse docet der Vertrag zwischen der Bürgerschaft in *Prenzlow*, vnd den *Calands-Herren*, wie ihre Capitalien sollen verzinset werden de a. 1526.

§. V.

Fratribus Calendariis, qui Francofurti quondam delituerunt, facem prætulisse IOANNEM de INDAGINE ex destinatorum litterariorum & fragmentorum Lusaticorum parte VI. p. 587 didici. Hunc enim IOANNEM calendariorum fratrum societatem Francofurti condidisse, *Gubenenses* autem, *Cotbusienses*, & *Crosnenses* instituta moresque Francofurtanorum approbasse, magnamue pecuniæ summam corrasisse docet auctor commentationis de fraternitate calendaria Gubenensi parti VI quam dixi, inserta a p. 582 ad p. 590.

§. VI.

Etiam in vrbe Prignitiæ primaria, *Perlebergensi* nimirum, societatem hanc fratrum Calendariorum floruisse documentis quibusdam docemur, quorum indicem communicamus. (1) LAMBERTVS Presbyter in *Perlebergh* fraternitati huic permittit, ter in anno de vespere vigilias, & de mane missas in ecclesia S. IACOBI solemniter celebrare. Datum est diploma a. 1354 in vigilia PETRI & PAVLI Apostolorum. Confirmationem addidit BORCHARDVS Episcopus *Hauelberg*. a. 1356 feria secunda post festum exaltationis S. Crucis. (2) THIDERICVS Episcopus

ſcopus *Hauelb.* fraternitatem hanc, omnesque ei factas donationes ratificat, & illis, qui prædictæ fraternitati manus adiutrices porrexerint, XL dierum indulgentias largitur, an. 1181. ipſo die Cathedræ S. PETRI, (3) IOHANNES Epiſcopus *Hauelb.* quædam in ſtatutis dictæ fraternitatis contenta reformat, a. 1394. 4 Octobr. (4) OTTO Epiſcopus *Hauelb.* ſocietatis huius inſtitutionem confirmat, an. 1404 feria ſecunda proxima ante feſtum aſcenſionis domini. (5) WEDEGO Epiſcopus *Hauelb.* numerum recipiendorum fratrum determinat a. 1472 feria quarta poſt Paſcha. Adiicitur ordo & forma in receptione fratrum obſeruanda. (6) Inſtrumentum Notarii a. 1464 d. 24 Febr. conſcriptum propter ANDR. PLANE de ſubtractione centum Marcarum Lubecenſium ex caſſa fraternitatis Calendarum in *Perleberge* amiſſarum ſuſpectum. (7) OTTO Epiſcopus *Hauelb.* confirmat conſuetudinarias obſeruantias quaſcunque presbyterorum fraternitatis in *Perlebercb*, omnibusque vere poenitentibus dictam fraternitatem verbo vel facto iuuantibus XL dies de iniunctis ſibi poenitentiis relaxat a. 1496 feria ſexta poſt Laurentii. (8) CONRADVS & HENNINGVS fratres de QVIZOV tres manſos in campis villæ *Vntkow* ſitos ad vſum fratrum Kalendarum ciuitatis *Perleberg* reſignant a. 1351 feria quarta qua cantatur Reminiſcere. (9) HERMANNVS BRESKE manſum in *Rediſſe* ſitum cum omnibus attinentiis fratribus Kalendarum in *Perlebergbe* donat in ſubſidium ad fundandum & dotandum altare a. 1344 quarto die Dominica qua cantatur Miſericordias Domini. (10) LVDOVICVS Marchio Brand. donat tres manſos in villa *Quizow*, & totidem in villa *Glanezyn* & *Redeze* altari fratrum Kalendarum in *Perlebercb* in eccleſia parochiali S. IACOBI a. 1351 feria IV ante dominicam iudica me Deus (11) Conſecra-

ſecratio altaris Kalendarum beatiſſ. Virg. MARIAE & SS. App. PETRI & PAVLI a. 1354. (12) De miſſa corporis Chriſti per Præpoſitum *Hauelbergenſem* HENNINGHVM WOTENOW per fratres Kalendarum in *Perlebergh* quintis feriis perpetuis temporibus celebranda. (13) CONRADVS Epiſc. *Hauelb.* confirmat eandem miſſam, addita larga indulgentiarum conceſſione a. 1449 die B. Gregorii Papæ. (14-18) Copiæ litterarum ſuper bonis fraternitatis. (19) HERM. WVLF ſex libros collegio presbyterorum fraternitatis Kalendarum in *Perlebergh* donat. (20) TIDERICVS RVLE dedit fraternitati X florenos, vt de quibus poſt obitum TIDERICI memoria perpetua ſit & in vigiliis & miſſis. (21) De granario Dominorum, quam olim Dominus WARTEMBERG conſtruxerat, & tandem Dominis Kalendarum in ſuo teſtamento dedit & aſſignauit. (22) HIERONYMVS Epiſcopus Hauelb. confirmat ſtatuta & conſuetudines fraternitatis Kalendarum a. 1520. 7 Aug.

§. VII.

Si cui volupe eſt de fratribus hiſce plura noſſe, euoluat is ANDR. RIVINVM in diſſ. quæ inſcribitur *lanx Satura*, quæ Lipſiæ a. 1649. 4 prodiit, vbi pro more ſuo, id eſt, docte quæſtione I. de *ſocietate* hac *Calendarum* diſſerit. IOACHIMI FELLERI (quem memoriæ Treuoltianæ a. 1701 male TELLERVM appellant) oratio de *fratribus Kalendariis* Lipſ. 1691 & Francofurti ad Moenum cum adnotationibus CHRISTIANI FRANC. PAVLLINI a. 1692. 4. pl. 4. edita pariter placebit. Confer omnino eruditiſſimi TENZELII dialogos menſtruos ad dictum annum p. 128. IO. HENR. FEVSTKING Progr. ſynodale *de dominis & Kalendarum fratribus Kembergenſium* 1703. 4. ERN. IOACH. WESTPHAL de conſuetudine ex ſacco & cinere

p. 293.

p. 293. KETTNERI historiam eccl. Quedlinb. p. 98. BECMANNI acceſſ. ad IVSTI chron. p. 72. Eiusd. historiam Anhaltinam Part. VI. c. 4. HENR. MVHLII diſſertationes theoll. p. 88. WILH. FRID. de PISTORIVS amoenitates hiſtorico - iurid. Parte VI. 33. GOTTFR. HECHTII Germaniam ſacram p. 438. 524. 573. IOANNIS de INDAGINE tractatum de calendarum ſocietate manuſcriptum in bibliotheca Paullina Lipſienſi exſtare & IOACH. FELLERVS in catalogo MSCtor. Bibl. Pauli Lipſienſis teſtatur, & IVSTVS CHRIST. MOTSCHMANNVS in Erfordiæ litteratæ P. V. pag. 689. CASP. THVRMANNVS in bibliotheca canonicorum ſub voce *Caland* prouocat ad ERICI MAVRITII conſilia Kilonienſia n. 14 & elegantiſſimam diſſertationem, quam IO. SAM. LAVRENTIVS Gryphiswaldiæ 1693. 4. pl. 3. edidit, ſub tit. Paratitla Philologico hiſtorica §. 8. ſub voce *Caland.* CHR. GOTTH. BLVMBERGII *kurze Abbildung des Kalandes, oder Kaland-Brüderſchafften*, (qui quidem libellus aliquoties editus eſt,) recenſetur in diario theologico, quod nomine relationum innoxiarum innotuit a. 1727. p. 1067. PHIL. IVL. REHTMEYERVS in hiſtoriæ eccleſiaſticæ Brunſuicenſis Parte I. pag. 150. 176. LEVCKFELD in antiquitatibus Gröningenſibus p. 107. & IVL. IVSTVS GEBHARDI in der *Nachricht* vom Stifft Matthæi in Braunſchweig p. 48 ſeqq. habent non pauca lectu digna, multisque diplomatibus inſtructa. Nec prætermittenda ſunt, quæ V. C. CHRISTIANVS SCHOETTGENIVS de fratribus hiſce obſeruauit *in alten vnd neuen Pommerland* Parte II. p. 168 ſ. Sunt etiam ad manus collectanea quædam von dem Kaland in *Paſewalck*, quæ Pomeraniæ nunc vrbs, Marchiæ quondam erat: nec non liber quidam ſub titulo: *Ohnmaßgeblicher hiſtoriſcher Bericht von der ſogenann-*

ten Kalands-Brüderschafft in Teutschland, beuorab Niedersachsen, als Hamburg, Lüneburg, Stade, Rothenburg, Rameslob vnd Luchow paginis 64. constans, hactenus ineditus, in posterum fortasse edendus.

§. VIII.

Nec prætereundi sunt fratres ordinis *eremitarum* S. Augustini, quales Solquellæ fuisse capite XII. p. 153 annotauimus. Fratres *exulum* in Marchia non ignobiles fuisse multis documentis docemur. Huc pertinet dipl. LVDOVICI ROMANI, quo congregationi *fratrum exulum* veteris ciuitatis *Brandenburg* duorum talentorum cum dimidio reditus largitur a. 1360. De confraternitate exulum T*eltouiensium* certos nos esse iubet HIERONYMI Episcopi Br. diploma a. 1520. datum. De fratrum *exulum*, qui Berolini quondam delituerunt, (*der Elenden-Gilde*) plura breui, vt speramus communicabimus in Parte II. des Alten vnd Neuen Berlin.

IX.

Eminent autem inter omnes fraternitates sic dictæ *Marianæ*: quippe quanto religiosior cultus est, quo Deiparam prosequi solent Romanenses, tanto solemniores etiam sunt, quæ ad id coierunt, societates. Eas vero in Marchia quoque nostra non infrequentes fuisse, paucis tantum testimoniis corroborabo. *Brandenburgi* nimirum fuit eiusmodi societas, de qua prostat celeberrimi IO. DAV. KOBLERI dissertatio *de sacra & illustri sodalitate B. M. Virginis in monte ad vetus Brandenburgum.* Altd. 1723. 4. pl. 8. vbi constitutionem Diui El. FRIDERICI communicauit. Cui iungenda sunt, quæ amplissimus Vir CAROLVS FERDIN. IVNGIVS Miscellaneorum Tomo I. p. 133 addidit. Ibi enim de

anni-

anniuersario perpetuo plura, eaque diplomatibus munita exhibentur, nec non constitutiones e. g. *wie der soll geborn sein , der in die Gesellschafft kumbt, wieuiel die Geselschaft am Gewicht haben soll, wen die Gesellen die Geselschaft tragen sollen, was Gebeth ein yeder in der Geselschaft thun soll, wie ein Gesell den andern verantworten soll, von den Frawen in der Geselschaft, von den die in der Geselschaft sterben, Begengkniß der Mitgesellen, auf wen des Verstorbenen Gesellen Geselschaft erbet, von dem Gelt das zu der Geselschaft geben wurde.* Huc quoque spectat celeberrimi eiusdem IVNGII *auctarium zu der in Hrn. Prof. Köelers diss. angebrachten Eclogen von der Ritter-Brüderschaft der Iungfrau Marien zum Schwan in S. Georgen Capellen bey dem Stift S. Gumperti zu Onolsbach,* Miscellaneorum Tomo II. p. 47.

§. X.

Pari honore Mariam prosequebantur Lebusienses teste reu. REN. ANDR. KORTVMIO *in der Historischen Nachricht von dem alten Bischofftbum Lebus.* p. 5. *Sie,* inquit, (*zu Lebus*) *haben sich von unser lieben Frauen genennet. Demnach stehen sie gleich mit dem Stifft oder der Kirche auf dem Berge bey Alt Brandenburg. Weil man nun von letzter noch gute Nachricht hat, so kan man nach solcher Gleichheit einiger massen verstehen, was es mit der Marien-Verehrung vor eine Bewandniß gehabt.* Prouocat etiam KORTVMIVS ad laudatam celeberrimi KOELERI dissertationem: in eo autem labitur, quod addit, celebratissimum istud templum honoribus Mariæ quondam dicatum ad-

 huc

huc hodie conſpici. Deſtructum enim illud eſſe ante complures annos, res eſt notiſſima. Ceterum ex diſſertatione KOELERIANA, quam laudaui, excerpta quædam ſuppeditant CASP. GOTTSCHLINGIVS in hiſtoria vrbis Brandenburgi, ſuo loco commemoranda; item Diarium Berolinenſe, quod inſcribitur *Potsdamiſche Quinteſſentz n. 76. ſeqq.*

§. XI.

De fraternitate corporis Chriſti apud Teltouienſes habet quædam IECKELIVS l. c. De *Solquellenſibus* conf. BEYERVS in hiſtoria A. Confeſſionis p. 107. De *Cotbuſienſibus* euolue Diarium theologicum vnſchuld. Nachrichten a. 1720. p. 839.

§. XII.

Plures eiusmodi ſocietates in Marchia fuiſſe, dubitatione caret. Innotuerunt enim ſocietates *aduenarum*, *Vrbani*, aliæque plures. Fraternitatem quoque, AEGIDIO patrono addictam celeberrimus IVNGIVS commemorat Miſcellaneorum Tomo I. p. 155.

§. XIII.

Verum de ſocietatibus hiſce & aliis eiusmodi fraternitatibus, (quas exoleuiſſe non eſt quod doleamus) quamuis ſatis dictum putem: vnum tamen adiici meretur. Nimirum *terminarios* etiam in Marchia fuiſſe, SCHVLZIVS in incremento & decremento Gardelegiæ auctor eſt, p. 78, domicilium quoddam allegans *die Terminey* dictum. Elegantiſſima eſt eruditiſſimi CHRISTIANI SCHOETGENII diſſertatio de *terminariis*, analectis ex omni meliorum litterarum genere a ſocietate caritatis & ſcientiarum editis inſerta Tomo II. p. 604 ſq. *Terminarii* iſti proximis duobus ante Reformationem ſæculis monachi erant ex ordinibus mendicantibus, a confratribus ad certos

certos districtus emissi, vt in vsum monasterii sui varias res mendicando conquirerent. Eosdem, quos *terminarios* vocamus, *Nolbartos* quoque, (*Null-Brüder*) *seruos Mariæ*, (*Marien Knechte*) *monachos mendicantes* (*Bettel-Münche*) appellatos esse BEIERVS in architecto Ienensi p. 142 perhibet. Germanis quoque nostris vocem *herumterminiren* (vagari) solemnem esse, nemo nescit, & magni nominis virum LVTHERVM horum fratrum quemdam aliquando fuisse, ex colloquiis eius mensalibus constat: *Da ich*, inquit, *zu Erfurt ein iunger Münch war, vnd terminiret, vnd nach Kæse geben muste auf die Dörffer* p. 335. b. Verum enimuero hic terminus esto!

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SCRIPTORES DE PEREGRINATIONIBVS RELIGIOSIS, PROCESSIONIBVS, ET INDVLGENTIIS.

§. I. *Ratio instituti exponitur.*
§. II. III. *de Io. Tezelio commentatores.*
§. IV. *Marchiam indulgentiis aliisque talibus admodum indulsisse docetur*
§. V. *exemplo Brandenburgensium,*
§. VI. *Berolinensium,*
§. VII. *Palæo Marchicorum,*
§. VIII. *in Prignitia.*
§. IX. *De hostia cruenta Belitii, &*
§. X. *Zehdenici,*
§. XI. *De sanguine viuifico Wilsnaci.*
§. XII. *De quo multa scripta prostant.*
§. XIII. *Indulgentia ecclesiæ Stepenitz, Stolpe,*
§. XIV. *& Primislauiensibus collata.*
§. *XV. Spicilegium.*

§. I.

Hoc caput ita dispescemus, vt istos præmittamus, qui indulgentias, earumque nun-

 dina-

dinatores delinearunt: tum de illis exponemus, quae in hoc negotio in Marchia contigisse constat, addituri ea, quae ex falso de gratia Dei & peccatorum remissione venali fluxerunt, consectaria, peregrinationes nimirum religiosas, aliaque figmenta, quibus imperitae plebeculae clerici imposuerunt. De singulis seorsim.

§. II.

Quum IOANNES TEZELIVS nemini ignotus sit, prae reliquis illos commemorabimus, qui nundinatoris huius vitam exposuerunt. IO. FRID. MAYERI & GOTHOFR. HECHTII dissertationes notiores sunt, quam vt illis recensendis immoremur. Nec ignotus est libellus IO. IAC. VOGELII Leben des Pæbstl. Ablas-Kræmers TEZELS Lipsiae plus vice simplici editus. Conf. diarium theol. sub tit. relationum innoxiarum notissimum ad a. 1717. p. 677. In SVDENS (ERDM. VHSE) *Gelebrten Critico*, eiusque Tomo III. p. 648 s. legitur obseruatio, cui titulus praefigitur: *Was Iohann Tezel vor ein feiner Herr gewesen?* Summe Reuerendus CYPRIANVS hilaribus Euangelicis p. 963 inseruit HVG. WISMEIDERI *bistorische Vntersuchung von der Læsterung des Pæbstlichen Ablas-Krämers Tezel.* Conferatur diarium theologicum relationum innoxiarum nomine notum ad a. 1719. p. 883. Huc omnino etiam referuntur celeberrimi IO. ERH. KAPPII *dissertatio de nonnullis indulgentiarum quaestoribus saeculo XV. & XVI.* Lips. 1720. 4. pl. 6. (2) Eiusdem *Schauplatz des Tezelischen Ablas-Krams.* ib. 1720. 8. pl. 9. (3) Eiusd. *Sammlung einiger zum pæbstlichen Ablas gehörigen Schrifften.* ib. 1721. 8. Alph. 1. pl. 17. conferantur relationes innoxiae ad eundem annum p. 293. In hac sylloge inter alia lectu dignissima occurrit ALBERTI Archi-

Archiepiſcopi Moguntini & Magdeburgenſis *inſtructio ſummaria pro ſubcommiſſariis, penitentiariis & confeſſoribus in executionem gratiæ pleniſſimarum indulgentiarum ac aliarum pleniſſimarum facultatum in fauorem Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe per Sanctiſſ. Dominum noſtrum Papam Leonem X. in forma Iubilæi largiſſime conceſſarum ſub deputandis & ordinandis* pag. 117 ſeq.

§. III.

Imo & inter ſcriptores ad Marchiæ hiſtoriam inprimis pertinentes exſtare, qui de nundinatoribus indulgentiarum expoſuerunt, nemini dubium erit, qui ANDREAE ANGELI annales p. 284 ſeqq. & HENR. SCHMIDII introductionem aliquoties laudatam, nec non WOLFGANG. IVSTI chronicon Francofurtanum cum acceſſionibus IO. CHRIST. BECMANNI, & V. C. CHRISTIANI SCHOETTGENII *Iubilæum Tezelianum, oder Nachricht von der zu Frankfurt an der Oder gehaltenen Diſputation Ioh. Tezels*, Frf. 1718. 4. pl. 2. contulerit. Quumque in diplomatibus, quibus indulgentiæ dabantur, frequens quadragenarum, ſeptenarum, & carenarum ſit mentio, elegantiſſimam harum explicationem dabit S. R. CYPRIANI hiſtoria A. C. p. 290. NIC. LEVTINGERVS de TEZELII ingenio & nundinationibus multa adfert, & cuius ſententiæ fuerint litteræ indulgentiarum, exemplo quodam docet p. 31 opp. idemque de calamitate, quæ impoſtorem hunc excepit, addit. Conf. etiam DAN. CRAMERI chronicon eccleſiaſticum Pomeraniæ libro III. p. 31 ſeqq. Nec ſicco pede prætermittendus eſt immortalis memoriæ vir VITVS LVDOVICVS a SECKENDORF, qui in abſolutiſſimo, quod hiſtoriam Lutheraniſmi inſcripſit, opere TEZELII etiam, aliorumque nundinatorum meminit, quorum

imposturas & in aliis regionibus, & in Marchia innotuisse ex sequentibus patebit.

§. IV.

Ea enim maxime ad scopum, quem nobis praefiximus, pertinent, quae in Marchia acciderunt. Recensebimus igitur, quae in Marchia vel hodie supersunt, vel maiorum nostrorum aeuo superfuerunt, indulgentiarum vestigia. Caue tamen credas, vnum TEZELIVM fuisse, qui gratiam Dei & peccatorum remissionem venalem dixit, & indulgentias ebuccinauit. Diu enim ante TEZELII tempora dogma hoc ab vniuerso Romanensium coetu & creditum, & diuulgatum est. Mirum igitur nemini esse potest, tot peregrinationes religiosas, tot processiones, quas vocant, susceptas fuisse, quum ingens illis pretium statueretur, illisque indulgentiae promitterentur, qui reliquias sanctorum visere non detrectabant. Ex eadem hac caussa titulum capiti huic praefigere placuit de peregrinationibus religiosis, processionibus, & indulgentiis.

§. V.

Age igitur, superstitiosam quondam nostram Marchiam paullo curatius lustremus. *Brandenburgum* quantus hominum ex omnibus Germaniae partibus concursus factus sit ad illud nescio quibus miraculis celebre templum b. Virginis, GEORGIVS SABINVS in descriptione Brandeburgi adnotauit, quem locum HENR. SCHMIDIVS l. c. repetit p. 69. 70.

§. VI.

Berolinensibus adhuc hodie superest xenodochium D. GEORGIO dicatum, quod visuris anno 1331 indulgentias XL dierum Pontifex Romanus promittebat. Diploma ipsum exhibet laudatus SCHMIDIVS l. c. p. 241. Aliud quoddam a. 1487 publicatum

tum ibidem legitur p. 242 in gratiam illorum, qui templum ſic dictum Marianum adire decreuerant. Huc etiam pertinet ſacellum Hieroſolymitanum Berolinenſe, de quo im *Alten vnd Neuen Berlin* pluribus exponemus. Eiusmodi ſepulcrum ſic dictum ſanctum *Regiomonti* in Noua Marchia fuiſſe docet KEHRBERGIVS l. c. p. 204, & ANGELVS l. c. p. 358.

§. VII.

Quod in Veteri etiam Marchia eiusmodi apparatus indulgentiarum fuerit, non paucis comprobatur documentis. RÜDEMANNVS l. c. p. 79 ſq. tres bullas exhibet in gratiam ædis Petrinæ *Stendalienſis* datas. *Soltquellæ* reperta indulgentiarum teſtimonia refert CHRIST. WILH. BEYERVS in hiſtoria Aug. Confeſſionis p. 103 ſq. In vicis *Gagel* & *Vnglingen* reliquias ſacras bulla Papali indulgentias promittente munitas, repertas fuiſſe teſtis eſt GEORGIVS CHRISTOPHORVS STEINHARDT, cui libellum debemus ita inſcriptum: IVSTI IOH. KELPEN *hiſtoriſche Anmerkungen über einen in der Kirche zu Gagel in der Alten Mark Brandenburg gefundenen alten Einweyhung- vnd Ablas-Brief.* Hannoueræ 1723. 8. pl. 11. V. C. CHRIST. SCHOETTGENIVS in Progr. de Nicolao Conſtantianenſi Dresdæ a. 1741. 4. ed. pl. 4. lapidem notat, ad quem KELPIVS & STEINHARDTVS offenderunt, quandoquidem ex Epiſcopo *Conſtantianenſi* Conſtantienſem finxerunt, & ſic contra leges hiſtoriæ peccarunt, annum quoque immutantes. Denique notamus, in oppido *Bismarck* crucis imagini, cui miracula quædam adſcribebantur, religioſum cultum ab hominibus velut agmine facto confluentibus exhibitum fuiſſe, teſte ANGELO l. c. pag. 155.

§. VIII.

In Prignitia *Wilsnaci* particulam de brachio S. BARBARAE, atque indulgentias ab ALBERTO Archiepiſcopo Magdeburgenſi propterea conceſſas fuiſſe refert IO. WOLFIVS in lectionibus memorabilibus Tomo I. pag. 719.

§. IX.

Quid cum hoſtia cruenta *Belitii* acciderit, quot itinera eo ſuſcepta, quotque indulgentiæ conceſſæ fuerint, commemorat ANGELVS l. c. p. 101 *vom Wunder-Blut zu Belitz.* Indulgentiæ, quas RVDGERVS, Epiſcopus Brandenburgenſis Belitienſibus propter hoſtiam hanc cruentam conceſſit, leguntur in diario theol. vnſch. Nachr. a. 1738. p. 452 ſ. Confer etiam CRAMERI chronicon eccl. Libro II. p. 37. nec non LEVTINGERVM, & CREVSINGIVM in chronico MS. ad an. 1247 & SCHMIDIVM l. c. p. 72.

§. X.

Eadem fabula ludebatur *Zebdenici:* id quod ANGELVS, quem dixi l. c. p. 102 enarrat: *vom Wunder-Blut zu Zebdenick* nec non CRAMERVS l. c. & SCHMIDIVS l. c. p. 73.

§. XI.

Omnium autem fere hominum mentes animosque in ſe conuerterunt hoſtiæ ſacramenti viuifici in Prignitiæ oppido *Wilsnack* repertæ. Plures huius idololatriæ habemus teſtes & ſcriptores, ſigillatim nunc enumerandos. Præter ANGELVM igitur in Annalibus p. 222. LEVTINGERVM in operibus p. 260 ſq. CRAMERVM l. c. p. 75. HAFTITIVM in Micro-chronico Marchico ad a. 1383 GARCAEVM in ſucceſſionibus p. 143 & HENR. SCHMIDIVM l. c. p. 76 ſ. fuſius de hoc argumento egerunt varii & ſuperioris & recentioris æui ſcriptores. Eminet in his MATTHAEVS LVDECVS, cuius exſtat

ſtat *Hiſtoria von der Erfindung, Wunderwerken vnd Zerſtörung des vermeinten heiligen Bluts zur Wilsſnagk, ſumt den hierüber vnd dawieder ergangenen Schreiben.* Witt. 1586. 4. Alph. 1. pl. 4. Liber hic raro obuius multa ſingularia exhibet, quæ vberius indicari merentur, præcipue in gratiam illorum, qui rerum Marchicarum, & huius inprimis idololatriæ non adeo ſunt gnari. Continentur hic (1) *hiſtoria inuentionis & oſtenſionis viuifici Sacramenti in Wilsnagk*, Lubecæ quondam impreſſa a. 1520. quam reliquiis ſuis manuſcriptorum, earumque Tomo VIII inſeruit illuſtris IO. PETRVS de LVDEWIG a p. 348 ad p. 364. (2) *Eadem germanice.* (3) ALB. KRANZII kurze vnd runde Beſchreibung des vermeinten Wunderbluts in Wilsnagk. (4) IO. HVSSI determinatio quæſtionis cum ſuo tractatulo de omni ſanguine Chriſti glorificato. (5) Copia Schreibens HENR. TOCKEN an Erzbiſch. FRIDRICH zu Magdeb. von dem Wunderbl. zur W. (6) ARNOLDI Biſch. zu Lübeck Schreiben an CONRADVM Biſch. zu Hauelberg, wegen der drey blutigen Hoſtien zu W. (7) Erzbiſch. FRIDRICH zu Magd. Inſtrument wegen Abſchaffung des vermeinten heil. Bluts zu W. (8) Schreiben IO. CAPISTRANI gen Rom an einen Welſchen Biſchof als deputirten Richter in Sachen zwiſchen dem Erzbiſch. zu Magdeb. vnd Biſchof zu Hauelberg das Wunderblut zur W. betreffend. (9) der 4 Erz- vnd Biſchöfe zu Magdeburg, Hauelberg, Brandeburg vnd Lebus Ablas-Briefe wegen der Walfarth gen W. (10) Ablas-Briefe Cardinal PHIL. de ALANCONIO Biſch. zu Oſtien. (11) dito Biſch. RVDOLF zu Schwerin über die Walfarth gen W. (12) dito Erzbiſch. ALBERTI zu Magdeburg über eine Particul von S. Barbaræ Arm in der Kirche zu W. (13) Biſch. IOHANNIS zu Hauelb. Anordnung,

nung, wie es mit dem Gelde, welches von den gelöseten bleiernen Zeichen, die den abgereiseten Wallbrüdern mitgetheilt werden, gefelt, gehalten werden soll. (14) Pabst EVGENII Ablas-Briefe. (15) Et. Bulla an die Bisch. zu Hauelb. vnd Lübeck, darinn er befiehlt, dass allewege eine consecrirte Hostia über die 3 blutigen gesetzt werden soll. (16) Pabst NICOLAI Ablass über diese consecrirte Hostien. Inseruit hasce indulgentias itidem Illustr. a LVDEWIG l. c. p. 366. (17) Etl. Cardinæle Ablas-Briefe, damit die Canzel zu W. umbher behængt gewesen ist. (18) Pæbstl. Bulle, darinn verboten wird, dass die Echter, verbannete, vnd vm Mishandlung willen verwiesene Personen sich zur W. nicht mehr aufhalten sollen. (19) Pabst VRBANI Ablas. (20) IO. AGRICOLA Schreiben an den Prediger zu W. IOACH. ELLEFELD (21) Schreiben des Hauptm. zu Plattenburg CASP. WELLE an das Thumb Capitul zu Hauelberg (22) Schreiben des Thumb Capituls zu Hauelberg an den Churf. von Brandenburg. (23) des Churf. Antwort an den Amtm. CASP. WELLE. (24) Des Hauptm. WELLE Intercession wegen des Schulmeisters. (25) Schreiben des Thumb Capit. zu Hauelb. an Erzbisch. FRIDRICH zu Magdeb. (26) Desselben Schreiben an den Thumb Probst zu Magdeb. IO. von WALWIZ (27) der Magdeb. Canzeley Bekantnus dem Boten gegeben (28) des Magdeb. Canzlers CASP. BARTH Schreiben an IO. von WALWIZ (29) des gefangenen Predigers (der den Abgott zerstöret) ELLEFELD Schreiben an den Rath zu W. (30) des Raths zu W. Schrift an den Churf. zu Br. vm Erledigung ires gefangenen Predigers vnd Schulmeisters. (31) Supplication des gefangenen Predigers an den Churf. zu Br. (32) vnd (34) Schreiben des Caplans CVC. LINDENBERG an den Dechant

chant zu Hauelberg. (35) Schreiben des Baccalaurien TH. BREMER an das Thumb Cap. zu Hauelb. (36) Schreiben etl. Theologen an den Churf. zu Br. der gefangenen Kirch vnd Schuldiener halben. (37) des Churf. Antwort an das Thumb Cap. zu Hauelb. (38) Anderweites Schreiben des Thumb-Capit. zu Hauelberg an den Erzbifch. zu Magdeb. (39) Deffelben Schreiben an IO. VON WALWIZ (40) des Erzbifch. zu Magdeb. (41) vnd IO. von WALWIZ Antwort an das Thumb-Capitul. (42) LVC. LINDENBERG drittes Schreiben an das Thumb Capitul xu Hauelb. (43) Richts-Frage der weltl. Befehlshaber des Thumb-Capit. zu Hauelb. an die Iuriften zu Francfurt vnd Leipzig, auch an die Scheppen zu Brandenb. was für Straff der gefangene Prediger vnd Schulmeifter verwirckt. (44) Der Iuriften Facultæt zu Franckfurt Antwort, (45) der Scheppen zu Brandenburg Belehrung, (46) der Iuriften Fac. vnd Scheppen zu Leipzig Antwort auf die Richts-Frage. (47) IO. von WALWIZ Schreiben an das Thumb-Cap. zu Hauelb. (48) Schreiben des gefangenen Schulmeifters Vaters an den Churf. wegen Erledigung feines Sohnes, (49) Deffen Schreiben an den Rath zu Seehaufen, eine Fürbitte für feinen Sohn beym Capitel zu Hauelb. für feinen Sohn einzulegen. (50) Des Raths zu Seehaufen Fürbitt-Schrift an das Capitul. (51) Deffen Antwort. (52) Des Raths zu Perleberg Schreiben an das Thumb-Cap. zu Hauelb. vm Vergeleitung des flüchtigen Caplans vnd Baccalaurei. (53) vnd (54) des Raths zu Seehaufen 2 Schreiben an das Capitul zu Hauelb. den Schulmeifter auf gnugfame Caution feiner Gefengnufs zu entledigen. (55) Schreiben des Raths zu Prizwalck an das Thumb-Cap. wegen des gefangnen Predigers. (56) Des gefangenen Predigers Schreiben an die Herren vnd etliche von Adel in der

der Prigniz. (57) Deſſelben Schreiben an alle Städte der Marck Brandenb. (58) Fürſchrifft der Herren von Putlitz, u. a. von Adel in der Prignitz an den Churf. wegen des gefangenen Predigers Entledigung. (59) Der Alt-Mærkiſchen vnd Prigniziſchen Stædte Fürbitte an denſelben vm gleicher Vrſach willen. (60) Des Churf. Schreiben auf die Interceſſion der Putlize an das Thumb-Cap. zu Hauelb. (61) Schreiben, ſo des gefangenen Predigers Bruder an das Capitel zu Hauelberg abgelaſſen. (62) Schreiben, ſo des gefangenen Schulmeiſters Vater an das Capitul gethan hat. (63) Schreiben des Raths zu W. wegen Vergleitung des Caplans vnd Baccalaurei an den Churfürſten. (64) Des Churf. Befehl an das Thumb-Capitul zu Hauelberg wegen des vorflüchtigen Caplans vnd Baccalaurei.

Quod etiam Lubecenſes iter Wilsnacum frequentes ſuſceperint, docet IACOBVS A MELLEN in commentatione de itineribus Lubecenſium ſacris Lub. 1711. 4.

§. XII.

Epitomen huius deſcriptionis lectionibus ſuis memorabilibus inſeruit IO. WOLFIVS Tomo I. p. 689 cum inſcriptione: *epitome commenti & blasphemiæ execrandæ, quæſtus cauſa excogitatæ de hoſtiis Sacramenti viuifici inuentis in Wilsnagk ex* MATTH. LVDECO. Eſt in bibliotheca Regia Berolinenſi IO. DORSTEN S. Auguſtini Theologi Erfordienſis de *concurſu ad* WILSNACK *conſultatio*, digna, quæ publici iuris fiat. Confer etiam, quæ in dicti WOLFII lectionibns Tomo I. p. 803 occurrunt ſub nomine HENRICI TOCKEN Canonici. Præterea huius idololatriæ mentionem faciunt GEORGIVS FABRICIVS in Annalibus Miſniæ ad annum 1444, Chronicon Magde-

Magdeburgenſe apud MEIBOMIVM ad annum 1451. & 52. p. 356. 359 & 461. CASP. SAGITTARIVS in hiſtoria Archiepiſc. Magdeb. cap. XXIV. §. 8. IO. CHRIST. BECMANNVS in orat. ſæculari, vbi locus IO. HVSSI & NIC. CVSANI a LVDECO allatus repetitur, additis obſeruationibus lectu digniſſimis, quam falſa dogmata ex doctrina de transſubſtantiatione oriantur. IAC. LENFANT dans l'hiſtoire de la Guerre des Huſſites Part. II. Lib. XII. §. 19. Huc etiam pertinet V. C. SAM. WALTHERI commentatio *de foeda, & plusquam barbara ſuperſtitione Wilsnacenſi, quantum & qua ratione hiſtoriæ Magdeburgenſi ſit implicata.* Magdeb. 1725. 4. pl. 2. Fortaſſe etiam referri huc meretur, quod SIMON MAIOLVS diebus canicularibus inſeruit Tomo III. p. m. 69 ſq. de perfido quodam Chriſtiano, nomine PAVL FROMME ſub hac epigraphe: *Admirabile, magnum & nouum a Doctore quodam rectiſſime collectum, anno Domini 1510 quomodo improbiſſimi Iudæi, qui ſub Marchione Imperii Rom. Electore moram trahunt ſacroſanctum ac venerabile ſacramentum ſibi a peſſimo quodam chriſtiano & ſacrilego comparatum, per ſummam contumeliam perforauerint, confregerint, Chriſtumque denuo crucifixerint.* Exſtat etiam breuis huius facti narratio in LVCAE OSIANDRI epitome hiſtoriæ eccleſiaſticæ Centur. XVI. P. I. c. 14. Vtrumque auctorem contulit, & quæ iſti latino ſermone propoſuerant, vernacula enarrauit STEINHARTVS, cuius §. 7 mentionem fecimus, in libello cit. a p. 102 ad p. 109. In bibliotheca SCHLÜTERIANA Berolini a. 1732 diuendita occurrebat de eodem argumento liber, ſub titulo: *Hiſtorie von dem, von einem Nahmens Paul Fromm genannt, a. 1510 begange-*

gangenen Diebstahl einiger Monstranzen vnd geweyheten Hostie aus der Kirchen zu Knobloch, vnd der von dem Iuden mit letzterer begangenen Misbandlung. 4.

§. XIII.

Huc etiam pertinent (1) indulgentiæ, quas IOHANNES episcopus *Hauelbergensis* omnibus deuote sanguinem Christi in ecclesia *Stepenitz* salutantibus ac sacrificio debito venerantibus anno 1252 die S. Michaelis contulit. (2) Indulgentiæ quorundam Cardinalium templo B. Mariæ Virginis in *Stolpe* dioecesis *Hauelbergensis* a. 1484 concessæ.

§. XIV.

Neque *Vcariam* ab hac superstitione immunem fuisse testantur indulgentiæ a. 1304 & 1310 missam diebus natiuitati, & resurrectioni dominicæ, atque effusioni miraculosæ Spiritus S. festis in altari ædis Marianæ apud *Primislauienses* celebrantibus, aut idem altare liberaliter donantibus, quæque ibi adseruantur, reliquias cultu religioso prosequentibus collatæ.

§. XV.

Spicilegii loco addo, quod, dum hoc caput sub prelo sudat, mihi nunc demum innotuit, nimirum de peregrinationibus *Göritium* & *Crussouiam* crebrius institutis. Hic nimirum indusium B. ANNAE fuisse relatum est, cui quum non exiguum pondus adscriberetur, mira ad illud videndum cupiditate incensi sunt homines istorum temporum superstitione exeoecati. Illic vero imaginem B. MARIAE virginis (ein Gnaden-Bild) fuisse ex vitæ curriculo CLARAE de SCHLIEBEN. Verba, quæ huc maxime faciunt, hæc sunt: *Welche* (CLARA illa) *willen vnd barfuß nach*

nach Gewohnheit derselben Zeit in ihrer Eltern Krankheiten, vm Ablaß vnd Hülffe nach der Göriz, da die Mutter Gottes gnädig seyn wollen, hat wallen müssen.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SCRIPTORES DE HISTORIA ABROGATI IN MARCHIA PAPATVS.

§. I. Scriptores, qui de abrogato in Marchia Papatu scripserunt.
§. II. Diuisio totius capitis.
§. III. Ad praeludia repurgatorum sacrorum pertinent Waldenses, & Hussus in Marchia noti.
§. IV. Io. Tezelii conatus in pluribus Marchiae locis irriti.
§. V. Homilia Lutheri praesente Ioach. II. habita.
§. VI. Elisabethae animus purioribus sacris addictissimus.
§. VII. Ioachimus I. purioribus sacris infensissimus.
§. VIII. Quo vero mortuo laetior rerum facies exsurgit, & sacrorum emendatio diuinis auspiciis suscipitur.
§. IX. Post sumtam sub vtraque specie ab Electore coenam dominicam facta enarrantur.
§. X. Ingens laetitia, quam Elector ex repurgatis sacris concepit.
§. XI. Maimburgii commentis respondetur.

§. I.

Laetiora nunc attingimus tempora, ea nimirum, quibus vana de indulgentiis nugamenta desierunt, & sacrorum emendatio diuinis auspiciis in Marchia successit. Indicabimus igitur scriptores, qui argumentum hoc tractatione longe dignissimum tractandum susceperunt. Fatendum vero nobis omnino est, vera dixisse SECKENDORFIVM l. c. Tomo II. p. 234 quod iusti fere tractatus materiam reformationis Marchicae historia suppeditet. Idem ille SECKENDORFFIVS,

quum, licet ſtrictim, de reformatione hac Marchica egerit, honoris cauſa nominandus hoc loco omnino eſt. Habemus tamen illo antiquiores, qui, qua ratione ſeceſſionem a Pontificiis fecerit Marchia, docuerunt, ANDR. nimirum ANGELVM, in annalibus, NIC. LEVTINGERVM, SEBALDVM itemque GARCAEVM locis citatis. His accenſendi ſunt, qui recentiori æuo idem argumentum tractandi partes ſibi depopoſcerunt, IO. CHR. BECMANNVS in orat. ſæculari, HENR. SCHMIDIVS, & REN. ANDR. KORTVMIVS in anecdotis l. c.

§. II.

Dum vero ſingulos, quos quidem noſſe nobis contigit, abrogati in Marchia Papatus ſcriptores enumerare animus eſt: operam noſtram ita diſtribuemus, vt primum illos ſignificemus, qui de præludiis emendationis ſacrorum expoſuerunt. Hos excipient, qui obſtacula ſaluberrimum negotium remorantia indicarunt. Quo facto iſtos commemorabimus, qui non modo tempus lætabile, quo rectius ſentire & docere coeptum eſt, ſed varias etiam περιςάσεις memoria præ reliquis dignas excuſſerunt. Denique addentur, qui, quæ ſubſecuta ſunt, enarrauere.

§. III.

Ad præludia referendum exiſtimo, quod de Waldenſibus IO. WOLFIVS in lectionibus memorabilibus Tomo I. p. 381 ſcribit, exſtare magnum proceſſuum volumen, in quo CCCCXLIII Waldenſes nominatim examinati ſunt in Pomerania, *Marchia*, & vicinis locis. WOLFII locum repetit CRAMERVS in chronico Pomeranico, BECMANNVS or. ſæculari E I & HENR. SCHMIDIVS l. c. Ipſius etiam IO. HVSSI doctrinam Marchiæ innotuiſſe dubitari non poteſt, ſiquidem ex illis, quæ occa-

ſione

ſione peregrinationum Wilsnacenſium allata ſunt, id colligi ſatis poteſt, itemque inde, quod multi multorum ordinum ex Marchia Conſtantiam venerunt, quum celebre illud concilium ibi celebraretur. SCHMIDIVS quidem l. c. largitur, Marchicos eo aduentantes de puriori doctrina, quam HVSSVS profitebatur, aliquid inaudiuiſſe; ad eam tamen vel curatius inueſtigandam, vel amplectendam tempus illud oportunum nondum fuiſſe, quum ad Pontificis normam omnia agerentur: ego vero exiſtimauerim, manſiſſe & hic aliquid alta mente repoſitum, certe manere potuiſſe, ſatisque pro iſtorum temporum ratione fuiſſe, meliora audire, licet eadem profiteri minus liceret. Ceterum huc pertinet quæſtio, vtrum HVSSI adſeclæ, quos Huſſitarum nomine venire notum eſt, habitationes ſuas & domicilia in Marchia habuerint? ad quam quidem BECMANNVS & SCHMIDIVS iisdem locis cit. reſpondent, & quidem negando.

§. IV.

Ortæ cum TEZELIO concertationes planiorem viam ſternebant, quo Marchici rectiora edocerentur. Inprimis memorabile eſt, quod SEBALDVS refert, quæſtorem hunc indulgentiarum *Belitii* ne obolum quidem accepiſſe, & confeſſum eſſe, aut pios admodum, aut peſſimos homines Belitienſes dici poſſe. Nec ignota fuit epiſtola LVTHERI, ſi non anno 1517, ſequenti certe ſcripta, quam Tomo I. epiſtolarum ex collectione Aurifabri, p. 40 reperias, cuiusque particulam celeberrimus KAPPIVS *in der Sammlung einiger Schrifften zum Ablas.* p. 308 exhibet, vbi notari maxime meretur, quod LVTHERVS ſcribit: *Ego vero pudore ſuffuſus, quod tantum Abbatem* (Leninenſem) *deinde tantus Pontifex tam humiliter ad me mitteret, & ſolius*

 huius

huius rei gratia dixi cet. Imposturas TEZELII facile subodoratos esse Marchicos, certe non paucos eorum: hinc quoque liquet, quod haut procul *Trebino* pecunias emendicatas quidam occupauit, cista aere vacua nundinatori relicta, id quod ANGELVS l. c. p. 288 & LEVTINGERVS, aliique testantur.

§. V.

Nec praetermittenda est homilia praesente diuo IOACHIMO II. tum Principe Iuuentutis a LVTHERO habita, quae seorsim prodiit, sub titulo: *Eyn Sermon von der wirdigen Empfahung des heyligen waren Leichnamss Christi gethann am Gründornstag zu Wittembergk yn Kegenwertigkeyt des Durchl. Hochgebornn Fursten vnd Marggraff zu Brandenburgk des iungern D. M. Luther a. 1521. 4. pl.* 1. item Opp. Altenburgensium Tomo I. Nec gratiam Principis huius LVTHERO defuisse ex multis documentis constat, siquidem epistolae a IOACHIMO datae & responsoriae LVTHERI exstant.

§. VI.

Non parum quoque ad abrogandos Papatus errores contulisse pientissimae matris ELISABETHAE animum purioribus sacris addictissimum, in confesso est, omnesque illi testantur, qui historiam illorum temporum condiderunt. Consulendus inprimis est SECKENDORFFIVS, & ex Marchicarum rerum scriptoribus LEVTINGERVS, & SCHMIDIVS ll. all. aliique. Pertinet etiam huc HENR. MOELLERI Rectoris Freybergensis Programma, inscriptum: Gynaeceum illustre, puriori Lutheri aetate, doctrinae deditum. Freyb. 1738. f. pl. 3.

§. VII.

Erant tamen non pauca, quae saluberrimum diui

IOACHI-

IOACHIMI II. de amplectendis purioribus ſacris conſilium vel tollere plane, vel ſufflaminare poterant: id quod non vna ratione docemur. Ita enim Principis optimi parens LVTHERO admodum inſenſus erat, quod SLEIDANVS, SCVLTETVS, aliique teſtantur. Huc maxime ſpectat, quod translationem bibliorum a LVTHERO adornatam in terras Marchicas importari noluit, ſiquidem edictum ipſum operibus LVTHERI inſertum exſtat. Nec minus huc ſpectat, quod idem Princeps Serueſtanis LVTHERI dogmata diſſuaſit, teſte BECMANNI hiſtoria Anhaltina Parte VI. p. 45. Notum etiam eſt, eumdem ægerrime tuliſſe, quum Stendalienſes hymnis euangelicis vterentur. Inprimis autem, & inſtar omnium eſſe poteſt, quod nullam plane, etiam poſt ſuum ex hac vita diſceſſum ſacrorum mutationem admittere voluit. Filios enim IOACHIMVM, poſt Electorem, & IOANNEM ſacramento quodam adſtringebat, ne a ſacris Romanenſium facerent ſeceſſionem. Integrum inſtrumentum orationi ſæculari inſeruit BECMANNVS E. i (b)

§. VIII.

At enimuero defuncto Patre IOACHIMVS II. Elector rem animo diu agitatam feliciter exſequebatur. Quumque frater IOANNES Cotbuſienſibus permitteret, vt ſacris purioribus nomen darent, quod quidem auctore & ſuaſore IO. BRISMANNO, (cuius vitam Pruſſiæ illuſtratæ Parte XVII inſertam videas) faciebant: ipſe IOACHIMVS Francofurtanos & Wricenſes ſalubri doctrina imbui cupientes non prohibebat, teſte LEVTINGERO p. 148 opp. & BECMANNO in acceſſionibus ad IVSTI chronicon Francofurtanum p. 57. Ipſe Elector ſacra coena vtebatur a. 1539 non vero Coloniæ, (qua quidem in re SECKENDORFIVS lapſus eſt) ſed Spandouiæ. Diſſentiunt, quod mireris, ſcriptores rerum Marchi-

 carum,

carum, & in diuersa abeunt: rem vero, nisi fallimur, ad planum deduximus, im Alten vnd Neuen Berlin Parte I. p. 39 s. ibique collatis vtriusque partis sententiis euicimus, Spandouiæ omnino id calendis Nouembribus factum, & Electoris exemplum die sequenti Colonienses, Berolinenses, aliosque sequutos esse.

§. IX.

Quo facto ordinationem ecclesiasticam conscribi iubebat pientissimus Elector, dabatque id negotii IAC. STRATNERO & GEORGIO BVCHHOLZERO, consulto hac de re ipso LVTHERO. De ipso hoc libro, eiusque editionibus capite mox sequuturo disseremus. Ordinationem sequebatur & ecclesiarum, & academiæ Francofurtanæ visitatio, quam vocant, qua de re pluribus egit BECMANNVS in orat. sæculari, & historia Francofurtana. Atque vt faciliorem redderet doctrinæ Euangelicæ, cui se addixerat, progressum Elector, in ipsa ordinationis an. 1540 publicatæ præfatione declarat, se neminem Romanensium coetui adhuc addictum eiecturum, sed vel migrare illum in alias vrbes passurum, vel si tranquille vixerit, quoad vixerit, sustentaturum esse. Confer omnino LEVTINGERVM de hac re disserentem opp. p. 167 sqq.

§. X.

Quantam ex Euangelii propagatione lætitiam conceperit optimus Princeps, SECKENDORFFIVS l. c. Tomo II. p. 309 a & b. docet, hoc addito epiphonemate: *Hæc profecto non perfunctoriam euangelicæ doctrinæ agnitionem & curam indicant, simulque ostendunt, quis scopus finisque magni huius Principis fuerit, cum in ceremoniis & ritibus mutandis cunctaretur, sperans scilicet quod facilior futura*

futura esset aliorum ad eamdem fidem conuersio, in qua tamen quoad capita fundamentalia cum Saxonicis prorsus consentiebat, & se cum illis vnam constituere ecclesiam in ea testabatur epistola, in huius enim gremium recipi vult Agricolam. Hæc SECKENDORFFIVS. Id quoque confirmant solemnes gratiarum actiones, quas ad puriorum sacrorum receptorum memoriam celebrari iussit teste HAFTITII Micro-chronico Marchico ad a. 1569 & ANDR. WENCELIO *in der Iubeliahrs-Predigt*, quæ quidem homilia a. 1606 habita & impressa est.

§. XI.

Superest, vt tribus, quod aiunt, uerbis moneamus, male sensisse MAIMBVRGIVM, quandoquidem existimat, Electorem cum ordinibus prouinciarum pepigisse, vt mutationem religionis solutione æris alieni, quo Elector oneratus erat, redimerent. Diluit hæc MAIMBVRGII dicteria laudatus a nobis, nec vmquam satis laudandus SECKENDORFFIVS his verbis: *Notior est Electoris ab aliquot annis ad religionis emendationem propensio, quam vt hoc stimulo opus habuisse videretur.* l. c. p. 240. Idem MAIMBVRGIVS de ALBERTO Moguntino dicit, cuius tamen nomini pepercit, nec ei imputare voluit, quod sanctimoniæ illius alibi a se laudatæ detraheret. l. c. p. 241. Mirum sane est, DAVIDEM CHYTRAEVM (quem quidem certiora edoceri potuisse crediderim,) eadem chorda oberrasse, & in Chronico-Saxoniæ. p. 444. (ed. Lipſ. de a. 1539 f.) eadem commenta repetiisse. At enimuero responso opus non est, quum quæ ex SECKENDORFFIO paullo ante adduximus, hæc etiam dicteria diluant.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

DE ORDINATIONIBVS ECCLESIASTICIS.

§. I.

Quum ſtatim poſt emendata ſacra Diuus Elector IOACHIMVS II. ordinationem eccleſiaſticam conſcribi iuſſerit, & Sereniſſimi ſucceſſores nouas ſanctiones ediderint: operam non inutilem ſuſcepturos nos ſperamus, ſi ordinationes eccleſiaſticas Brandenburgicas ſigillatim enarrare incipimus. Confirmauit hoc noſtrum conſilium non modo IO. ANDR. SCHMI-

SCHMIDII in diſſertatione de Agendis Helmſtadii a. 1718 vulgata p. 31 ſed etiam illuſtris BOEHMERI deſiderium, qui in incomparabili opere, quod ius Proteſtantium eccleſiaſticum appellauit P. I. p. 158 hiſtoriam Agendorum omnium regionum adornari optat. Quocum ſentit SCHÜTZIVS in vita CHYTRAEI libro II. p. 110 ſcribens, ex omnibus, quotquot reperire licet, eccleſiarum agendis harmoniam quamdam iurium eccleſiaſticorum in foro Proteſtantium vſitatorum confici poſſe.

§. II.

Rem igitur ipſam aggreſſuri præmittimus merito, qui generatim de liturgia, & ordinationibus eccleſiaſticis egerunt. Huc referuntur IO. FRIDERICI *liturgia vetus & noua* Ien. 1705. 4. CHRIST. MATTH. PFAFFII *diſſ. de liturgiis, miſſalibus, agendis, & libris eccleſiaſticis orientalis & occidentalis vet. & modernæ.* Tub. 1718. 4. recuſa deinde, & inſtitutionum hiſt. eccl. editioni primæ adiuncta, SCHMIDIVS in diſſertatione modo allegata, & IO. ERDM. BIECKIVS *de Agendis eccleſiaſticis vulgo Kirchen-Agenden* in Miſcellaneis Lipſienſibus T. VIII. p. 35. ſ. Nec ingratum erit, præfationem DIETERICI von STADE manuali eccleſiaſtico Stadæ a. 1710. edito præmiſſam contuliſſe. Inprimis vero huc pertinet *Bibliotheca Agendorum beſtehend aus einem vollſtændigen Catalogo der Kirchen-Ordnungen, Agenden, vnd anderer dergl. Schrifften, welche* Hr. CHRIST. IVLIVS BOCKELMANN *Archid. Cellenſis durch mehr als 30jæhriges Bemühen geſammlet, vnd zum Druck ausgefertiget* HERMANN CASP. KOENIG Zelle 1726. 4 Alph. 1. pl. 11. Confer. Unſch. Nachr. de a. 1724. p. 342. & 1727. p. 946. it. 1728. p. 1263. vbi apparatus hic agendorum inſeritur. Eundem catalogum, nondum tamen tot ordinationibus inſtructum SCHMIDIVS

 diſſ.

disſ. c. & KAHLERVS diſſert. de obligatione ordinationum eccleſiaſticarum adiunxit. De origine autem ordinationum eccleſiaſticarum data opera egit theologus Gothanus celeberrimus ERN. SAL. CYPRIANVS im Bericht von Kirchen-Ordnungen, Coburg 1712. 4.

§. III.

Hæc prooemii loco ſufficiant. Ad ipſas igitur ordinationes eccleſiaſticas Brandenburgicas conuertimur, & quidem eas, quæ vniuerſam Marchiam attingunt: de illis enim, quas *ſpeciales* dixeris, quæ nimirum hanc vel illam eccleſiam ſpectant, loco magis opportuno acturos nos exiſtimamus, quando ad vrbium deſcriptiones perueniemus, vbi de his quoque diſſerendi locus dabitur. Prima ſine dubio eſt *Kirchen-Ordnung in meiner gnædigen Herren der Marggrafen zu Brandenburg vnd eines erbaren Rats der Stadt Nürmberg Oberkeyt vnd gepieten, wie man ſich bayde mit der Leer vnd Ceremonien halten ſolle*, 1533. fol. Auctores huius ordinationis BRENTIVM, & STRATNERVM, diuerſas editiones, laudes & honorifica de illa teſtimonia refert KOENIG l. c. p. 1. 10. 16. 205. 208. 214. vbi variæ editiones, & in quo altera alteri præferenda ſit, recenſentur. Non iniucunda lectu ſunt, quæ de hac ordinatione diſſerit THEOPH. SINCERVS *in der neuen Samlung von lauter alten vnd raren Büchern* p. 2. ſeqq. Eamdem hanc ordinationem eodem anno 1533. in forma quarta vidi, in cuius fronte hæc verba docta manus quædam adſcripſit: *autore Andrea Oſiandro*. Cuius quidem editionis ea de cauſa mentionem iniicio, quum KOENIGIO viſa non fuerit. Pertinet huc etiam *Catechismus oder Kinderlehr, wie ſolche zu Brandenburg bey denen Marggrafen, vnd eines Raths zu Nürnberg geprediget wird. Nürnb.* 1539. 8.

§. IV.

In electoratu Brandenburgico, siue Marchia prima prodiit ordinatio, hoc titulo insignita: *Kirchen-Ordnung im Churfürstenthum der Marcken zu Brandenburg, wie man sich beyde mit der Leer vnd Ceremonien halten soll.* Berlin 1540. 4. SECKENDORFFIVS loco saepe cit. p. 235. scribit, ordinationem hanc a IAC. STRATNERO Theologo Anspacensi & GEORGIO BVCHHOLZERO Praeposito Berolinensi conscriptam esse, consulto de illa MART. LVTHERO, qui quid sentiat, in epistola a. 1539. d. 4. Dec. exarata & libro Antiphonarum (cuius §. VIII. mentionem faciemus) typis in Marchia vulgato, necnon in appendice Tomi VII. Alt. p. 717. adiecta declarauit. Pergit SECKENDORFFIVS p. 236. se ordinationem illam frustra pluribus locis quaesitam tamdem reperisse, & quamdam eius epitomen facit, ita quidem, vt (1) quaedam ex prooemio siue exordio dederit excerpta (2) dicat repeti summam doctrinae de fide & iustificatione. Succedit (3) elenchus errorum oppositorum (4) refutatio calumniae de prohibitione bonorum operum (5) alia quaedam doctrinae capita (6) improbatur inuocatio sanctorum, & vera oratio commendatur, (7) de libero arbitrio (8) de libertate christiana (9) Subiungitur Catechismus (10) de ritibus (11) de baptismo (12) de confirmatione (13) de confessione (14) de sacra coena (15) de abrogatione missae, & quorundam rituum ordinatione (16) de cura & communione aegrotorum (17) de funeribus (18) de matrimonio (19) de ordinatione & iure Episcoporum (20) de festis, & ieiuniis (21) alia quaedam (22) approbatio & consensus Episcopi Brandenburgensis. Conferatur de hac ordinatione etiam KOENIGIVS l. c.

§. V. Bien-

§. V.

Biennio elapſo noua huius ordinationis editio Berolini prodiit, nulla adhibita variatione, niſi quod ſub finem prioris ſequentia AVGVSTINI verba adduntur, in editione de a. 1542 omiſſa: *Legite, & omni vigilantia iſta diſcutite, & magis magisque legite atque diſcutite: ſed animo æquo, non animo inimico. Legite illud attendentes, quia erit vobis in futuro iudicio iſta ſcriptura teſtis, ſi agnoſcentes vera eſſe, quæ dicta ſunt ad ſinum matris eccleſiæ Catholicæ, quæ ſola veritatem docet, omni curſu non feſtinaueritis.* IO. ISLEBIVM huius libri auctorem eſſe LEVTINGERVS p. 161 opp. auctor eſt, quippe quem capita religionis eiusque explicationem prolixam continere & LVTHERO transmiſſum eſſe refert, addito alio, formam ceremoniarum, quæ pro ſacris agendæ erant, præſcribente. Plura de huius ISLEBII iuſſu Electoris actis narrat LEVTINGERVS l. c. p. 170. KOENIGIVS l. c. I. 44. meminit, exemplo, quo BOKELMANNVS, bibliothecæ Agendorum poſſeſſor, vſus eſt, H. HVSANVM adleuiſſe, quod ipſe diuus Elector præfationem ordinationis, quam dixi, confecerit, eamdemque manu ſua ſcripſerit. Retulit quidam, ipſam hanc ordinationem a. 1549. uel 50 recuſam eſſe: certi vero quidquam hac de re non conſtat. Id ſcio, rariores illas editiones de a. 1540 & 42 fuiſſe. Laudatiſſimo igitur conſilio illuſtris MYLIVS hanc ordinationem recudendam, corporique Conſtitutionum Brandenburgicarum inſerendam curauit Tomo I. a p. 6. vsque ad paginam 249. Eodem Tomo p. 264. legitur diui IOACHIMI *Ordnung vnd Sazung, wornach ſich die Patronen, Pfarrern, Gots-Hausleute, vnd Gemeinden in den Churf. Brandenb. Dörffern in geiſtl. Sachen zu richten.* 1558.

§. VI.

§. VI.

Sequitur recenſendus paruæ quidem molis, ſed nonniſi ſemel mihi viſus libellus, hoc titulo: *Conſtitution vnd Artikel des geiſtlichen Conſiſtorii zu Wittenberg aus Befehlich - - Herrn Iohans Friderichen Herzogen zu Sachſen, des Heil. R. Reichs Erzmarſchalken vnd Churfürſten hochlöbl. vnd ſel. Gedächtnüß durch ſeiner Churf. Gnaden fürnemſte Theologen vnd Iuriſten geſtellet anno 1542 durch Georgen Buchholzer Probſt zu Berlin in den Druck gegeben* 1563. 4. pl. 8. Videor fortaſſe Saxonica immiſcere Brandenburgicis, & falcem meam immittere in alienam meſſem: at ſalua res eſt. Ipſa enim præfatio BVCHHOLZERI ſatis declarat, omnino eam conſtitutionem huc referri debere. Poſtquam ille nomina eorum, qui ſanctionem hanc conſcripſerunt, commemorauerat, nimirum LVTHERI, POMERANI, IONAE, CRVCIGERI, MELANCHTHONIS Theologorum, SCHVRFFII, BRVCKII, PAVLI ICtorum, ita pergit: *Vnd nachdem a. 1545 der Durchl. Fürſt vnd Herr, Herr IOACHIM Marggraff zu Brand - - inn irer Churf. G. Kirchen vnd Landen auch ein Conſiſtorium wollen auffrichten, domit die reine Lehre vnd gute Diſciplin im Churfürſtenthumb der Marck zu Brandenburgk auch erhalten würde, ward ich von iren Churf. G. gegen Wittenbergk zu D. Mart. Luthero geſchicket, die Conſtitution vnd Artikel des Sechſiſchen geiſtlichen Conſiſtorii zu holen, darzu war der heilige Mann faſt willigk, vnd übergab mir dieſelbige, wie ſie von allen obgemelten Herren geſtellet war, denn D. Mart. Lutherus hochged. meinen gdſten Herrn*

Herrn ſonderlich lieb hatte, welchs er offt inn meiner Kegenwertigkeit durch viel ſchöner Wort vnd Reden erkleret hat. Indeß ſtirbt Martinus Luther, vnd entſtehet der Kriegk inn deutſchen Landen, dadurch man die Luteriſchen ganz vormeinte zu verterben vnd auszutilgen, da wart zu Wittenbergk inn werendem Krieg, als die Profeſſores der Vniuerſitet von dannen weichen muſten, ire Exemplar der Conſtitution verlorn. Vnnd da die Vniuerſitet wiederumb Fried bekam, vnd ſie nu erfuren, daß ich ein Exemplar hatte, ſchrieben die Herren des Conſiſtorii an mich a. 1555, *vnd baten mich, ich wolts inen widerumb mitteilen*, wie *dann in volgender Copey ires Schreibens zu ſehen iſt, das ich* willigk *vnd gerne gethan - - - Dieweil dann viele Leut begeret die Ordnunge des Conſiſtorii der Wittenberger, vnd ſonderlich, dieweil viel Predicanten zur itzigen Zeit ſehr vnbeſcheiden, vngeſchicklich, vnnd zu geſchwinde fahren mit Bannen der Leute*, welchs *Stück in dieſer Ordnung des Conſiſtorii recht* wol *gefaſſet iſt*, wie *man damit vmgehen ſoll, habe ich nicht moegen vnterlaſſen ſolche Conſtitution offentlich im Druck zu geben.* Hactenus BVCHHOLZERVS.

§. VII.

Eadem raritate ſe commendat ſequens libellus: *ein Traubüchlein für die einfæltigen Pfarherrn inn der Marck zu Brandenburgk, zu Ehren Herrn Thomaſen Matthiſen Churf. Brandenb. Rathe, Burgermeiſter zu Berlin &c. in Druck verfertiget durch Georgium Buchholzer, Probſt zu Berlin. Ff.* 1561. 4. pl. 4.

pl. 4. Occaſionem libellum hunc conficiendi ſequentibus refert BVCHHOLZERVS: *Dieweil den ezliche Stedte, vnd Pfarhern auf den Dörffern in der Marke offtmals an mich geſchrieben vnd gebeten haben, ich wolt inen meine form, Braut vnd Breuttigam zuuortrawen vnd zuſamen zu geben, vberſchicken vnd mitteilen, das ich gethan, mir aber des abſchreibens zu viel wird, - - da habe ich die form, mit ſampt dem Brautampt des andern tages, wie es hie zu Berlin, da man zwier, als Abends vnd Morgends zur Kirchen gehet, gehalten wird, im Druck vorfertiget, damit die armen Pfarhers, die es nicht beſſer wiſſen, die können bekomen, vnd in iren Kirchen gebrauchen, den kurzlich darinne vorfaſſet iſt, was vom Eheſtande zu ſagen nötig iſt.*

§. VIII.

Laudatiſſimis diui IOACHIMI II. Electoris ordinationibus ad numerandum quoque eſt, quod antiphonas olim nonniſi latino ſermone decantatas patria lingua donari iuſſit. Teſtatur illud ordinatio nunc recenſenda. Titulum libri, quem tamen aliquot vicibus inſpexi, nunquam vidi. In bibliotheca Regia Berolinenſi bis occurrit. Prima vice vocatur *Brandenburgiſche Kirchen-Ordnung*: altera autem vice *Miſſale Germanicum*. Vtrumque titulum meretur. Liber in forma quarta impreſſus eſt Francofurti ad Viadrum in officina *Iaannis Eichorn*, abſoluitur paginis 969. Quid illo contineatur, nunc ſignificabo. Præfatio (quam in vno exemplo, quod Regia bibliotheca poſſidet, duo folia antecedunt, quorum alterum figuris quibusdam æri inciſis, nullo tamen addito rubro, alterum icone Electoris ornatum eſt) nomine IOACHIMI II. El. Br. nullo tamen anno & die adiecto

adiecto conſcripta de tot tantisque erroribus ac certaminibus in religione chriſtiana ſubortis dolet, quorum cauſſa in hymnos & lectiones ex multis eccleſiis plane exterminatas confertur. Quibusdam de fructu antiphonarum,& reſponſoriorum adiectis ſubungitur, voluiſſe ſe, illos hymnos retineri, inprimis in eccleſia Collegiata Colonienſi, idque LVTHERO aliisque theologis iſtius æui primariis ſuadentibus feciſſe. Ne vero quem ſenſus eorum, quæ leguntur aut cantantur, fugeret, iuſſiſſe ſe, vt antiphonæ in coetibus publicis vſitatæ idiomate omnibus noto, id eſt vernaculo exprimerentur. Subiunguntur quædam de argumento horum hymnorum quotannis decantandorum, addita exhortatione, vt ordinationis eccleſiaſticæ quiuis memor ea quæ eccleſia ſiue cantanda ſiue prælegenda ordinauit, obſeruet, atque ab omnibus confeſſioni Auguſtanæ & puriori doctrinæ, quæ docetur, aduerſariis ſedulo caueat. Præfationem excipiunt epiſtolæ duæ LVTHERI a. 1532 ad Electorem datæ, quarum prima ſtatuit, ſatius eſſe ſacra coena plane non, quam ſub vna ſpecie vti. Altera IOACHIMVM prælio contra Turcos interfuturum piis precibus comitatur. Succedunt LVTHERI & MELANCHTHONIS epiſtolæ ad Electorem a. 1542 datæ denuo Budam profecturum, vt contra Turcum militaret. Excipiunt epiſtolæ ad eumdem, quum in eo eſſet, vt ordinatio eccleſiaſtica Marchica imprimeretur, a. 1539 a LVTHERO, MELANCHTHONE, IVSTO IONA & VRB. REGIO exaratæ. Finem faciunt epiſtolæ LVTHERI, MELANCHTHONIS, & BVGENHAGII ad BVCHHOLZERVM, CONRADVM CORDATVM, & GEORGIVM SOLINVM Theologos Marchicos de eadem ordinatione, & retinendis cærimoniis quibusdam, quarum Elector obſeruantiſſimus cuſtos erat. Denique ABDIAE PRAETORII

TORII carmen de canticis ecclesiæ puris adiicitur. Quo facto ipsæ antiphonæ a Dominica. I. Aduenttus vsque ad eam, quæ in fastis septuagesima vocatur, succedunt, & sic totus liber finitur.

§. IX.

Quum duplici nomine librum, de quo hactenus disserui, insigniri dixerim: nunc etiam tertium adiungo, quandoquidem ille ipse liber vocatur *das teutsche Breuier der alten reinen Kirchen-Gesænge.* Vt de origine huius tituli constet, non possum non quædam subiungere. Prodiit Francofurti ad Moenum a. 1579. *Collectur vnd Auszug aus den christlichen, reinen, itziger vnserer Zeit Lehrern, wie vnd warum die christlichen freyen vnd vngefæhrlichen reinen Ceremonien one Verlezung der Gewissen mögen, können, vnd sollen gehalten werden, durch Achatium von Brandenburg, Churf. Brandenb. Consistorial-Rath, vnd Mituerordneten geistlichen Visitatorn, etwan Scholasticum vnd Canonicum S. Victors Stifft vor Meinz, mit grossem Fleiß zusammen getragen.* 4. Alph. 1. pl. 3. Primum, quod in hoc libro occurrit, est integra præfatio, libro, cuius §. VIII. mentionem fecimus, præmissa sub titulo: *Des Durchl. Herrn IOACHIMS II. M. z. B. des Heil. R. Reichs Erz-Cämmerer vnd Churf. Schrifft vnd Vorrede in das teutsche Breuier, der alten reinen Kirchen-Gesenge zu Cölln an der Spree ausgangen.* a. 1569. Sequuntur epistolæ singulæ theologorum §. VIII. adductæ, denique collectanea quædam, ecclesiam christianam, & cærimonias spectantia, quibus autem recensendis nunc non immorabor.

§. X.

Sequuntur ordinationes ecclesiasticæ auspiciis

Diui IO. GEORGII, qui IOACHIMVM II. patrem in regimine excepit, editæ. Primum locum obtinet corpus illud doctrinæ, quod a. 1572 fol. editum est, hoc titulo: *die Augſpurgiſche Confeſſion, aus dem rechten Original, welches Keyſer CAROLO V. auf dem Reichstage zu Augſpurg a. 1530 übergeben, der kleine Catechiſmus, Erklerung vnd kurzer Auszug aus den Poſtillen vnd Lehrſchrifften des theuren Mans Gottes D. Lutheri, daraus zu ſehen, wie derſelbe von fürnembſten Artikeln vnſerer chriſtl. Religion gelehret, aus Verordnung des Durchl. Fürſten vnd Herrn, Herrn IOHANSEN GEORGEN, M. zu Br. des Heil. R. Reichs Erz-Cām. vnd Churf. vor die Kirchen in ſeiner Churf. Gn. Landen, neben einer allgemeinen Agenden oder Ordnung, nach welcher ſich die Pfarher vnd Kirchendiener zu verhalten, zuſammen gedruckt anno ſalutis & gratiæ MDLXXII. fol.* In fine libri. *Franckfurt an der Oder durch Iohann Eichorn, nach Chriſti Geburt* 1512. Alph. 4 pl. 13. In præfatione Sereniſſimus Elector ſerio iubet, vt omnes in Marchia verbi diuini Miniſtri ſacri codicis & Auguſtanæ Confeſſionis itemque ſcriptorum Lutheri lectionem ſibi commendatiſſimam habeant, a ſuſpectis autem libris maximopere caueant, & ordinationem hanc ſingulis eccleſiis traditam diligentiſſime obſeruent: ſin minus, munere eos priuandos, & indignationem Principis incurſuros eſſe. In fine additur, hanc ordinationem conſentientibus & ſuadentibus Superintendentibus, aliisque piis & doctis viris impreſſam eſſe.

§. XI.

Anno ſequenti prodiit *Vnſer von Gottes Gnaden*

den IOHANSEN GEORGENS *M. z. Br. des Heil. Röm. R. Erz-Cämm. und Churf. Visitation- vnd Consistorial-Ordnung* a. 1573. 4. *gedruckt zu Tham in der Neumarck durch Christoff Rungen.* Recusa est hæc ordinatio Berolini 1577 item Francofurti ad Viadrum 1590 & 91. nec non Cüstrini 1685. 4. pl. 21. Ordinationem hanc stilo & studio MATTHIAE CHEMNITII ICti El. Brand. a Consiliis intimis & Sacri Tribunalis in Marchia Præsidis conscriptam esse MART. FRID. SEIDELIVS sæpe nobis laudatus refert.

§. XII.

Non male me acturum existimo, si hoc etiam loco adiunxero rationem, qua olim in Marchia muneri sacro admotos obstringere consueuerunt. Eoque magis hæc ad præsens caput pertinere mihi visa est, quum ad ordinationem Brandenburgicam fuerint adstricti. Prostat *Form vnd Weise, welchergestalt die beruffenen, presentirten, offentlich verhörten, examinirten Kirchendiener, so im Churf. Brandenb. Stifft Cöln an der Sprew zum Predig-Amt bestettigt werden, sich zu reuersiren pflegen. D. Georgius Celestinus Thum-Probst.* Rost. 1574. 8. pl. 1.

§. XIII.

Articuli de coena Dominica, ministris ecclesiarum & scholarum Marchiticarum, mandato ac iussu Illustrissimi Principis ac Domini D. IOANNIS GEORGII *Marchionis Brandeb. Electoris proponendi, vt fide cordis, & oris confessione eos approbent, ac maioris confirmationis gratia manuum subscriptionem addant.* Ff. ad Oderam 1575. 4. pl. 3. Formula subscriptionis hæc erat: *Ego N. N. confiteor, ac veritatem in Christo dico per Spiritum S. attestante mihi conscientia mea, imo &*

& hac meæ manus ſubſcriptione confirmatum volo, me toto pectore quæſtiones affirmatiuas de Sacroſancta coena Dominica ab Illuſtriſſ. principe Marchione IO. GEORGIO *El. propoſitas amplecti, ac conſtanti confeſſione & fide firmiſſima retenturum: negatiuas autem per totum curriculum vitæ meæ negaturum, deteſtaturum, atque execraturum eſſe, Dei benignitate, auxilio, & gratia.* Conferatur LEVTINGERVS opp. pag. 103. ſq. qui MVSCVLO eodem, quo dictos articulos edidit, anno generalem quam vocant viſitationem per omnes eccleſias Marchicas inſtituendam demandatam ab Electore, eaque occaſione articulos illos propoſitos eſſe commemorat. Ad hos articulos anno ſequenti 1576. prodibat breuis & neceſſaria piorum & orthodoxorum virorum reſponſio. 4.

§. XIV.

Eiusdem Electoris mandato a. 1581 prodiit Formula Concordiæ Ff. fol. annoque 1582 prodiiſſe dicitur ordinatio eccleſiaſtica Brandenburgica. Ita enim KOENIGIVS l. c. p. 261 refert: mihi vero, ſi dicendum, quod res eſt, hanc editionem videndi copia numquam data fuit.

§. XV.

Anno 1599 & 1600 Diuus IOACHIMVS FRIDERICVS in ſtatum eccleſiaſticum inquiri iuſſit. Vt igitur haberent, quibus id negotii datum erat, quod reſpicerent, imprimenda curauit bina ſcripta huc maxime ſpectantia, nimirum (1) *Mandat, wegen angeordneter General-Viſitation der Kirchen und Hoſpitalien,* (2) *Inſtruction, wie die Kirchen-Viſitation zu verrichten.* Vtrumque ſcriptum exhibet corpus Illuſtr. MYLII T. I. p. 343 ſeqq.

§. XVI.

§. XVI.

Nec prætereundus est liber ecclesiasticus sæpe recusus, hoc titulo: *Agenda d. i. auserlesene Kirchen-Ceremonien, welche in der Kirchen Augsp. Confession in üblichen Brauche seyn, vnd hin vnd wieder gleich vnd vngleich bey dem Sacrament der H. Tauffe, Administration des Hern Christi Nachtmahl, Copulation Breutigams vnd Braut, Einsegnung der Sechswöchnerinnen, vnd Christlichen Begræbnüssen gehalten werden, collegirt vnd zusammen getragen durch* M. IOACH. GOLZIVM *Sen.* Quo anno prima huius libri editio impressa sit, me fugit. Quum vero BECMANNVS in accessionibus ad chron. Francofurtanum notauerit, GOLZIVM hunc V. D. M. apud Francofurtenses a. 1584. e viuis excessisse: facile coniici potest, ad quem annum prima illa editio referenda sit. Ad manus meas venerunt editiones Francofurtanæ 1614. & 1697. KOENIGIVS adfert etiam eam, quæ a. 1679 prodiit. Ex præfatione recentissimæ editioni præmissa patet, ex ordinatione ecclesiastica (cuius supra §. X. mentionem fecimus) & SCHRADERI *Kirchen-Formular* quædam inserta esse.

§. XVII.

Kirchen-Gebethe, welche von S. K. M. in Preussen in allen Euangelischen, sogenannten Reformirten vnd Lutherischen Gemeinen dero Königreichs vnd andern Landen vorzubethen verordnet seyn, prodierunt Berol. 1702. 1705. 1713. & 1741. 4.

§. XVIII.

Quum Diuus FRIDERICVS I. Prussorum Rex statum ecclesiarum Marchiæ explorandum censeret, singulari quodam edicto præscripsit, qua ratio-

ne istud negotium ingrediendum esset. Prodiit a. 1710. (1) *Verordnung wegen der zu haltenden Kirchen-Visitation, vnd einigen deshalb zu beobachtenden Puncten.* (2) *Edict wegen der General-Visitation der Kirchen, Schulen, vnd Hospitalien vnd dabey zu beobachtenden Fragen.* Conf. constitutionum Marchicarum ab Amplissimo MYLIO editarum T. I. a p. 433 ad p. 443.

§. XIX.

Quumque a. 1715. Diuus FRID. WILHELMVS de eodem negotio suscipiendo cogitaret, prodiit *Instruction, wornach die Superintendenten, Pröbste vnd Inspectores der Chur-Marck Brandenburg ein ieder in seiner Dioecesi die Local-Visitation anzustellen vnd zu verrichten haben.* Conf. Constitutiones MYLIANAS T. I. p. 514 sq.

§. XX.

Prodiit in gratiam pastorum castrensium *kurtzgefaßte Feld-Agenda, in welcher* (1) *die ordentl. Kirchen-Gebete vor vnd nach der Predigt, an Sonn- vnd Festtagen, nebst der allgem. Beichte vnd Absolution,* (2) *die Art vnd Weise das Heil. Abendmahl zu administriren,* (3) *der Tauf-* (4) *der Copulations-Actus. Alles nach der Ordnung, welche bey der Königl. Preuß. Armee, sowol in Garnisons als im Felde eingeführet ist, zur Bequemlichkeit des K. Pr. Feld-Ministerii zusammen getragen. Berl.* 1741. 8. pl. 3.

XXI.

In gratiam coetus Reformatæ religioni addicti prodierunt (1) *Handlung des Heil. Abendmahls des Herrn samt denen vor, in, vnd nach der Heil. Com-*

munion

munion in etl. Euangelisch-Reformirten Gemeinen üblichen Gesængen, Psalmen, vnd Gebethen: samt beygesetzten Tauff-Formen, Ehe-Einleitung, vnd Ordination. Cöln an der Spree 1692. 8. pl. 11. (2) *Agenda der Reformirten* Kirchen *in den* Königl. *Preußischen Landen.* Berl. 4. Inprimis hic recenseri merentur, *die drey Confessiones, oder Glaubens-Bekæntnüsse,* welche *in den Churf. Brandenb. die Religion betreffenden Edictis* zu *beobachten befohlen* worden; (a) *IOH. SIGISMVNDI Churf.* zu *Br. glorw. Andenkens Glaubens-Bekæntnüß,* (b) *Colloquium Lipsiacum a. 1631.* (c) *Thornische Declaration de an. 1645. Hierbey auch die Churf. Brandenburgische Edicta selbst, nebst einer Declaration, Cöln an der Spree.* Cüstrin 1695. 4. pl. 11. Nec minus huc pertinet K*ænigl. Preußische Euangelisch-Reformirte Inspections-Presbyterial-Classical-Gymnasien- vnd Schul-Ordnung. Ingleichen Prediger Bestallungs-Puncte; nebst den drey Confessionen oder Glaubens-Bekæntnüssen,* welche *in den Churfürstl. Brandenb. die Religion betreffenden Edictis* zu *beobachten befohlen* worden; *Hiebey auch die Churf. Brandenb. Edicta selbst, nebst einer Declaration.* Berl. 1714. 4. pl. 14 ½. Confer corpus constitutionum Illustr. MYLII T. I. p. 448. vsque ad p. 507. Priores horum edictorum, & Confessionis nomine Diui Electoris IO. SIGISMVNDI editæ editiones suo loco enarrabuntur.

§. XXII.

De Catechismo in coetibus Reformatorum in Marchia explicando ita præceptum est, vt præter sic dictum Heidelbergensem nullus adhibeatur.

 Edictum

Edictum huc ſpectans exhibet corpus MYLIANVM ſæpe nobis laudatum T. I. p. 525. & 529. Prodiit quidem anno 1695 *Catechiſmus der Reformirten, aus ihren öffentlichen Büchern gezogen.* 12. pl. 3. ſed atro carbone liber eo, quem dixi titulo, ornatus notandus, immo, vt verum fatear, impius, & blasphemus eſt. Inſpexi eum, quum in bibliotheca *Brakeliana* paucis abhinc menſibus heic diuendita occurreret. Rariſſimum hunc librum eſſe, & perpauca exempla inquirentium ſtudia effugiſſe, relatum eſt. In catalogo hiſtorico-critico librorum rariorum, quem IO. VOIGTIVS edidit, ex doctisſimi cuiusdam viri litteris refertur, catechiſmum hunc Berolini flammis traditum eſſe: ANDR. vero WESTPHAL in diſſertatione longe rariſſima centuriam librorum publica auctoritate combuſtorum ſiſtente p. 21. id Halæ a 1694. factum fuiſſe narrat.

§. XXIII.

Quum ſub ſignis Pruſſicis etiam militent Romanenſium ſacris addicti, in illorum gratiam editus eſt liber, quem plane prætermittere iniquum dixi. Hic vero eſt: *Catholiſches Unterrichtungs Gebeth - vnd Geſang - Buch, eingerichtet zum Gebrauch der Miſſionen in den Konigl. Pr. Landen, vnd heraus-gegeben von* FR. RAYM. BRVNS. *Ord. Prædicator. Conu. Halberſt. Miſſionario Apoſtolico beym Königl. Leib- Regiment in Potsdam*, 1738. 12. Alph. 1. pl. 2. Altera huius libri editio prodiit anno 1742 ibid. In præfatione hæc habet editor: *Es iſt gegenwärtiges Buch mit allergn. Erlaubniſs* FRIDERICI WILHELMI a. 1738. *aus Gelegenheit einer neuen vnd gröſſeren auf Königl. Vnkoſten hier in Potsdam in ſelbigen Iahr erbaueten Catholiſchen Kirche zum erſtenmahle von mir zum Druck befordert worden* &c. - - *Damit keinem gedün-*

gedüncken könne, als wenn die in diesem Büchlein begriffene Lehre meine particulaire Meinung, sondern aus vnsern Symbolischen Büchern ausgezogene allgemeine Lehre sey, ist daraus zu ersehen, dass dieses Büchlein zum erstenmahl mit Erlaubniss vnd Genehmhaltung der hohen geistlichen Obrigkeit von 2 hochwürdigen dazu deputirten Patribus in Theologia Magistris, Doctoribus vnd Professoribus publicis zu Cölln am Rhein approbiret worden. Dergleichen ist geschehen von einer hohen geistl. Obrigkeit zu Augspurg, da selbiges 1740 nachgedruckt wurde. Zu diesem kommt, dass auch diese zweite Edition von 3 Römischen Theologis deutscher Nation 1741 in Rom approbiret worden. Wenn diesen allen vnerachtet dennoch noch einer zweifeln wolte, ist zu wissen, dass dieses Büchlein zu Rom ins Lateinische übersezet, vnd nachdem diese lateinische Translation abermahlen von 4 andern dazu deputirten Römischen Theologis von vnterschiedenen Nationen vntersucht vnd approbiret, von dem hochwürdigsten sacri Palatii Apostolici Magistro, als des Heil. Röm. Stuhls ordinario librorum censore erlaubet worden, dass es in vnd ausser der Stadt Rom möge gedruckt werden, welches auch schon würcklich in diesem 1742 Iahr zu Rom geschehen, typis & sumtibus Congregationis de propaganda fide. - - - Zuerst habe ich das Vnterrichtungs-Buch gesezt, zweytens das Gebet Buch, (dem ich beygefüget die Erz-Brüderschafft des H. Rosenkranzes, wie solche von mir vor etlichen Iahren hier, vnd nachmahls in andern Königl. Missionen vnsers heil. Ordens, als Berlin, Stettin, Spandau, Magdeburg u. a. Orten, heilsamst eingeführet worden) vnd drittens das Gesang-Buch mit beygefügten Vesper-Büchlein also kurz eingerichtet,

richtet, daſs doch nach den Vmſtänden hieſiger Leute die nothwendigſte, vnd ſchier ganz vnd gar aus der H. Schrifft gleichfals ausgezogene Gebether, vnd nach hieſiger Orten Beſchaffenheit die bequemſte Geſænger darinnen zu finden ſind. &c.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

DE

COLLOQVIIS ET CONVENTIBVS THEOLOGORVM.

§. I. *Colloquium eccleſiaſticum quid?*
§. II. *In Marchia eiusmodi colloquia & conuentus celebratos eſſe docetur.*
§. III. *Francofurti a.* 1518.
§. IV. *Berolini a.* 1548.
§. V. *Werbena.*
§. VI. *Regiomonti a.* 1553.
§. VII. *Berolini & Cüſtrini in cauſa Oſiandri.*
§. VIII. *Berolini Electoris cum legato Pontificis.*
§. IX. *Eiusdem Electoris cum Buchholzero.*
§. X. *Ibidem propter factum Muſculi.*
§. XI. *Lebuſii a.* 1576.
§. XII. *Naueni & Francofurti a.* 1577.
§. XIII. *Tangramunda a.* 1578.
§. XIV. *Colloquium cum Pierio a.* 1592.
§. XV. *Solquella cum Cunone a.* 1594.
§. XVI. *Colloquium Spandouia habitum.*
§. XVII. *Colloquia a.* 1614. &
§. XVIII. *anno* 1662. 63. *inſtituta*
§. XIX. *Concluſio.*

§. I.

Colloquium eccleſiaſticum recte dixeris collationem, ſiue magis ſiue minus ſolemnem theologorum quorundam partium inter ſe diſſidentium auctoritate magiſtratus ſiue conuentione mutua ſuper capitibus religionis controuerſis ad diiudicanda ea congregatorum.

§. II.

Varia colloquia & conuentus in negotiis ad rem eccle-

ecclesiasticam, maxime doctrinam pertinentibus in Marchia celebratos enarrare animus est. Quod quidem vt rite fiat, annorum seriem sequemur.

§. III.

Francofurti a. 1518 trecentos monachos congregatos fuisse, inter quos quæstor ille indulgentiarum TEZELIVS principatum obtinuit, positionibus quibusdam LVTHERVM aggressus, IVSTVS in chronico Francofurtano perhibet p. 17. ed. Becmannianæ.

§. IV.

Berolini a. 1548 ob librum *Interim* iussu Diui Electoris IOACHIMI II. & ordines & pastores conuenerunt: qui vero conuentus quum ad historiam libri interimistici pertineat, capite sequenti plura de eo dicemus.

§. V.

Werbenæ in Veteri Marchia conuentum celebratum esse, ex LEVTINGERO p. 263 opp. & LVDECI historia sanguinis viuifici Wilsnacensis patet. Nomina enim eorum, qui Werbenæ congregati de liberandis captiuis conuenerant, cum libello ipsorum supplice ad Electorem misso ibidem n. 35 in appendice leguntur. Confer p. 173 huius bibliothecæ. n. 36.

§. VI.

Regiomonti in noua Marchia ob sententiam HENR. HAMMII Mariam non sine doloribus Christum peperisse contendentis totius nouæ Marchiæ Pastores a. 1553 conuentum celebrasse ANGELVS in Annal. p. 349 & KEHRBERGIVS in delineatione dictæ vrbis p. 182 perhibent.

§. VII.

Berolini synodum a. 1552 celebratam esse ob motus ab ANDR. OSIANDRO excitatos LEVTINGE-

RVS

RVS p.253 opp. auctor est. Theologorum hic congregatorum scriptum quoddam calamo ANDR. MVSCVLI confectum Francofurti eodem anno prodiit, inscriptum: *Gründliche Anzeigung, was die Theologen des Churfürstenthums der Marck zu Brandenburg von der christlichen Euangelischen Lehre halten, lehren vnd bekennen, auch worinne Andreas Osiander wider solche Lehre vnrecht lehret, welches auch in diesem Buch aus der heiligen Schrifft nothdürfftlich gestrafft vnd widerleget wird.* Ff. 1552. 4. pl. 15. In eadem hac caussa Osiandrina, eodemque anno *Cüstrini* conuenerunt Theologi nouæ Marchiæ Diuo Marchione IOANNE præsente. Hi, quid sentirent, aperuerunt scripto, cui titulus: *Widerlegung der Opinion oder Bekæntniß Osiandri, welches er nennet von dem einigen Mittler Iesu Christo vnd der Rechtfertigung des Glaubens, von F. G. Marggraff IOHANSEN zu Brandenburg Theologen, in gehaltenem Synodo zu Cüstrin versammlet, ausgangen, immassen solches Marggraf ALBRECHTEN dem ælteren, Herzoge in Preussen auf S. F. D. selbst Schreiben vnd Begehren zugeschickt worden.* ibid eod. 4. pl. 15. Vtriusque huius scripti epitome exhibetur in SALIGII *vollständiger Historie der Augsp. Confession.* Parte II. p. 996 sqq. De OSIANDRO ipso, eiusque certaminibus qui plura nosse cupit, adeat HARTKNOCHIVM in hist. eccles. Prussiæ p. 312 s. LEVTINGERVM p. 253. nec non CRAMERI Pommerisches Kirchen-Chronicon libro III. p. 117.

§. VIII.

Celebre illud colloquium Diui Electoris IOACHIMI II. & ABDIAE PRAETORII cum nuntio

Pon-

Pontificio a. 1561 menſe Februario Berolini habitum integrum exhibet BECMANNVS in notitia vniuerſ. Francof. p. 93 ſeqq.

§. IX.

Eumdem Electorem anno 1562 cum GEORGIO BVCHHOLZERO præſentibus pluribus & ſacri & politici ordinis in æde cathedrali Colonienſi collocutum eſſe, patet ex diario theologico, quod Berolini ſub nomine der Hebopfer prodiit parte XXIX. ſq. Conf. etiam, quæ de hoc colloquio Electoris habent die vnſchuldigen Nachrichten de an. 1728. p. 205.

§. X.

Ibidem 1569. menſe Iunio Synodus indicta eſt primariis eccleſiarum paſtoribus. Occaſionem LEVTINGERVS libro XVIII. §. 14. p. 613. & 623 refert, nimirum IO MVSCVLVS, ANDREAE filius calicem conſecratum in terram, in conſpectu totius eccleſiæ, effuderat, inq. conſternatione pedibus calcatum non absque ſcandalo, offenſione, & indignatione auditorum contriuerat. Conferatur hac de re BECMANNVS in notitia vniuerſitatis Francofurtanæ p. 90. Etiam ANGELVS habet huc pertinentia in annal. ad hunc annum.

§. XI.

Lebuſii eodem Electore iubente & conſiliarios & præcipuos Marchiæ Theologos a. 1576. congregatos fuiſſe, idem BECMANNVS in commentatione de episcopatu Lebuſiano Francofurtanis chronicis adiecto p. 32. enarrat. Occaſionem huic conuentui dedit Formula Concordiæ.

§. XII.

In oppido *Nauen* conuentum Theologorum, quos inter GEORGIVS COELESTINVS fuit, a. 1577. celebratum fuiſſe, ex epiſtola quadam GEORGII de

RIBBEK

RIBBEK constat, quam opusculorum nostrorum historiam Marchicam illustrantium Parti XI. p. 157. insertam exhibemus. Eodem anno *Francofurti* Ministros ecclesiarum ac scholarum in dioecesi Francofurtana & vicinis dictae formulae subscripsisse BECMANNVS refert in orat. saeculari. Quidque in eodem negotio, eodemque anno *Berolini* actum sit, docet relatio quaedam hucdum inedita, quae in manibus nostris est, sub titulo: *Kurzer Bericht der Zusammenkunfft der Stiffts-Personen, Inspectoren, Pastorn, Pfarrherrn, Caplæne vnd Schuldiener.*

§. XIII.

Tangræmundæ in veteri Marchia & Brandenburgicos & Saxonicos Theologos a. 1578. mense Martio conuenisse, HVTTERVS in concordia concorde pluribus enarrat cap. XXI. p. 164. seq. qui formam instructionis Electoralis exhibet, quidque ibi gestum sit, commemorat, & theologorum iudicium addit. Deliberabant scilicet, (vt IO. ANDR. SCHMIDII verbis vtar Tomo II. Introductionis SAGITTARIANAE in historiam ecclesiasticam pag. 1155.) quid ad censuras principum & theologorum & ad petitionem Reginae Angliae responderi possit, vt & hi ad subscriptionem Formulae Concordiae inuitarentur.

§. XIV.

Huc etiam pertinere videtur *colloquium clarissimorum Dn. Theologorum Visitatorum, cum D.* VRBANO PIERIO *habitum a. 1592 die XXI. Iul.* 1593. 8. pl. 2½. Legitur etiam in HOSPINIANI concordia discorde p. 264. Interlocutores (vt vocantur) fuerunt MIRVS, PIERIVS, MVLLERVS, HVNNIVS, PRAEFECTVS VIGIL. Non facerem huius colloquii hoc loco mentionem, nisi PIERIVS inter Marchiae Theologos quondam fuisset, cuius tamen integram hic historiam repetere instituti ratio prohibet. Adeat lector BECMANNI notitiam vniuersit.

Fran-

Françofurtanæ p. 110 ſq. & LEV. IO. SCHLICHT horas ſubceſiuas in ſchola Saldria parte I. a p. 32 vsque ad p. 95. Hac occaſione non poſſum facere, quin mentionem iniiciam perrari cuiusdam MSCti, quod in bibliotheca REINBECCIANA perluſtrare licuit. Titulus hic eſt: *hiſtoria reformationis Saxonicæ a Ser. Electore* CHRISTIANO *quondam tentatæ, auctore D.* VRBANO PIERIO *conſignata, & ab eodem D.* RVDOLPHO HOSPINIANO *Theologo & Polyhiſtori Tigurino, reformationis illius hiſtoriam meditanti, ſed non perficienti transmiſſa.* Opus hoc duobus voluminibus in forma quarta conſtat, multaque ſingularia vitam PIERII illuſtrantia continet e. g. litteras Electoris Saxoniæ, quibus ad munus ſupremi antiſtitis Dresdæ capeſſendum PIERIVM a. 1588 inuitauit, quæque ex illo tempore, quo PIERIVS Dresdæ, & Electori cariſſimus fuit, indeque Vitebergæ, vbi Primarii Prof. Theol. & Superintendentis muneri præfuit, acta ſunt, nec non de eius carcere, & liberatione.

§. XV.

Quæ *Solquellæ* a. 1594 & ſequentibus cum IO. CVNONE, qui tum inſpectoris munere fungebatur, acta fuerint, docet CHR. WILH. BEYERVS in recenſione inſpectorum Solquellenſium collectioni RÜDEMANNIANAE parte III. p. 379 ſ. inſerta. CVNONEM hunc, itemque BENI. BONERVM Inſpectorem Brandenburgenſium, PIERIO percaros, atque ad ſuſcipienda in Saxonia munera eccleſiaſtica inuitatos eſſe docet MSCtum modo allegatum.

§. XVI.

Spandouiæ a. 1626 iuſſu Electoris GEORGII WILHELMI in arce Spandouienſi colloquium inſtituebatur cum IOACH. STEGMANNO, V. D. hactenus Miniſtro

Miniſtro *Fabrlandenſi* prope Potsdampium, qui vero partibus Socinianorum, fauere exiſtimabatur, quod ex *Chriſtologia*, quam Electori ſacram eſſe voluerat, ſatis patebat. Edidi a. 1733 hiſtoriam colloquii cum IOACH. STEGMANNO in arce Spandouienſi habiti Berol. 4. pl. 1½. Conf. etiam das Alte vnd Neue Berlin T. I. p. 153 ſ. Sunt in manibus meis quædam MSCta huc pertinentia IO. BERGII Pſeudochriſtologia STEGMANNI, quam ille in dedicatione ſingulari Dei gratia ſibi præ aliis ex ſolo Dei verbo ſine vllis hominum additamentis reuelatam dixit. pagg. 12. ipſumque colloquium inter IO. BERGIVM, HIER. BRVNNEMANNVM & PETRVM VEHRIVM cum dicto STEGMANNO habitum pagg. 52. Accedunt litteræ Diui Electoris ad BERGIVM in hoc negotio datæ.

§. XVII.

Inter celebriora colloquia, quæ ſæculo XVII. in Marchia ſunt inſtituta, conuentusque theologorum Marchicorum ſolemniores refertur merito, quod diuus IO. SIGISMVNDVS indixit, colloquium a. 1614. Conuocati erant viri, quibus ſacrorum cura erat demandata, ad quos ex reliquis etiam verbi diuini miniſtris non pauci accedebant. Conſilia, quæ in bibliotheca ædis Nicolaitanæ Berolini communicauerunt, recenſui in memorabilibus Colonienſibus p. 102 ſq. Huc etiam pertinet PETRI CONOVII *Panegyris ſcholaſtica, ſiue ſynoptica relatio de colloquio Berolinenſi a.* 1614 *inter Inſpectores eccleſiarum inclyti Electoratus Brandeb. puram & inuariatam religionem Lutheranam profitentes, & Reformatos quosdam inſtituendo, certis vero de cauſis diuino nutu & ſuperiorum aſſenſu in aliud commodius tempus prorogato, exponens,* (1) *vtrum iſti,* *ex*

ex diffidentia suæ causæ colloquium in totum recusauerint, (2) *quibus de causis permoti fuerint, quo minus eo tempore cum Reformatis in arenam descendere e salute ecclesiæ fore iudicauerint*, (3) *quale electori obsequium promiserint, & nunquam promissis suis hactenus pro fide steterint. In veritatis patrocinium, innocentiæ testimonium & ad piæ posteritatis censuram & iudicium elaborata iniquis maleuolorum quorundam accusationibus opposita, & coram reu. ministerio, ampliss. Senatu & litteratissimorum virorum corona, in solenni noui rectoris scholæ Saldrianæ introductione publice recitata MS.* Inter scripta etiam sequenti capite XIX. commemoranda vnum atque alterum occurret, quod huc maxime referendum est.

§. XVIII.

Quumque Diuus FRIDERICVS WILHELMVS de dissidiis inter theologos Lutheranos & Reformatos tollendis serio cogitaret, anno 1662 & sequenti sæpius eiusmodi colloquia habita sunt. Supersunt collectanea quædam duobus iisque spissis voluminibus comprehensa, quibus sequentia continentur: *Litteræ Ministerii Berolinensis ad Francofurtanum wegen des vorstehenden Colloquii, vnd dessen Antwort a. 1662.* (2) *Colloquium Ministerii Berolinensis cum Reformatis a. 1662. 1663.* (3) *Acta colloquii Berolinensis inter Luth. & Reformatos, quorum pars prima mensibus Septembri, Octobri, Nouembri & Decembri a. 1662. acta continet. Pars secunda sistit colloquium reassumtum, actaque mensibus Ianuario, Februario, Martio, Aprili 1663. Pars tertia mensibus Maio & Iunio acta*

comprehendit. (4) *Protocoll des Berlinischen Ministerii.* (5) *Protocoll a parte Reformatorum.* (6) *Vota Collegialia in causa Colloquii.* (7) *Litteræ Heinzelmanni vnd Gerhardi wegen des gehaltenen Colloquii.*

§. XIX.

Quodsi animus esset, ea etiam colloquia recensere, quæ extra Marchiam habita sunt, & quibus Marchici interfuerunt, esse possem longior. Neque enim deesse potest scribendi argumentum, si v. g. mentionem facere vellem colloquii inter FLACIVM & COLERVM a. 1573 *Langenauiæ* in Silesia habiti, de quo confer das alte vnd neue Berlin Parte I. p. 305. & *Herzbergensis*, de quo SAGITTARIVS exponit introductionis ad historiam eccl. Tomo II. pag. 1555. Theologos Marchicos Synodo Dordracenæ, & colloquiis Lipsiensi ac Thorunienſi annis 1631 & 1645 celebratis interfuisse, res est notissima. Conferantur scripta, quæ de vtroque conuentu prostant, plurima. Quod ad Thoruniensem attinet, plura de eo habet HARTKNOCHIVS in der Preussiischen Kirchen-Historie pag. 958. f. Quod Lipsiensem spectat, scriptores de eo commemorauit Clariss. KREYSIG in der historischen Bibliothec von Ober-Sachsen p. 540. Huc etiam pertinet *Vergleich einiger Chur-Sæchsisch- vnd Brandenburgischer, ingleichen Landgræfl. Hessischer Theologorum über alle in der Augsp. Confession enthaltene Articul, wie solcher a. 1631 auf dem Conuent zu Leipzig aufgerichtet worden.* Vid. IO. CHRIST. LVNIGII Spicil. eccl. T. I. p. 537. *Leipziger Abschied vnd Schluß, was die protestirende Chur-fürsten vnd Stænde in wæhrendem Leipzigischen Conuent,*

Conuent, sowohl in puncto religionis, als sonsten berathschlaget vnd beschlossen, de a. 1631. Vide eiusd. LVNIGII deutsches Reichs-Archiv Part. Spec. vnter Churfürsten vnd Stænden p. 286.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

DE LIBRI INTERIM DICTI IN MARCHIA FATIS.

§. I. Liber Interim male cum Aug. Confessione confunditur.
§. II. Scriptores, qui de hoc libro ex instituto egerunt.
§. III. Fabricatores libri huius.
§. IV. Inter Saxonem & Brandenburgicum conuentus Iutreboci instituitur.
§. V. Ioanni Marchioni Br. liber hic minime probatur.
§. VI. Theologorum Marchicorum, inprimis Leutingeri & Musculi in reiiciendo hoc libro constantia.

§. I.

Notior est liber *Interim* dictus, quam vt de illo multa disserendi necessitatem mihi imponam. Mirum igitur est, AMBROSIVM de ALTA MVRA Theologum Pontificium libellum hunc cum Augustana Confessione confudisse. Ita enim scribit: *quem hæretici* INTERIM *vocant, est liber, qui etiam nuncupatur Augustana Confessio, & iste liber complectitur sex capitula.* Idem ille alio loco *Franciscus*, inquit, *Romæus scripsit in hæreticos de libertate & necessitate operum, aduersus Pseudo Philosophos & Pseudo Christianum contra librum, cui titulus* INTERIM. Conf. celeberrimi KAPPII dissert. de nonnullis indulgentiarum quæstoribus p. 39.

§. II.

Præter ſcriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ, & LIPENIVM in bibliotheca theologica conferri etiam meretur NIC. LEVTINGERVS p. 171 opp. & DAN. CRAMERVS l. c. libro III. p. 117. Data opera de libro *Interim* expoſuerunt IO. ERDM. BIECK Paſtor Islebienſis *im dreyfachen Interim, ſo in Regenſpurg vnd Leipzig zur Vereinigung der Pæbſtlichen vnd Evangeliſch-Lutheriſchen Lehre nach der Reformation zum Vorſchein gekommen, darinnen ein iedes wegen ſeiner Raritæt ans Licht geſtellet, hinlænglich widerleget, vnd eine vmſtændliche Interims-Hiſtorie beygefüget wird.* Leipz. 1721. 8. Alph. 1. pl. 5. Conf. *die monathlichen Nachrichten von gelehrten Leuten vnd Schrifften. Iena a.* 1726. p. 164. 174. 791. & 1016. (2) IO. ANDR. SCHMIDII *hiſtoria interimiſtica* Helmſt. 1730. 8. pl. 9. Conferri etiam meretur ADAMI RECHENBERGII diſſertatio de Interim Auguſtano Lipſiæ habita, & in eiusdem volumine diſſertationum hiſtorico politicarum Parte II. p. 183. recuſa. Qui in compendio totam rem interimiſticam legere velit, conſulat IO. GEORGII WALCHII *Einleitung in die Religions-Streitigkeiten der Euangeliſch-Lutheriſchen Kirche* Part. I. p. 115-140. Vidi in bibliotheca b. REINBECKII quædam volumina, librum interimiſticum attingentia, interque ea libellum, neſcio vtrum ſalis an fellis plus habentem, hoc titulo: *Pasquillus continens analyſin, ſeu expoſitionem adverbii* INTERIM, *quæ eſt pars indeclinabilis a Satana & eius ſquamis elaborata ad animarum interitum.* 4. pl. 1.

§. III.

IO. AGRICOLAM, quem a patria ISLEBIVM dictum fuiſſe conſtat, inter fabricatores libelli referri nemo

nemo neſcit. Hic vero quum Electori Brand. a conſiliis eccleſiaſticis & concionibus fuerit, mereatur, vt ſignificemus, quinam de vita eius expoſuerint. Habet de eo plurima SECKENDORFFIVS, habet BIECKIVS, habent alii. Confer etiam das A. vnd N. Berlin Parte I. p. 90. vbi vita illius quoad ſingulas circumſtantias notatu dignas recenſetur. De cantico ERASMI ALBERI in AGRICOLAM, cuius initium eſt: *Herr Grieckel* (notum enim eſt, LVTHERVM non alio eum nomine, quam *Grieckel* appellaſſe) *lieber Domine* &c. conferatur IO. MART. SCHAMELIVS in hiſtoria hymnopoeorum ſub voce *Alberus*, it. obſeruationum Halenſium Tomus I. obſeru. V. de vita MICH. SIDONII. it. das A. vnd Neue Berlin l. c.

§. IV.

Quum Diui Electores MAVRITIVS Saxo, & IOACHIMVS Brandenburgicus Iutreboci a. 1548 congregarentur, de libro interimiſtico inter ipſos conueniebat. Teſtis eſt libellus hac de re editus: *Herzogs Moritz zu Sachſen, vnd des Marggrafen zu Brandenburg, beeder Churfürſten Vereinigung des Interims halben.* 4. pl. 2. conf. HORTLEDER de cauſis belli Smalcaldici Tomo II. lib. 3. cap. 86. & 88. De conuentu hoc Iutrebocenſi ex inſtituto agit PAVLVS IAC. ECKHARDVS ſcriptorum Iutrebocenſium parte II. p. 25 ſ. Quid IO. AGRICOLA ex conuentu Iutrebocenſi Berolinum redux pro roſtris de hoc negotio dixerit, quidque verbi diuini miniſtri in Marchia ſibi metuerint, docet epiſtola *Ein Brief der Prædicanten aus der Marck an die Theologen zu Wittenberg, Montag nach trium Regum. a. 1549. 4.*

§. V.

Inprimis diuus IOANNES Marchio, quem vulgo

 Cüſtri-

Cüſtrinenſem vocant, ex MELANCHTHONE quærebat, quid ſtatueret in hoc negotio. Epiſtola eius ad illuſtriſſimum Principem ſcripta extat in *expoſitione eorum, quæ theologi Wittebergenſes & harum regionum alii, qui his adiuncti fuerunt, in deliberationibus prouincialibus de rebus ad religionem pertinentibus, illo tempore, quo & de his ipſis, & de libro Auguſtano, qui nominatur* INTERIM, *quæſitum fuit*, Wittebergæ an. 1559. edita A a 2. Quumque Princeps veritatis diuinæ cuſtos aſſiduus animum a nouandi ſtudio alieniſſimum & haberet & oſtenderet: non poterat non lætari, quum intelligeret, MELANCHTHONEM ſphingem iſtam nec probare poſſe, nec velle. Memoratu inprimis digna ſunt LEVTINGERI verba p. 229. IOANNES *frater perpetuo ſui ſimilis conſtantia ſingulari mandata imperatoria eludebat, quamcunque potius ſubire fortunam, quam hoc nomine Cæſari gratificari, paratus: qui magnam ex ea fortitudine laudem apud omnes bonos tulit.* Conf. RECHENBERG l. c. p. 202.

§. VI.

Diuus Elector, qui irritandum Cæſarem minime putabat, neque tamen ſuæ aliorumque conſcientiæ vim inferre volebat, paſtores Berolinum conuocabat. Quamuis autem AGRICOLA ænigmaticum hunc librum amplecti ſuaderet: reclamarunt tamen plurimi. Rem omnem fuſius commemorat LEVTINGERVS p. 218. & 234. idemque oblatum quidem librum interimiſticum, ſed reiectum etiam fuiſſe, atque Electorem Marchiam, quam res & tempora cum ISLEBIO turbauerant, optatæ quieti reſtituiſſe docet. Brandenburgenſes etiam theologos in Franconia librum interimiſticum repudiaſſe SALIGIVS

GIVS docet in der vollständigen Historie der Augspurgis. Confession. Tom. I. p. 597 ad acta Heilbronnensia, quae in bibliotheca Guelferbytana adseruantur, prouocans. Inuictum inprimis animum ostendit LEVTINGERI nostri pater, significans, carum sibi Islebium, cariorem Principem Electorem, carissimum tamen DEVM esse, cui sit magis obediendum, quam hominibus. Confer LEVTINGERI Diegesin de vita & obitu patris p. 1376. Opp. ed. nostrae. Eadem quoque constantia ANDREAM MVSCVLVM libro interimistico restitisse BECMANNVS docet in notitia vniuersitatis Francofurtanae p. 89.

CAPVT DECIMVM NONVM.

DE REFORMATIONE SVB AVSPICIIS ELECTORIS IO. SIGISMVNDI.

§. I. *Argumentum capitis huius.*
§. II. *Confessio Electoris Io. Sigismundi.*
§. III. *Eiusdem edictum de non calumniando.*
§. IV. *Alia scripta a.* 1614. *partim in gratiam Reformatorum, partim aduersus illos edita.*
§. V. VI. *Scripta a.* 1615. *edita.*
§. VII. *Lucii Bericht cum refutatione.*
§. VIII. *Scripta a.* 1616. *edita.*
§. IX. *Scripta a.* 1617. *impressa.*
§. X. *Scripta a.* 1618. *edita.*
§. XI. *Scripta sequentium annorum ab a.* 1619. *ad* 29.

§. I.

Quum Diuus Elector IO. SIGISMVNDVS dogmata, quae coetui Reformatorum addicti amplectuntur, profiteretur, & ipse scriptis quibusdam hac de re editis mentem suam declarauit, & alii consilium Principis probarunt.

barunt. Neque tamen defuerunt, quibus ſecus videbatur. Quicquid horum ſcriptorum nobis innotuit, nunc eo, quo prodierunt ordine, indicabimus.

§. II.

Anno 1614 prodiit Confeſſio fidei IO. SIGISMVNDI El. Brandenb., oder *Glaubens-Bekæntnüſs der reformirten Euangeliſchen Kirchen in Deutſchland.* Frf. 12. pl. 4. ſæpius recuſa eſt hæc confeſſio nimirum a. 1615 vide §. V. mox ſequentem. Confer etiam ſupra Caput XVI. p. 199. Recuſa eſt hæc confeſſio a. 1694 & adiecta MARCI STEFFENS ſilentio poſt clamores: de quo libro, & controuerſia, quæ auctori cum NIC. ALARDO interceſſit, forſitan alia occaſione ſumus expoſituri. Recuſa etiam eſt hæc confeſſio a. 1699. 8. & hoc ipſo ſæculo in fol. Inſerta quoque EMAN. METERANI Niederlændiſchen Geſchichten ad h. a. & Tomo I. Sect. I. conſtitutionum Marchicarum corporis Myliani. p. 468. Notandum hoc loco eſt, CHRIST. THOMASIVM diſcrimen quoddam in editionibus huius confeſſionis obſeruaſſe. Ita enim ille *in den ernſthafften, aber doch muntern vnd vernünfftigen Gedanken vnd Erinnerungen über allerhand auserleſene iuriſtiſche Hændel*, Parte II. p. 244. *So finden ſich*, inquit, *zweyerley Glaubens-Bekæntnüſſe, die im beſagten Jahr* (1614) *im Nahmen des Churfürſten publiciret ſeyn ſollen, die zwar beyde für ausführliche Bekæntnuſſe zu der Reformirten Religion paſſiren können, aber doch nach ganz vnterſchiedenen Methoden eingerichtet ſind.* Et interiectis nonnullis pergit: *die erſte Bekæntnüſs in continuatione* METERANI *gehet mehr auf Theſin, ohne die Antitheſin zu berühren: die letzte aber (die etl. mahl in 4to gedruckt) hat mehr vnd faſt allein mit der Antitheſi zu thun.* Oppoſuit huic confeſſioni DAN. LAGVS examen confeſſionum

fesſionum trium recentiorum *Marchicæ*, *Lipſienſis*, & *Thorunienſis*, Dantiſci. 4. Alph. 1. pl. 10. Non poſſum quoque non hoc loco commemorare PAVLI ERNESTI IABLONSKI theſes circulares ad illuſtrandam confesſionem IO. SIGISMVNDI Ff. 1738. 4. pl. 1½. Ceterum adiungendum mihi videtur, prodiiſſe ipſo hoc anno 1614 *des Marggrafen* IO. SIGISMVND *zu Brand. Bekæntniſs von den itzigen vnter den Euangeliſchen ſchwebenden vnd in Streit gezogenen Punčten. 4.* Quum vero libellum hunc numquam viderim, neſcio vtrum cum confeſſione, cuius ante mentionem feci, conueniat, nec ne.

§. III.

Eodem anno Elector promulgari iuſſit edictum, quo cauit, ne quis e ſuggeſtu ſecus ſentientes conuitiis proſcindere audeat. Anno ſequenti & poſtea ſæpius recuſum eſt hoc edictum, nec non SCHADAEI continuato SLEIDANO p. 205. GASTELLO de ſtatu publico Europæ p. 57 ſ. & MYLII corpori l. c. p. 354 inſertum. Conf. etiam THOMASII Hændel l. c. p. 245. item die vnſchuld. Nachrichten a. 1722. p. 541 ſq.

§. IV.

Anno eodem prodierunt ſcripta ſequentia partim in gratiam Reformatæ religionis in Marchiam introductæ, partim illi aduerſaria. Enumerabimus illa. (1) SIGFRIED MYLII *vnterſchiedliche Bedenken, daſs die Chriſten alle Ketzer, vnd fürnemlich die Caluiniſche Sacramentirer höchſtes Fleiſſes meiden ſollen.* Wittenb. 1614. 4. (2) MATTH. HOE El. Sax. a concionibus aulicis primariis *kurzer vnd deutlicher Diſcurs, ob die Caluiniſche Lehr, ohne Erkæntnüſs eines allgemeinen Concilii oder Synodi nicht könne noch ſolle für vnrecht erkläret vnd verdammet; ob auch*

nicht nothwendig entweder ein Concilium, oder doch ein ansehnlich Colloquium mit den Caluinisten gehalten, vnd worauf fürnemlich in euentum gesehen werden solle. Leipz. e. 4. pl. 5. (3) Eiusd. *vnuermeidentliche vnd vm Gottes Ehre willen treuherzige Erinnerung an alle rechte Euangelische eyferige Christen, so zu Berlin vnd sonsten in der Chur vnd Marck Brandenburg sich aufhalten, dass sie ia vm ihres Heils willen sich mit dem Calu. Seelengifft keinerley Weiss noch Weg einnemen lassen.* ib. e. 4. pl. 9. it. 12. pl. 7. (4) *Einfeltiger Bericht, wie sich ein iedes, christl. Hertz itziger Zeit, insonderheit aber Unterthanen gegen ihre Obrigkeit, welche etwa verenderter Religion beschuldigt wird, verhalten sollen, in 6 Dialogos verfasset durch einen Liebhaber des Friedens* (THOMAM VON KNESEBECK) Berl. e. 4. pl. 10. & 8 pl. 9. Libellus sæpe recusus e. g. Berl. 1707. 8. Eiusdem auctoris est libellus eodem anno editus *beständige vnd in Gottes Wort gegründete Vrsachen, warum* THOMAS VON KNISEBECK *Hauptmann der Alten-Marck, nicht allein kein Bedenken hat, sondern sich auch schuldig erkennet, das H. Abendmahl des Hern hinfüro mit den Ceremonien zu gebrauchen, wie es nach der Einsetzung Christi vnd dem Exempel der ersten Kirchen in etlichen Reformirten, vnd nunmehr auch in der Churf. Brandenb. Thum-Kirchen zu Cöln an der Sprew gehalten wird.* e. 8. pl. 3. recusus Berolini 1706. 8. (5) PAVLI KIHNSTOCK *neue Zeitung von Berlin in 2 christlichen Gesprǣchen 2 Wandersleute, Hans Knorren, vnd Benedict Haberecht, von dem itzigen Zustand in Berlin.* Pfirt e. 4. pl. 10. (6) *Andere vnd zwar gewissere neue Zeitung von Berlin, in 2 christl. Gesprechen 2. Wandersleute Hans Lucian, vnd Benedict Christian durch Habrecht Waarmund.*

ib.

ib. 4. pl. 7. Dialogi hi prioribus oppositi sunt. (7) *Neue Zeitung, darinnen ein wohlmeinend vnd vertraulich Colloquium etl. Personen von itzigen Zustand des Röm. Reichs begriffen, auch sonderlich vermeldet, wie es die Calu. mit den Lutheranern meinen, vnd was von dem Colloquio Hans Knorren vnd Bened. Haberechts zu halten.* 1614. 4. pl. 5. it. 1615. 4. pl. 4. (8) *Ein christlich vnd ernst Gespræch von den 2 ersten Artikeln, neml. von Gottes Wort, vnd von Gott selbst, mit welchen D.* HOE *sich vnterstanden die Ref. Kirchen zu beschweren, gehalten im freyen Felde zwischen Berlin vnd Brandenburg am Ende des Monats May 1614 durch Peter Freyen, der selbst dabey gewesen.* Berl. e. 4. pl. 10. Auctor existimatur fuisse ABR. SCVLTETVS Theologus Palatinus. (10) D. HOE *wolgegründete, vnd zuförderst den Euangelischen Christen in der Chur-Marck Brandenburg, wider das zu Berlin neulich ausgeflogene Gespræch von Gottes Wort vnd Gott selbst.* Leipz. e. 4. Alph. 1. pl. 4. (11) *Obs wahr sey, dass die Ref. Kirchen in Deutschland so schreckl. Lehren führen, wie ihnen von D.* HOEN *wird zugemessen. das ander Gespræch samt vorgesetzter Prob der Verantwortung D.* HOE *wieder das erste Gespræch.* Berl. e. 4. Alph. 1. pl. 4. (12) *Nochmaliger Beweiss, das es allzugewiß war sey vnd bleibe, was D.* HOE *in seinem wider die Calu. neulich ausgegangenem Büchlein zugemessen hat contra P. Freyen.* Leipz. e. 4. pl. 6. (13) *Prüfung des kurtzen Bekendnuss D.* SIM. GEDICCI *vom Heil. Abendmal, darinnen er die mündl. vnd geistl. Niessung des wahren Leibes vnd Blutes Iesu Christi, aus den Worten der Einsetzung zu beweisen vermeinet, ob dasselbe den Worten der Einsetzung gemess sey oder nicht, samt einem andern Tract. von den Ceremonien.*

Ffurt

Ffurt auf Befehl 1614. 4. pl. 7. (14) GEORGII ALTENRATH *Herzbergensis catechismus vbiquitisticus, oder der vbiquitistische Glaube von der Person Christi vnd Heil. Nachtmal, mit Fleiss aus der ubiquitistischen Theologen eignen Schrifften zusammen gezogen.* Frf. e. 12. pl. 9. (15) LEONH. HVTTERI *Examen oder gründlicher bescheidentlicher Bericht von der zu Franckfurt an der Oder anderweit gedruckten Glaubens-Bekentniß der reformirten Evangelischen Kirchen in Deutschland.* Magdeb. e. 8. pl. 7. & Witt. e. 12. pl. 7. (16) CASP. FINCKII *Lutherus rediuiuus d. i. Widerlegung aller Argumenten, welche die Caluinisten heutiges Tages vom H. Abendmahl führen aus den Schrifften Lutheri, auch Beweiß, daß heutiges Tages dieselben nichts auf die Bahn bringen, welches nicht zuuor gründlich von Luthero wiederleget sey: vor etlich und dreissig Jahren durch* PHIL. GLASERVM *zusammen getragen, itzo aufs neue übersehen.* Frf. am Mayn e. 12. pl. 10. (17) EVCHARII GODOFREDI (notarii) *Berlinische Reformation, d. i. ein Gesprech von der zu Berlin vorgenommenen Reformation zwischen dem alten Pfarrern vnd den neuen Kirchendienern, in welchem Gespräch der hocherleuchtete* LVTHERVS *bey einem ieden Puncte einen Ausschlag gibt.* Ff. e. 12. pl. 3½. (18) *Fragstücke von der Ceremonie des Brodtbrechens vnd Reichung in die Hænde der Communicanten bey dem Heil. Abendmahl, vnd ob Lutherus damit zufrieden oder nicht auf Churf. Gn. zu Brand. sonderbahren Befehl gedruckt.* ib. e. 12. pl. 2. (19) LEONH. HVTTERS vnd MATTH.

HOE

HOE *zum theil freywillige, zum theil mit Gewalt der Heil. Schrifft ihnen ausgepreſste Bekæntnus, das der Reform. Kirchen in Deutſchland, nemlich zu Franckfurt an der Oder anderweit gedruckte Confeſſion iuſt vnd recht ſey, durch die Prediger der Reformirten Gemeine Gottes im Churfürſtenthum Brandenb.* ib. e. 12. pl. 6. (20) SALOM. FINCKII *Sacrament-Spiegels erſter Theil, darinnen zu ſehen, wie die alten Schmeiſsvögel, nach der Apoſtel Zeit, das Sacrament des Abendmals mit Aberglauben vnd Menſchentandt beſudelt, vnd ſolches ohne einigen Grundt göttlichen Worts bis auf den heutigen Tag vertheidigen.* Berl. e. 8. pl. 5. Eiusdem *ander Theil* ib. 8 pl. 8. Recenſent hoc ſpeculum die vnſchuld. Nachr. 1729. p. 217. Huic oppoſuit FRID. WAGNERVS *des Finckenſpiegels 1. vnd 2ten Theil entgegen geſetzt dem vermeinten, blinden, abergläubigen Sacrament-Spiegel des Apoſtatæ* SAL. FINCKEN *in Behauptung des Artickels vom Abendmahl des Herrn, vnd deſſen rechten Gebrauch. Königsb.* e. 4. pl. 19. Innotuit quoque eiusdem WAGNERI *Sacraments-Spiegels Schleiffmühle, daraus zu erſehen, warum* FINCK *auf ſo viel Bücher, die wieder ſeine Sacr. Spiegel heraus gekommen, nicht antworte.* Wittenb. e. 4. pl. 5.

§. V.

Anno 1615. prodiit *das Chur-Brandenb. Reformations-Werck, d. i. des Durchl. Hochgeb. Fürſten vnd Herrn, Hrn. IOH. SIGISMVNDS M. z. Br. des H. R. R. Ertz-Cämmerer vnd Churf. Bekændtniß von itzigen vnter den Euangeliſchen ſchwebenden*

den vnd in Streit gezogenen Puncten: vnd Edict an alle der Chur-Brandenburg Kirchendiener, *wie auch Verantwortschreiben an die Landschafft. Hernach I. F. Gn. Hrn. Stadthaltern hierinn gewechselte, vnd endlich von der Landschafft vnd Theologen aufgesetzte Schrifften durch einen Liebhaber der Warheit zusammen getragen.* Berlin 1615. 4. Alph. 1. pl. 8. Prodierunt etiam *initia reformationis Marchicæ, d. i. etl. denckwürdige Schrifften, vnd andere Acten, so bey angehender christl. Reformation, in der Churf. Marck Brandenb. von Chur- vnd Fürstl. Gn. auch den Landständen vnd Theologen hin vnd wieder ergangen, vnd gewechselt worden.* e. 4. pl. 8½. Continentur in hisce initiis plurima scripta, quæ in ante allegato libro *das Chur-Br. Reform. Werck* exstant, id quod ex collatione didici: duo tamen in initiis desiderantur, quæ in altero libro exhibentur, nimirum a p. 64 ad p. 111 vsque epistola legitur ad Ser. Marchionem IO. GEORGIVM data, cuius auctor est SIMON GEDICCVS a p. 111. vero ad p. 240 responsoria ad GEDICCI epistolam. Ceterum initiis additur præfatio editioni confessionis IO. SIGISMVNDI Francofurtanæ (quam §. 1. huius capitis commemorauimus) præmissa.

§. VI.

Eodem anno impressi sunt (1) IO. LYSTHENII Past. Belticens. *Rettung Hansen Knorrens, d. i. Lutherische Abfertigung vnd gegründete Widerlegung des læsterlichen Calu. Pasquills, oder neuen Zeitung von Berlin, so vnter den Personen Hansen* Knorren, *vnd Bened. Haberecht ausgesprenget worden.* Gerau e. 4. Alph. 1. pl. 11. (2) ALB. GRAVERI Prof.

Prof. Ienenſis *Gründl. Widerlegung der vngegründeten Auflagen, damit das ertichtete Berliniſche Geſpräch vnter dem ertichteten Namen Peter Freyens neben anderer reinen Theologen auch meine Bekændtniß, als wenn ſie mit Caluini in Verkehrung etl. Sprüche Heil. Schrifft übereinſtimmete, verdæchtig zu machen ſich vnterſtanden. Iena e.* 4 pl. 21. (3) CASP. BOHERI S. S. Theol. Cand. *Rettung des erſten Berlin. Geſpræchs, d. i. Noch klærer Beweiß, daß die Reformirte Kirchen wieder Billigkeit vnd Recht beſchuldiget werden, als ſolten ſie ſchreckl. Lehren von Gottes Wort vnd Gott ſelbſt führen.* Frf. e. 4. pl. 19. (4) *Treuhertzige chriſtl. Warnung an etl. politiſche Räthe Herrn* IOH. SIGISMVNDI *M. z. Br. geſtellet vnd verfertiget von einem armen getreuen Landkinde vnd Prediger, welcher den itzigen Zuſtand der Chur- und Marck Brandenburg mit Thrænen vnd Seuffzern vielfæltig beklaget.* e. 4. pl. 4. (5) GEORG. GOTHOFREDI Berolin. S.S. Theol. Stud. *von den Bildern achterley ernſte Wort vnd Befehl der Heil. Göttl. Schrifft, viererley gleichförmige Zeugniße der Väter, viererley gutwillige Bekæntnuſſ der Lutheraner, item was vom Exorciſmo zu halten D.* HVNNII *Vrtheil.* Berl. e. 4. pl. 4. (6) PETRI CONOVII Superint. der Altſt. Brandenb. *Beſcheidentl. Abfertigung* GEORGII GOTHOFREDI *die Ausmuſterung der Bilder, ſowol die Abſchaffung des Exorciſmi betreffend.* Wittenb. e. 4. pl. 3. (7) GEORG. GOTHOFREDI *Antwort auf die Abfertigung* PETRI CONOVII *darinn der Streit von den Bildern gründlich erörtert, vnd wie der Exorciſmus*

cismus auch von HVNNIO *verworffen*, *weiter erwiesen wird.* Berl. e. 4. pl. 4½. (8) LEONH. HVTTERI vnd HABRECHT WAHRMVND *Wunderbare Warbeiten allen frommen vnd die Warheit liebenden Herzen für Augen gestellet von etl. frommen Christen in Cölln vnd Berlin.* Ff. e. 4. pl. 2½. (9) MATTH. HOE *Iudicium* wider *die vnuerschämten Læsterer vnd Lügner zu seiner gründlichen Ableinung* wider PAVLVM TOSSANVM ib. e. 4. pl. ½. (10) *Wider die famos charta wunderbahre Warbeiten genandt*, *zweyer vermumten Calu. Priester am Berlin. Hofe* MART. FÜSSELS *vnd* SAL. FINCKEN *kurze Antwort durch* HABRECHT WAHRMVNDT. Pfirt e. 4. pl. 1. (11) LEONH. HVTTERI *abgenöthigte rechtmæssige Retorsion wider die zu Franckfurt ausgesprengte Famosschrifft derer Titul* HVTTERI *vnd* WAHRMVND *wunderbahre Warheiten.* Witt. e. 4. pl. 1½. (12) *Eiusd. beständiges rechtmæssiges Bekæntniß von seinen wunderbahren Warheiten der Welt vor Augen gestellet von den Liebhabern vnd Bekennern der Warheit in Cölln vnd Berlin.* Ff. e. 4 pl. 3. (13) Eorundem *Abfertigung* HABR. WARMVNDS *mit seinen wunderbahren Warheiten.* ib. e. pl. 5½. (14) *Eines vornehmen Theologi runder vnd gründl. Bericht*, *woran eigentlich die Sache zwischen den Euangelischen hange.* Berl. e. 4. pl. 2. (15) TIBVRTII VON ACHELN *Trostschrifft an Personen, welchen ihre Kinderlein mit Tode abgehen*, *ehe sie getaufft werden können*, *beuorab wegen vorgenommener christl. Reformation in der Chur-Marck Brandenb. zur Nachrichtung.* Amb. e. 4. pl. 3½. item Ff. e. 12. pl. 3. (16) *Einer vornehmen Standes-Person* (SIMON VLR. PISTORII) *vornehme wohlgegründete Haupturſachen, warum die Reformirte Euangelische Kirche mit D.* LVTHERS *vnd*

seiner

Bedenken über diese Frage: ob die Prediger zu Stendal in der Altmarck dem Churf. Brand. Edicto de dat. 16 Sept. 1669. *mit guten Gewissen vnterschreiben, oder sich remouiren lassen können? an* CHRIST. SCRIVERIVM *ausgefertiget.* Helmst. 4. additur *Discursus Wittebergensis contra iudicium, vt vocatum est, Magdeburgense:* nec non eiusdem BOETTIGERI *animaduersiones apologeticæ in discursum Wittebergensem* 4. pl. 11. Epistolam hanc BOETTIGERI recudi iussit auctor Noribergensis der gelehrten aus alten Nachrichten gezogenen Neuigkeiten. p. 109 sq. Quumque ABR. CALOVIVS præmonitionem ad studiosos Theol. ederet de scripto calumnioso IO. BOETTIGERI, cui titulum fecit *animaduersiones Apologeticæ in disc.* Witteb. pl. 6. impressam: idem BOETTIGERVS *vindicias animaduersionum suarum apologeticarum* edidit. Magd. e. 4. pl. 20. Eumdem BOETTIGERVM eodem illo anno 1666 solemni quadam oratione de edicto hoc Electoris exposuisse constat, vnde multæ controuersiæ exstiterunt.

§. XI.

Eodem anno VALENTINVS FROMMIVS edidit *diatriben theologicam de quæstione: an inter Lutheranos & Reformatos, quos vocant, concordia ecclesiastica sanciri possit?* ad Ser. Elect. FRID. GVILIELMVM *pacis vtriusque, ciuilis & religiosæ amantissimum Brandenb.* 4. pl. 8½. Perplacuit hæc diatribe Ser. Electori, qui id ipsum Rescripto quodam 1667 dato significauit. conf. GOTTTSCHLINGII Nachricht von den Superintendenten der Neust. Brandenburg p. 47. In hac diatriba p. 24 optat, vt communi ecclesiæ consensu exorcismi ceremonia in formulam precum commutetur. Ipse igitur eiusmodi formulam conscripsit, & sequenti titulo præfixo edidit: *Sensus Lu-*

theranus exorcisticæ, circa baptismum ceremoniæ, quo pacto illa tuto, consensu ecclesiæ citra scrupulosam curam, ad scripturæ ductum vsurpari possit? 4. pl. ½. Precum hanc formulam celeberrimus Marchicæ ICtus IO. BRVNNEMANNVS iuri ecclesiastico p. 181 inseruit.

§. X.

Nec minus huc pertinent GEORGII LILII *An- vnd Vmbfrage an etliche der Herren Inspectoren vnd Prediger aufn Lande mit Bitt vnd Anwartung ihrer zurückkommenden Aussage, samt derselben gebetenen Aussage, ob man den Reuers mit gutem Gewissen schreiben vnd vnterschreiben könne.* 1666. 4. pl. 3. E. V. R. H. *christl. Ehren-Rettung des alten vnd vm die Kirche Christi wolverdienten Mannes* GEORG LILII *wider die boshaffte Verleumdungen der erlogenen Vmfrage vnd verleumderischen Aussage.* 4. pl. 2. CASP. LOESCHERI *aufrichtiger Gegensatz wider* E. V. R. H. *(eines vngenandten Religions-Heuchlers) schändl. Abtritt von der Warheit, so er in seiner vnchristl. vnd verleumderischen Ehren-Rührung vnd Beschmitzung an einem Theil begangen.* Leipz. e. 4. pl. 1. Pertinet quoque huc CASP. LILIEN *filiale consilium ad sanctissimum parentem Dn. M.* GEORGIVM LILIVM Byruthi 4. pl. ½. GEORGIVS enim hic Præpositus Berolinensis admodum dubitabat, quid faceret: labantem igitur erigebat filius CASPARVS, Superintendens Baruthinus, atque vt edicto Electoris morem gereret, pie monebat. De vtroque hoc LILIO confer das alte vnd neue Berlin. Parte I. p. 335 f.

§. XI.

Scriptis sexagesimo hoc sexto anno editis accen[...]tur etiam *lapis Lydius sacrar. scripturarum per examen*

examen rectæ rationis admotus iudicio quod latum fuit a Collegio Theol. in Acad. Wittebergensi super subscriptione reuersus alicuius, quem Ser. El. Brand. postulauit a ministris verbi diu. in ecclesiis Lutheranis Coloniæ ad Sueuum & Berolini existentibus transmissus ab Inspectore quodam in Vet. Marchia (FRID. GESENIO) Col. Br. 1666. 4. pl. 8. Prodiit etiam lingua germ. sub titulo: *Probierstein, da nach der Regel des Worts Gottes das Vrtheil der Theol. Facult. zu Wittenberg wegen des von S. Churf. Durchl. zu Brand. den Märkischen Geistlichen vorgelegten Reuerses Vnterschreibung vernünfftiglich vntersuchet vnd geprüfet* wird. Berl. 4. pl. 9½. Recensent vnsch. Nachr. a. 1734. p. 56.

§. XII.

Eodem anno prodiit eiusdem GESENII *amica συζητησις cum sympatriota ciue Marchico super ακιβδηλια iudicii theol. Witteb. in causa subscriptionis reversalium Electoral. Brandeb. lati, an forte in admoto lapide Lydio comparere illa possit, & perspicuum fieri, quam hoc conueniat vnicæ sacrarum litterarum rationi, præter quam nulla in exemtione ab obedientia potestatis ciuilis valere debet.* Berol. 4. pl. 19. Eiusd. *Widerlegung der Verleumdungen, womit ihn* ANDR. FROMME, IO. AD. SCHERZER, vnd ELIAS SIGISMVND REINHART *beschmitzet, darinn zugleich von der Beschaffenheit des so übel beschrienen Reuers-Wesens in der Chur-vnd Marck Brand. von dem Gehorsam der Vntertbanen gegen die Obrigkeit in Religions-Sachen, von dem göttl. vnd vngöttl. Verdammen, von denen zur Seeligkeit nöthigen Lehren, vnd andern Materien gehandelt wird.* ib. e. 4. pl. 21.

 §. XIII.

§. XIII.

Sequenti anno VALENTINVS FROMMIVS tecto tamen nomine edidit *Informations-Schrifft pro Candidatis Ministerii im Churfürstenthum Brandenb. über nachgesetzte Fragen:* (1) *Ob in der Chur-Brand. die Prediger auf den Catechismum Lutheri zu beruffen verboten sey, vnd der Catechismus in den Vocationibus, ohne Verletzung des Gewissens ausgelassen werden könne?* (2) *Wie viel vnd was für Principia theologica die Lutherische Lehrer haben?* (3) *Ob sich ein Lutherischer Prediger auf die Churfürstl. Edicta mit gutem Gewissen könne confirmiren lassen?* 4. pl. 2½. Huic scripto opponebatur MATTH. BVGAEI *Gegenberichtl. kurtze Antwort auf die Informations-Schrifft, die ein Anonymus ohne Meldung des Orts vnd Druckers herfür gegeben. &c.* Stend. 1668. 4. pl. 8. Habebat tamen FROMMIVS, quod regereret. Conscribebat enim *richtigen Beweiß, dass die a. 1667 gedruckte Informations-Schrifft mit der Churfürstl. Edicts-Erklærung vnd andern Churf. Verordnungen, in allen Puncten, ohne einige Religions-Vermischung vnd Abbruch des Lutherischen Glaubens übereinstimme, vnd dass der Catechismus Lutheri von Sr. Churf. Durchl. weder im Lande noch in den Vocationibus der Lutherischen Prediger verboten sey, hochdringend vnd vnuermeidlich an das Churf. Brandenb. Consistorium zu Cölln an der Spree gestellet.* Libellus hic nondum editus in manibus meis est, quo inter alia FROMMIVS ad Rescriptum Diui Electoris FRIDERICI GVILIELMI prouocat, cuius in memora-

memorabilibus Colonienſibus, eorumque ſpecimine XII. p. 181. mentionem feci.

§. XIV.

Porro huc pertinet FRIDERICI GESENII Superint. Gardelegienſis *Irenæus Philalethes, ſeu disquiſitio ſuper communi argumento vnionis eccleſiaſticæ, in qua ſyllogiſmus pacificus accurate examinatur, & an mutuam inter Proteſtantes vel pacem vel tolerantium conſequentia neceſſaria inferat, expenditur.* Stend. 1671. 8. Alph. 1. pl. 2. Eiusd. *cautio pro Irenæo ſuo Philalethe, ſicubi forte non ea, qua ſcriptus eſt, mente accepto & intellecto.* ib. e. 8. pl. 2.

§. XV.

Denique prætereundum non eſt ſcriptum, quod magnos motus excitauit. Eſt illud *vox oppreſſorum in Marchia Brandenburgica ſupplex, d. i. an S. Churf. Durchl. zu Brandenb. vntertbænigſte Supplicata der Mærkiſchen rein-Lutheriſchen bedrengten Kirchen, vnd demütigſt zu übergeben fürgelegt a. 1674 vm einen gnædigen Abſchied über dero vnter Ihrem Churf. Nahmen ausgegangene Edicta a. 1662. 1664. 1668 den Kirchen-Friede zwiſchen Lutheriſchen vnd Reformirten Religions-Verwandten betreffende.* 4. pl. 12. iterum prodiit Saltzbach 1675. 4. pl. 12 tertium prodiit. ib. 1677. 4. pl. 12. Scriptum hoc rarius occurrit, & interdum duobus florenis & amplius venditum eſt. Inſeruntur huic ſcripto *Edicta* (1) *über das vnnöthige Eyfern, Gezænk &c.* (2) *über das vnbefugte Beginnen der Th. Facultæt zu Wittenberg durch die Epicriſin über das Rintelſche Colloquium.* (3) *wegen des Kirchen-Friedens.*

(4) *Declaratio der Vrſachen der Veriagung 2 Berliniſcher Prediger.* (5) *Reuerſe der Inſpectoren, Prediger, vnd Candidaten.* (6) *Reſcript vm Caſſirung der Catechiſmen, u. F. C. aus den Vocationibus der Prediger.* (7) *der Land-Stænde Supplicat vm Temperirung der Prieſter-Reuerſe vnd Vnterſchreibung der Edicten.* (8) *Copia des Reſcripts wegen der Prieſter-Reuerſe.* (9) *Der Land-Stænde Erinnerung über die communicirte Declaration.* (10) *Declaration der Edicten.* (11) *Reuers den Hrn. Ræthen vorgelegt.* (12) *Hrn. Raban von Canſteins Erklærung über ſeine Vnterſchrifft.* (13) *Reſcript an etliche Städte vm Obſeruirung der Edicten vnd der Sacren Adminiſtrirung der Calixtiniſchen.* In titulo primæ editionis hæc verba non exſtant: *vnd demüthigſt zu übergeben fürgelegt. a.* 1674. Deſiderantur etiam XIII inſerta, quæ commemorauimus: nec non lemmata ad marginem poſtremarum editionum expreſſa. Quare titulum harum, licet paullo ampliorem, hoc loco indicauimus. De auctore huius ſcripti diu multumque dubitatum eſt. Nonnulli IO. CHRISTOPHORVM LVDECVM Antiſtitem Francofurtanum auctorem huius *vocis oppreſſorum* eſſe dixerunt: aliquot vero abhinc annis in litteras autographas ADAMI SELLII incidi ad GVNTHERVM[1] HEILERVM Pomeraniæ Antiſtitem a. 1699 datas, ex quibus huc maxime pertinent quæ ſequuntur: *Sonſt, was mich anlanget, wird S. Excell. wohl gehöret haben von einem Scripto: vox oppreſſorum in Marchia Brandenb. welches ich vnter der Cenſur der Facultæt zu Wittenberg ohne Nahmen ediret. Weil aber mein Collega mich verrathen, vnd ich eine Zeitlang in Arreſt zu Cüſtrin ſeyn*

ſeyn müſſen, und endlich, wie man daraus nichts exſculpiren können, dimittiret, und des Amts entſetzet, aber von der Theol. Facultæt anhero (nach Buchsweiler) commendiret noch lebe.

§. XVI.

Ex quo tempore eiusmodi domicilia condi coeptum eſt, nec in Marchia defuerunt. Atque id exemplis nonnullis illuſtrabimus, ſcriptores ſimul commemoraturi, qui de vno alteroque expoſuerunt. Quod ad veterem Marchiam attinet, de domicilio pauperum, quod *Seebuſæ* eſt, IO. CHRIST. BECMANNVS egit, cuius *Auffatz von der Stadt Seehauſen* in RÜDEMANNI collectaneis Palæo-Marchicis pag. 222 ſ. exhibetur. De Gardelegienſibus CHRIST. SCHVLZIVS *im Auf- vnd Abnehmen der Stadt Gardelegen*. p. 58.

§. III.

De iſtiusmodi domiciliis in Media Marchia generatim notanda ſunt, quæ ſancit ordinatio conſiſtorialis Diui Electoris IO. GEORGII capite *von den Kirchvætern, Vorſtehern der gemeinen Kaſten, vnd Hoſpitalen, auch derſelbigen Einkommen* apud MYLIVM l. c. p. 293. Brandenburgenſia & Francofurtenſia commemorant FROMMIVS in nomenclatura rerum Brandenburgi memorabilium a GOTTSCHLINGIO edita, & BECMANNVS in acceſſionibus ad IVSTI chronicon Francofurtanum.

§. IV.

De Berolinenſibus habet quædam *der Viſitation-*

Abſchied wegen der Kirchen vnd Schulen in Berlin de a. 1574 in opere MYLIANO l. c. Tom. I. Sect. II. p. 25 vbi attendendum eſt *caput von den Hoſpitalien.* De eo inprimis, quod a Spiritu S. inſignitur, ſeparatim egit IAC. SCHMIDIVS in memorabilibus Berolinenſibus Decade II. p. 45. De eodem illo, nec non aliis, quæ in GEORGII & GERTRVDIS memoriam condita ſunt, itemque de Fridricopolitano, quod ab vrbe *Hieroſolyma* denominari ſolet, exponet das alte vnd neue Berlin Parte II. ibique hiſtoriam horum domiciliorum ex diplomatibus illuſtraturos nos promittimus. Ceterum eminet inſigne illud munificentiæ Regiæ documentum, *das groſſe Friedrichs-Hoſpital*, quo pertinent *die Interims Armen-Ordnungen in den Preusſiſchen Reſidentzien Berlin, Cöln, Fridrichswerder, Dorotheen-vnd Fridrichsſtadt* de a. 1703. Cöln 4. pl. 3. conf. MYLII corpus conſtitutionum Marchicarum Tom. I. Sect. II. a p. 134 ad p. 146. Continentur hac ordinatione (1) *generale Beſchreibung, wie das Armen-Weſen in den Königl. Pr. Reſidentzien eingerichtet iſt.* (2) *Reglement der Herrn Commiſſarien beym Armen Weſen.* (3) *Reglement der Deputirten.* (4) *Reglement vnd Ordnungen des groſſen Fridrichs-Hoſpitals.* (5) *Ordnung, den Haus-Væter vnd Haus-Mutter betreffend.* (6) *Ordnung bey den Wayſen im groſſen Fridrichs-Hoſpital.* (7) *Ordnung wegen der Kranken.* (8) *Ordnung wegen der Gefangenen.* (9) *Ordnung wegen der irren vnd tollen Leute.* (10) *Verzeichniſs wie die Wayſen-Kinder, vnd andere Armen im groſſen Fridr. Hoſpital geſpeiſet werden.* Huc etiam referri merentur quæ *von der Stifftung vnd Einrichtung des groſſen Lazareths der Charité* leguntur in viri Illuſtris IO. THEOD. ELLER *auserleſenen mediciniſchen chirurgiſchen Anmerkungen, ſowohl von inner-als æuſſer-*

æusserlichen Krankheiten, vnd bey selbigen zum theil verrichteten Operationen in Lazareth der Charite in Berlin. Berl. 1730. 8. Alph. pl. 22. c. fig. De orphanoprop heo, quod gallicanæ gentis liberaliras construxit, & hodienum alit, confer *Statuts de la Maison des Orphelins François de la Capitale de Berlin.* Berl. 1725. 4. pl. 4. IACOB L'ENFANT *Predigt über Matth. V. 7. am Einweihungs-Tage des Französischen Waysen-Hauses in Berlin gehalten, aus dem Französ. übersetzt.* Berl. 8. pl. 3. Præterea commemoratione dignum est orphanotropheum sic dictum *Kornmesserianum*, ad cuius historiam pertinet *die Königl. Confirmation des von* IOACH. FRID. KORNMESSER, *vnd dessen Ehegenossin* MARIA PEDY *gestifteten Waysenhauses in Berlin* de a. 1720. MS. (2) IO. HENR. TWISTE a. 1721. *im Kornmesserischen Waysenhause gehaltene Gedæchtniss-Rede, so die erste gewesen, an eben dem Tage, an welchem vor 14 Iahren der seel. Frau Fundatricis einiger Sohn gestorben, vnd die göttliche Prouidentz dadurch gefüget, dass nun einige Kinder vnterhalten vnd erzogen werden.* Berl. fol. pl. 3.

§. V.

Potstampii Diuus FRIDERICVS WILHELMVS Rex Prussiæ condidit eiusmodi domicilium, quod vulgo *das grosse Potsdammische Waysenhaus* vocant. Qui plura de eo scire cupit, consulat *Sr. Königl. Mai. in Preussen General-Reglement für dero Waysenhaus in Potsdam.* Potsd. 1724. pl. 2. (2) *Leges Orphanorum, Regeln für die Waysen-Kinder*, woraus *aber zuförderst die Præceptores zu lernen haben, worauf sie die Kinder führen sollen.* 4. pl. 4 ½. (3) *Instruction für die Præceptores, was sie bey der Disciplin zu beobachten.* 4. pl. 2 ½. (4) *Regeln für den Oeconomum, oder Way-*

Wayſen-Vater. 4. pl. 1½. (5) *Allgemeine Regeln.* 4. pl. 1. (6) *Nothige Verordnung bey der Anſtalt der Kranken im Wayſenhauſe.* 4. pl. 1. (7) *Regeln für die Præceptores.* 4. pl. ½. (8) *Regeln für die Bett-Frau.* 4 pl. ¼. (9) *Regeln für die Pflege- oder Kranken-Mutter.* 4. pl. ½. (10) *Inſtruction für den Nachtwæchter, der im Wayſen-Hauſe wachet.* 4. pl. ½. (11) *Einige Erinnerungen, wie Feuer-Schade zu verhüten.* 4. pl. ½. (12) *Regeln für den Haus-Knecht.* 4. pl. ½. (13) *Inſtruction für den Becker im Wayſen-Hauſe.* 4. pl. ½. (14) *Regeln für denienigen, ſo das Leinenzeug in Verwahrung hat.* 4. pl. ½. (15) *Regeln für das Geſinde, ſowohl Knechte als Mægde.* 4. pl. ½.

§. VI.

Idem fecerat Diuus FRIDERICVS I. a. 1696. Lindouiæ in comitatu Ruppinenſi. Conf. *chriſtlicher Inaugurations-Actus, des von Sr.* (damals) *Churf. Durchl. zu Brandenb. fürſt-löblichſt geſtiffteten Wayſenhauſes in Lindow 1697 in* IABLONSKI *Predigten. III. Zehend* a. p. 114 ad p. 151.

§. VII.

Par pietatis & munificentiæ ſuæ documentum exſtare voluit LVDOVICA, Diui FRID. WILHELMI coniux, quæ orphanotropheum Oranienburgi condidit. Huc pertinet *Stifftung des anno 1665 d. 23 Sept. von der Churfürſtin* LOVISE *geſtiffteten Wayſenhauſes. MSC.*

§. VIII.

Nec prætermitti debet b. SEVERINI SCHINDLERI in gratiam orphanorum cura. In villa enim ſua *Schöneiche*, tribus circiter lapidibus Berolino diſtante condidit iſtiusmodi domicilium, de quo proſtant *Nachrichten von Verfaß- und Einrichtung des Wayſen-*

Waysenhauses vnd der Schule zu Schöneiche, Berl. 1734. 8. pl. 3.

§. IX.

Nouam Marchiam quod spectat, commemorari hoc loco meretur *Neumærkische Kasten-Ordnung von Kirchen-Hospitalien- vnd dergleichen Gütern* de a. 1540 in laudatissimo corpore constitutionum Marchicarum illustris MYLII Tomo Sect. I. p. 250. Xenodochia Regiomontana recenset KEHRBERGIVS in delineatione dictæ vrbis p. 218 f. De Zullichouiensi prostat SIGM. STEINBART *warhafftige vnd vmstændliche Nachricht derienigen Tropfen, Strömlein, vnd Flüsse, so aus Gottes reicher Seegens-Quelle in das vor der Stadt Zullichow gestifftete Waysen-Haus, seit d. 12 Iul. 1719 bis den 13 Sept. 1721 geflossen*. Berl. 1721. 8. pl. 6. *Dieser Nachricht I. Fortsetzung* ib. 1723. pl. 10. *II. Fortsetzung* ib. 1724. pl. 6 $\frac{1}{2}$. *III. Fortsetzung* ib. 1726. pl. 8. *IV. Fortsetzung* ib. 1728. pl. 8. *V. Fortsetzung* Züllich. 1731. pl. 16. *VI. Fortsetzung* ib. 1737. pl. 11. Coeptum est illud orphanotropheum, a. 1719. multisque a Diuo Rege FRID. WILHELMO immunitatibus auctum. Fundationem, quam vocant, exhibet continuatio quarta p. 98.

LIBER

LIBER QVARTVS.

SECTIO I.

CAPVT PRIMVM.

DE SCRIPTORIBVS GENEALOGICIS EDITIS QVI OMNIVM FAMILIARVM GENEALOGIAS DESCRIPSERVNT.

§. I. Scriptores genealogici, qui singulas familias descripserunt, Reidelius,
§. II. Wolfg. Iustus,
§. III. Andr. Angelus, Casp. Helmericus,
§. IV. Strombergius,
§. V. de Wolde,
§. VI. Spenerus,
§. VII. Hendreich,
§. VIII. Grunack,
§. IX. Anonymus,
§. X. Nehring,
§. IX. Rentsch, & Wilhelmi.

§. I.

Ad scriptores *Genealogicos* conuertimur, quorum quum magnus sit numerus, eos primo loco nominabimus, qui omnium familiarum Genealogias descripserunt. Hi vero duplicis sunt generis: quippe alios genealogicos vniuersales, alios vero particulares dixeris. Illis adnumerantur HENNINGES, REVSNERVS, LOHMEIERVS, HÜBNERVS, aliique de genealogico studio optime meriti, sed a nobis nunc prætermittendi, & data occasione recensendi. Ad eos igitur transimus, quos particulares dicere consueuimus. Interque hos sese nobis offert HENRICVS REIDEL *in der Geburts-Linie der Marggrafen zu Branden-*

Brandenburg von den Zeiten Kaysers RVDOLPHI I. 1562. 4. quem vero librum numquam vidi.

§. II.

Hunc excipit WOLFG. IVSTVS ſiue IOBST, cuius tria ſcripta huc pertinent (1) *GENEALOGIA oder Geburts-Linien und Ankunfft des löblichen Chur-und Fürſtlichen Hauſes zu Brandenburg in 7 Stæmme oder Geſchlechter getheilet, ſamt den Marggrafen zu Soltvvedel, und der Verpfændung der Marck, vnd den Wendiſchen Fürſten vnd Königen zu Brandenburg von 634. Iahren vngefehrlich her bis auf dieſe izige Zeit alle Perſonen mænnlichen und vveiblichen Geſchlechts aufs fleisſigſte angezeiget und zuſammen gezogen* Ff. 1562. 4. pl. 17. Conferatur de hoc libro IO. HÜBNERI bibliotheca genealogica p. 506. (2) *Genealogiæ ſeptem inſignium & antiquarum familiarum Marchionum & Principum Electorum inclytæ domus Brand. vtriusque ſexus. His additæ Maachionum Soltvvedelenſium in veteri Marchia ex familia Aſcania & Anhaltina, & Regulorum Herulorum Obotritorum & Vandalorum in Marchia Brandenb. & Ducatu Megapolenſi ſucceſſiones & proſapiæ* ib. 1571. 4. pl. 12. (3) Eiusd. *oratio de antiquitate & origine familiarum Marchionum Brandenburgenſium, item de vita & rebus geſtis Alberti Marchionis, Teutonici Achillis* ib. 1569. 4. pl. 4.

§. III.

ANDREAM quoque ANGELVM in annalibus ſuis, de quibus plura dicendi occaſio ſe offeret, non pauca Genealogica admiſcere, HÜBNERVS in laudata bibliotheca Genealogica adnotauit p. 509. Cui iungendus

gendus est CASP. HELMERICVS, *qui annalium Tangermundensium libro II. acta ab* HENR. AVCVPE *Imp. incboata, sub Marchionibus & Electoribus ex sex familiis, inclytam domum Brandenburgicam ordine regentibus, vsque ad Fridericum V. Burggrauium Norib. complectitur, tertio autem libro de insigni & antiqua familia Comitum Zollerensium, & Burggrauiorum Norici castri a FRIDERICO BVRGGRAVIO ad modernum Electorem (GEORGIVM WILHELMVM)* agit. Annales hi Tangermundenses, (quorum primo & quarto libro quid contineatur, suo loco docebimus) multa lectu digna continent, & nihil est, quod desiderari queat in illis, nisi quod auctor rhythmis germanicis, iisque pro more illius sæculi (scripsit enim anno 1636) vsus est: quod vero auctori facile condonari potest in gratiam ciuium scribenti. IO. CHRIST. BECMANNVS in præfatione KEHRBERGII chronico Königsbergensi præmissa recte iudicauit, annales hosce, licet *Tangermundenses* vocentur, non vrbem Tangermundam solum spectare, sed totius Marchiæ historiam complecti. Quum rariores essent isti annales, recudendos illos decennio abhinc curaui, cumque aliis scriptis historiam Tangræmundæ vrbis illustrantibus coniunxi.

§. IV.

HENR. STROMBERGII *Genealogia illustrissimæ domus Brandenburgicæ inde ab incunabulis domus deducta, & carmine panegyrico condecorata.* Dordr. 1617. 8. pl. 2.

§. V.

CHRISTOPHORI de WOLDE *Equitis Pomerani oratio de origine & incrementis Ser. ac El. domus Electoralis Brandenb.* Lugd. Bat. 1658. 4.

Ele-

Elegans hæc oratio recuſa, & parti III. opuſculorum hiſtoriam Marchicam illuſtrantium inſerta eſt.

§. VI.

Ex PHILIPPI IACOBI SPENERI magni nominis viri ſylloge genealogico-hiſtorica, quam Argentorati a. 1655. Francofurti autem 1677. 8. editam eſſe conſtat, huc ſpectant, quæ agunt de familia Brandenburgica a p. 415 ad 475 vsque.

§. VII.

CHRISTOPHORI etiam HENDREICHII liber ſupra commemoratus, *Entwurff derer die Marck Brandenb. betreffenden Sachen*, eiusque in primis pars ſecunda huc referri meretur. De auctore ipſo quum dicto loco pluribus expoſitum fuerit, non opus eſt plura hic addere. GIOVANNI in Germania principe p. 645 auctorem non ſine elogio dimittit.

§. VIII.

FRID. GRVNACK *Genealogiſcher Vnterricht von dem Durchlaucht. Königl. Chur- vnd Fürſtl. Hauſe Brandenburg vnd Preuſſen*, adhæret eiusdem compendio hiſtorico Wittebergæ edito a. 1713. 8. & paucarum tantum plagularum eſt.

§. IX.

Prodiit a. 1713. libellus ita inſcriptus: *Merckwürdiges Nahmens-Iahr des Cron-Printzen in Preuſſen, wobey das Königl. Preuſſ. Brandenb. Geſchlecht vom König Clodovæo M. vnd dem deutſchen Kayſer Lothario.* Magdeb. 1713. 4. pl. 3½.

§. X.

I. C. N. (NEHRING) *neueſte Genealogie des Königl. Preusſiſchen Hauſes.* Halle 1724. 8. pl. 3. Auctor V. D. M. in vico *Morl* qui haut procul Hala diſtat, inde ab Adami temporibus genealogiam hanc deducit.

§. XI. De-

§. XI.

Denique prætermittendum non eſt, IO. WOLFG. RENSCHIVM *im Cedern-Hayn*, de quo libro ſuo loco prolixiores erimus, identidem genealogica quædam adferre. Idem facit IO. GERLACVS WILHELMI in compendio hiſtorico, cuius data occaſione faciemus mentionem.

CAPVT SECVNDVM.

DE SCRIPTORIBVS QVI ALIQVARVM MODO FAMILIARVM ORIGINES INVESTIGARVNT.

§. I. Inſtituti ratio.
§. II. Scriptores familiam Saxonicam illuſtrantes.
§. III. De familia comitum Stadenſium conſulendi.
§. V. Qui familiæ Anhaltinæ origines inueſtigarunt, & vniuerſales, & particulares. Interque hos Brotuffius,
§. VI. Mentius,
§. VII. Becmannus.
§. VIII. Scriptores de familia Bauarica,
§. IX. & Lucelburgenſi.

§. I.

Sequuntur, qui nonnullarum modo familiarum origines inueſtigarunt. Quum igitur ſeptem familias illuſtres sereniſſimæ domus Brandenburgicæ fuiſſe conſtet: non poſſumus non eo, quo ſe exceperunt, ordine illas commemorare.

§. II.

Familiam primam quod ſpectat, quam ex regio WITTEKINDI ſtemmate ortam, WOLG. IVSTVS (cuius capite ſuperiori mentionem fecimus) appellat, quamque Saxonicam nominare conſueuimus: de illa conſulendi ſunt HIERONYMVS HENNINGES

GES in theatro genealogico, eiusque tomo III. p. 10 & 195 & HÜBNERI tabula genealogica partis primæ CLXXII.

§. III.

Ex familia comitum Stadensium principes & Marchiones Brandenburgicos qui nosse cupit, adeat HENNINGESII, quem modo dixi tomum tertium p. 198. ELIAE REVSNERI auctarium operi genealogico catholico subiunctum p. 187. & HÜBNERI tabulam genealogicam 173 partis primæ. Ex ANTONII ALBIZII stemmatibus principum christianorum huc pertinet tabula XXII: ex RVDOLPHI autem DIEPHOLDI genealogiarum parte prima huc referas Genealogiam XVII. Quibus addantur GEORGII ROTH res Stadenses, de quo quidem libello alio loco exponemus.

§. IV.

Quod ad familiam ex comitibus Plocensibus ortam attinet, conferantur THORSCHMIDII antiquitates Plocenses, anno 1725 4. pl. 16 editæ. Inprimis huc pertinent, quæ Parte I. cap. II. leguntur.

§. V.

Ascaniensis siue Anhaltinæ familiæ origines non modo exhibent LOHMEIERVS parte II. der Stam-Tafeln tab. XX. & XXI. RITTERSHVSIVS spicilegii I. tab. VII. atque HÜBNERVS tab. XIV. sed & scriptores alii particulares. Primum locum occupat ERNESTVS BROTTFFIVS, cui debetur *Genealogia vnd Chronica des Durchlauchtigen Hochgeb. Königl. vnd Fürstl. Hauses der Fürsten zu Anhalt, auf 1055 Iahr in 6 vnterschiedl. Büchern mit vielen schönen alten Historien, Geschichten, Königl. vnd Fürstl. Wapen gezieret vnd beschrieben. Amb.* 602. fol. Alph. 3. Aliam quoque editionem, præter Ambergensem, quæ in manibus nostris est, allegat HÜB-

NERVS l. c. p. 499. Inprimis BROTVFFIVS hoc loco commemoratur, quod ſecundus atque tertius liber domum Brandenburgicam recenſet. A pagina nimirum 43 incipit liber ſecundus *von den erſten alten, vnd von den andern nachfolgenden alten Marggrafen vnd Churfürſten zu Brandenburg, anfenglich des Geſchlechts der Grafen zu Staden vnd Herzfelt, darnach der Fürſten zu Anhalt*, ad paginam vsque 95. A pagina vero XCVI ad paginam vsque CXI ſuccedit liber tertius *von den andern Marggrafen vnd Churfürſten zu Brandenburg, welche nach WOLDEMARO I. vnd IOHANNE V. eines andern Fürſtlichen Geſchlechts, dann von Anhalt, ſo mit der Marck belehnet vnd regieret haben.* Incipit hic liber cum LVDOVICO ROMANO, deſinit in IOACHIMO II. Vitam BROTVFFII enarrat HÜBNERVS l. c. Confer etiam STRVVII bibliothecam Saxonicam p. 428 vbi pluribus verbis non modo ſingulorum huius chronici librorum argumenta recenſet, ſed etiam laudes, quibus a MELANCHTHONE ornatus eſt, & ALBINI, MEIBOMII, SPENERI, SAGITTARII, atque BECMANNI iudicia refert, quorum ſumma huc redit, BROTVFFIO non diligentiam, ſed iudicium & fidem defuiſſe.

§. VI.

Alter, qui huc referendus eſt, BALTHASAR MENCIVS eſt, cuius proſtat *Stammbuch*, das iſt, *kurze Erzehlung vom Vrſprung vnd Herkommen der Chur- vnd Fürſtlichen Stammen Sachſen, Brandenburg, Anhalt, vnd Lüneburg*. Wittenb. 1598. 8. pl. 22. c. fig. Auctor Nimeci in Saxonia a. 1537 natus, patre vſus paſtore Nimecenſi, theologo ſemiſæculari, Magde-

Magdeburgensis Gymnasii primum, dein Academiæ Leucoreæ ciuis, Germaniam, Bohemiam, Poloniam, Hungariam peragrauit, inde Vitebergam repetiit, Magistri artium, & poëtæ laureati honoribus ornatus, demum ordini philosophico adscriptus, ibidemque a. 1617 octogesimo ætatis anno mortuus. Vitam MENCII pluribus describit celeberrimus SCHOETTGENIVS *in der diplomatischen vnd curieusen Nachlese der Historie vm Ober-Sachsen* Parte XII p. 257 sqq. Inter scripta eius, etiam liber a nobis commemoratus recensetur, cuius aliam adhuc editionem, nimirum a. 1597 prodiisse SCHOETGENIVS auctor est. Eum in vitis principum suæ ætatis nonnulla probe adnotasse Illustris auctor Germaniæ Principis p. 646 censet.

§. VII.

Omne autem punctum in historia domus Anhaltinæ tulit IO. CHRISTOPHORVS BEOMANNVS, cuius præclarum opus septem partibus absolutum a. 1710 prodiit. Titulus hic est: *Historie des Fürstenthums Anhalt, von dessen alten Einwohnern, und einigen annoch verhandenen alten Monumenten, natürlichen Gütigkeit, Eintheilung, Flüssen, Stædten, Flecken vnd Dörffern, Fürstlichen Hoheit, Geschichten der Fürstlichen Personen.* Sex annorum spatio interiecto sequebantur eiusdem auctoris *accessiones historicæ Anhaltinæ von vnterschiedenen das Hochfürstl. Durchl. Haus u. Fürstenthum Anhalt belangenden Materien, samt dahin gehörigen Documenten.* Insigne hoc opus historiæ quoque Brandenburgicæ ob multa inprimis inserta diplomata conducit. Plurima, quæ hoc opus meretur, elogia suppeditabunt Acta eruditorum, quæ Lipsiæ colliguntur, annis 1711. p. 355. & 1717. p. 481. itemque Supplem.

Tom. VI. p. 538. STRVVII bibliotheca Saxonica p. 432 & HÜBNERI bibl. Genealogica pag. 502. Quumque in augendo, ſupplendo, & emendando BECMANNI opere induſtria V. C. SAMVELIS LENZII verſetur, idem vt quam incepit telam, feliciter pertexat, ex animo precamur.

§. VIII.

Quintam familiam, comitum nimirum Palatinorum Rheni & Ducum Bauariæ illuſtrarunt HIER. HENNINGES theatri genealogici Tomo III. p. 200 & HÜBNERVS tabula CXXXI.

§. IX.

De ſexta, quæ Lucemburgenſis audit, conſulendi iidem auctores ſunt, HENNINGES nempe p. 202 & HÜBNERVS tab. CVII.

CAPVT TERTIVM.

DE SCRIPTORIBVS FAMILIAE ZOLLERANAE.

§. I.

Quæ reliquas familias & diuturnitate, & ſplendore ſuperauit, illuſtrisſima Zollerana, plurimos quoque ſcriptores, ſuæque laudis

dis & magnitudinis præcones habuit: quos recensere nunc animus est.

§. II.

Vt igitur de iis, quos primo huius libri capite recensuimus, qui omnium familiarum, quæ Marchiæ incolis Principes dederunt, adeoque & Zolleranæ meminerunt, nunc nihil dicam, ad hos progredior, qui sigillatim Zolleranam tractandam sibi sumserunt. Primus est GEORGIVS SEIFRIED, qui *genealogiam illustrissimorum Principum Marchionum Brand.* edidit Witteb. 1555. 4. pl. 3. Idem liber vernacula editus est, hoc titulo præfixo: *kurze Beschreibung des Fürstlichen Stammes vnd hohen Herkommens der Durchl. Fürsten vnd Marggrafen zu Brandenburg.* ib. 1562. 4. Recusus est hic libellus, atque opusculis historiam March. illustr. insertus, Parte VIII. Auctor Kizingæ natus Archiater fuit Diui GEORGII PII Marchionis Brand. Hoc libro non paruam gratiam iniit. IVSTVS in præfatione libri capite superiori memorati fatetur, se his SEIFRIDI laboribus vsum esse, & REINERVS REINECCIVS hunc libellum compendiis historiæ Marchicæ adnumerat. Etiam CERNITIVS illum subinde allegat, neque tamen diffitetur, emendatione interdum opus esse.

§. III.

Sequitur REINERI REINECCII *Chronica des Chur- vnd Fürstlichen Hauses der Marggrafen zu Brand. Burggrafen zu Nürnberg, darinnen ordentlich verfasset, erstlich zwey vnterschiedliche kurze Beschreibungen von den uhralten Welfen, darnach ein ander vnd besonder Bericht von der Chur- vnd Fürsten zu Brandenburg Geschlechte, desselben anfænglichen warhafften Herkommen vnd Ausbrei-*

tung, namhafften vnd fürnehmen Geschichten, samt allerhand ferner nothwendiger Erinnerung vnd Erklerung zusammen gezogen vnd gestellet. Am Ende ist noch hinzu gesetzt eine Beschreibung der Geschichten Hugonis vnd Dieterichs, beyder Marggrafen zu Brandenburg, samt einem kurzen Bericht von der Marck vnd Stadt Brandenburg; zu erst menniglichen zu Nutz in die deutsche Sprache verdolmetschet. Wittenb. 1580. 4. pl. 15. Auctorem praeclarissimum, atque in Genealogicis praecipuum esse, eique, licet exterus sit, plus, quam domesticis plurimis deberi illustris auctor Germaniae principis p. 644 confitetur. Ceterum praetermittendum non est, quod REINECCIVS in praefatione scribit, se duobus auctoribus vsum esse, quorum labores operi suo inseruit. Vt ordine agamus, enarrabimus quatuor scripta, quae vno eodemque hoc REINECCIANO opere continentur. *Primum* hoc titulo ornatur: *die erste Beschreibung vom Vrsprung, Stamm vnd Nahmen der Welffen, anfenglich Graffen vnd Herrn zu Altorff vnd Rauesburg, folgends Herzögen zu Beyern, aus einem sehr alten Chronick-Schreiber, des Nahmens* ATRANVS GEBVLA *von Wort zu Wort genommen, vnd aus dem Latein verdeutscht durch* MICH LINDNER *Poëten vnd Chronicum.* pl. 2. Vterque auctor, & GEBVLA, & LINDNERVS obscura sunt nomina. Communicabo de vtroque, quae celeberrimus SCHOETGENIVS in Progr. quod inscripsit *Historie der Franckfurtischen Schul-Bibliothec* p. 13 profert: *Dieser Nahme* (GEBVLA) *ist den Gelehrten sehr vnbekannt, vnd ist schade, daß der* MICH. LINDNERVS, *der sich einen Poëten vnd Chronicum nennet, nicht gemeldet*, wo *er das Manuscript,*

nuscript, welches er auf Bast geschrieben zu seyn vorgibt, herbekommen, oder wo es anzutreffen sey. Man würde vielleicht aus denen Vmstænden von dem Auctore mehr schliessen können. Ich gebe aber auch den Gelehrten zu bedenken, ob es wohl glaublich, daß nach dem XIII Iahrhundert, da dieser ATRANVS GEBVLA *aufhöret, die Bücher noch auf Bast oder Baumrinden geschrieben worden; vnd ob sich nicht der* LINDNERVS, *welchen wir so wenig als den* GEBVLAM *kennen, ziemlich verdæchtig gemacht.* Hactenus Cl. SCHOETGENIVS.

Secundum scriptum hoc titulo gaudet: *die ander Beschreibung von der Welffen Stamm vnd Herkommen, gezogen aus einer alten geschriebenen Chronicken.* pagg. 3. Auctor REINECCIO cognitus non fuit. *Tertio* loco occurrit ipsius REINECCII scriptum sequenti titulo: *Bericht von dem Chur- vnd Fürstlichen Hause der Marggrafen zu Brandenburg, Burggraffen zu Nürnberg, hergerechnet vnd beschrieben aus richtigen bestendigen Grunde von dem Fürstlichen Geschlecht der uhralten Welffen, vnd foder von den Wolgeb. Grafen zu Zollern, durch Rein. Reineck.* pl. 8. *Vltimum* scriptum est SABINI supra indicata *historia Hugonis & Dieterici, item de appellatione, situ, & moribus Brandeburgi* ex latina lingua in patriam translata.

§. IV.

Eiusdem REINECCII prostant *origines illustrissimae stirpis Brandenburgicae, seu historiae expositiones geminae de nobiliss. & antiquiss. Welforum prosapia: e germanica lingua in latinam conuersae. item commentatius de Marchionum & Ell. Brandenb.*

denb. familia, certa & euidenti generis enucleatione per conditores Comites Zollerenses e Welforum progenie deducta. Accessit in fine historia de vita Hugonis & Theodorici Marcb. Brand. Ff. 1581. fol. pl. I. De REINECCIO hoc pluribus exposuit bibliothecæ historicæ Hamburgensis Centuria I. p. 162 sq. Recensetur hoc opus in IO. HÜBNERI bibliotheca genealogica p. 507. De auctore ipso plura habent STRVVIVS & BVDERVS in bibliotheca historica passim. Quod vero ad librum, quem modo nominaui, attinet: vnus is idemque est cum chronicis §. III. allegatis.

§. V.

HIER. MEGISERI *tabulæ genealogicæ* Geræ prodierunt a. 1609 fol. Auctor Sturgardiæ natus per aliquod tempus Professoris Lipsiensis munere functus, nomineque historiographi Saxonici vsus, demum historicus Archiducum Ordinumque Austriæ factus est. Hisce tabulis, quas adduxi, IO. GEORGII Saxoniæ Electoris eiusque Coniugis MAGDALENAE SIBYLLAE maiores commemorat. Conferatur HÜBNERI bibliotheca Geneal. p. 319. & 471.

§. VI.

Genealogia synoptica illustrissimæ domus Marchionum Brandenburgensium ex probatis auctoribus & monumentis publicis collecta & continuata vsque ad præsentem annum 1610 addita breui & perspicua commemoratione & rerum ab iisdem præclare gestarum. Curiæ Variscorum 1610. 4. pl. 5. THEODORVM GRAMMANNVM, Culmbacensem, Gymnasii Curiensis, Cantorem, dein Conrectorem ab a. 1606. Rectorem Heilsbronnensem, demum V. D. M. Casendorfiensem elegantissimi huius libelli, & qui non vbius occurrit, auctorem esse, ex litteris

teris

teris Amplissimi STREBELII didici. Multa singularia continet hic libellus, in cuius præfatione hæc verba lego, digna quae hic repetantur: *bono consilio ex eo loco, vbi præcipua & maxime insignia monumenta publica hac in parte veritati suffragantur, hæ pagellæ prodierunt.* Heilbronnam vero his verbis indigitari nemo facile dubitauerit. Recensuit hunc libellum HÜBNERVS l.c. p. 510. De auctore conf. HÖCKERI Heilsbr. Antiq. Schaz. p. 197.

§. VII.

CASP. SCIOPPII *Stemma & series Serenissimæ familiæ Zollerensis* allegatur a RENSCHIO im *Cedern-Hain* cap. V. & PREGIZERO *im Regenten-Spiegel* p. 28. HÜBNERVS vero l. c. p. 529 dolet se numquam vidisse. Ex verbis IAC. ZABARELLAE in præfatione libro §. XI indicando præmissa, quæ LETI in *Italia regnante* Parte III. lib. 3. p. 271 seq. repetit, (huius argumenti: *Mihi vero stilum prouocauit ad stemma tuum, Illustr. & Excell. Princeps, ingens Emin. Patruelis Tui, Cardinalis Zollerensis memoria: cui doctissimus vir, Comes* CASPAR. SCIOPPIVS *gentis vestræ originem sese scriptis mandaturum receperat: qui aliis præpeditus hoc mihi argumentum pro nostra necessitudine sæpius commendauit. Viro optimo lubens obtemperaui, ratus, hanc meam operam vobis non ingratam fore,*) ex his, inquam, verbis ad credendum fere inducor, SCIOPPIVM quidem edere hoc stemma voluisse, sed non edidisse.

§. VIII.

NIC. FRISCHLINI *Zollerische Genealogie*, BASILII HEROLDI *Bericht von dem Zollerischen Stamme*, IO. VAL. ANDREAE *schema genealogiæ Zollerensis* allegantur quidem ab HÜBNERO l. c. p. 529 addit vero ille, sibi numquam contigisse, vt hæc scripta, licet sæpius quæsita vmquam videret.

§. IX.

Idem HÜBNERVS sibi accidisse scribit cum FRIDERICI BROMBACH *de illustribus quibusdam familiis* libro. RENSCHIVS *im Cedern Hain*, eius mentionem facit p. 245 scribens, a BVCELINO eum doctissimum vocari, deque domo Zollerana optime promeritum esse. HENDREICH etiam in Pandectis Brandenburgicis p. 744 & KOENIGIVS in bibliotheca BROMBACHII meminerunt: neuter vero, quod mireris, locum impressionis adfert.

§. X.

IO. CERNITII *decem e familia Burggrauiorum Nurnbergensium Electorum Brandenburgicorum Eicones ad viuum expressæ, eorumque res gestæ, vna cum Genealogiis fide optima collectæ publicatæque.* Berolini 1628. fol. Alph. 1. pl. 15. Decem modo Icones in rubro nominantur: sunt vero duodecim. FRIDERICVM enim IV. & FRID. WILHELMVM Principem isto tempore iuuentutis, quos simul exhibet, decem reliquis addit. Recensetur hic liber ab HÜBNERO l. c. p. 511. itemque a THEODORO CRVSIO in der Vergnügung müssiger Stunden. Parte XV. p. 191. Vitam CERNITII, qui in titulo iconum Archiui Electoralis Vice registratorem se vocat, & doctissimorum virorum de eo iudicia exhibent opuscula historiam Marchicam illustrantia Fascic. V. p. 42. ANTONIVS TEISSIERIVS Ser. Pruss. Reg. quondam a consiliis, & historiographus librum hunc a. 1707 gallica lingua donatum edidit. Titulus hic est: *Les Vies des Electeurs de Brandenbourg, composées en Latin par Iean Cernitius, & mises en François.* Berlin fol. Quæ SPENERVS de hoc auctore monuit, apud MICH. HERZIVM legi possunt in bibliotheca Germaniæ n. 1709. RENSCHII vero

vero iudicium im Cedern Hain p. 257. Ceterum partis cuiusdam secundæ spem facit, qua Serenissimorum Marchionum Brandenb. in Franconia icones eadem ratione exhibere voluit: sed fidem datam non liberauit morte interceptus.

§. XI.

Prodeat nunc liber raritate commendabilis. *Merovea, siue familiarum Brandenburgicæ & Zollerensis in Germania, Columniæ Collaltæque in Italia origines a Regibus Francorum Meroveis, ipsarumque Augusta Regiaque nobilitas, vbi Romanarum, & aliarum gentium antiquitates; Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Ortus, Regentium iura & successiones, insigniumque virorum & mulierum præclara facinora aliaque orbis multa scitu digna in lucem proferuntur*, Comite IACOBO ZABARELLA, *Patauino, auctore.* Patauii 1660. fol. pagg. 124. Librum hunc in bibliotheca Senatoria Lipsiensi cerni fautor quidam honoratissimus ad me perscripsit, idemque recensionem adiunxit, quam integram hic adiungere operæ pretium duxi. Ita vero ille: *Inter scriptores Italos, qui a remotissimis & ipsa antiquitate fabulosis originibus familias illustres deduxerunt, & quorum* REINECCIVS *in quadam ad* RVPERTVM *epistola catalogum texuit, merito recensendus est Comes* IACOBVS ZABARELLA, *Patauinus. Exstant opera eius genealogica complura, in quibus omni ordine & ἀκριβείᾳ insuper habita, res, vt primum sese offerebant, congessit & centies confutatos errores nouis passim cumulauit. Ex illo genere Merovea eius est, opus tribus partibus absolutum, & FRID. WILHELMO El. Brand. MEHINAR-*

DO

DO Principi Zollerensi, atque CLAVDIO Comiti Collalti inscriptum, in quo a MEROVEO, Francorum Rege, Comites Zollerenses, Marchiones Brandenburgicos, & Comites Columnios Collaltosque repetit. Libro I. (p. 13.) a Pharamundo, *cuius Troianam originem adstruit, ad reliquos Francorum Reges, ad Chilpericum III. vsque, pergit eiusque filium, Bertholdum, vt fugeret (p. 16.) Pipini insidias, Germaniam petiisse, dicit, fixaque in Sueuia sede, castrum in alto monte, dictum:* collis altus, *germanice:* Zollern, *exstruxisse.*

Ab eius filio Gunthero, a quo etiam Comites Zeringiæ, Kiburgenses &c. *ex nonnullorum sententia genus ducunt,* Tassilo *ortus, autor familiæ Zollerensis, (p. 18.) quam Henniges, aliique (inter quos se RITTERSHVSIO multum debere confitetur) a Zabarella notati, ad Columniam gentem referunt, exstitit. Ex eius posteris Fridericus, Eitel Friderici ex Agnete Habspurgica filius, a RVDOLPHO Imperatore Burggrauiatus, & aduocatiæ imperii dignitate auctus, ex huius autem nepotibus FRIDERICVS V. ad Electoratum primus euectus est. (p. 24.)*

Marchiones porro Brandenburgici hunc ortum habuere. (p. 29.) A Brandone, Cimmeriorum principe, qui circa an. D. 140. claruit, vrbs Brandenburgica nomen accepit. Primi Marchiones e Wittekindi familia fuere, quorum propago in CONRADO III. Electore desiit. Secunda series a Marchionibus Stadensibus, ab HENRICO I. ad RODVLPHVM II. Electorem deducitur. Tertia ex Comitibus Ascaniæ, ab OTTONE Magno, qui Ao. 1123. obiit,

obiit, ad IOHANNEM V. Electorem. Quarta a LVDOVICO BAVARO ad FRIDERICVM V. Quinta ex Comitibus Lucelburgicis, ab HENRICO ad SIGISMVNDVM Imperatorem, qui Marchionatum cum Electoris dignitate FRIDERICO V. tradidit, procedit: Sexta ex Zollerensi familia a FRIDERICO V. cuius & Successorum coniugia & prolem late exponit. (a p.35.) De Ducibus etiam Borussiæ, FRIDERICO, ALB. I. filio, ALBERTO, ALBERTO FRIDERICO, ANNA, CHRISTIANO, ERDEMANNO AVGVSTO, & CHRISTIANO ERNESTO, quædam addit. (p.51.)

Libro IIdo Comites Zollerenses ab Eitel FRIDERICO, hoc est ab anno 1259. (p.54.) ad Eitel FRIDERICVM, a FERDINANDO II. inter Principes imperii allectum, ordine recenset. Plura de Comitibus Collalto affert, eorumque historiam, & cognationem cum Estensibus Marchionibus, Principibus Arimini & Maurocenis exponit. (p.61.) Ipse Comes hic se heroibus permixtum agnoscit Achiuis, ob Ignatiam Collaltam, coniugem, quam a corporis animique dotibus valde commendat. (p.79.) Hunc auitum gentis splendorem vt pluribus illustret, stemmate a FLAVIO HERACLIO, Imperatore, ducto, omnes per Europam Reges sanguine sibi iunctos declarat, nec obscure innuit, hunc suscepti operis scopum esse (in dedic. & p. 82. 20.)

His subiuncta sunt, quæ de familia Zabarella Burchardus Brudersenus, *Brunsuicensis ex* Gasp. Scioppii *commentariis excerpsit, (p.85.) Diploma Senatus Bononiensis, (p.88.) quo Zabarellæ ius ciuitatis*

uitatis tribuit, (*p.* 91.) *Genealogia Comitum Collalto in Castro Saluatoris, & Gasp. Scioppii origo gentis Zabarellæ a Corneliis Romanis.* (*p.* 119.)

Ceterum notandum est, hanc primam Merovea partem esse, in secunda Columnensium origines copiosius se aliquando explicaturum esse, promittit. (*p.* 22.)

§. XII.

IO. WOLFGANG RENTSCHEN *Brandenburgischer Ceder-Hein, worinnen des Durchl. Hauses Brandenburg Aufwachs- und Abstammung, auch Heldengeschichte und Gros-Thaten aus denen Archiven und Ur-Briefschaften, auch andern bewehrten Documenten zusammen getragen, und mit zierl. Kupfer-Bildnüssen vorgestellet.* Bareuth 1682. 8. Alph. 2. pl. 16. c. fig. Librum hunc iussu Ser. Marchionis Baruthini CHRISTIANI ERNESTI conscriptum esse docet priuilegium a laudato Marchione concessum. Patuit auctori aditus ad tabularium Plassenburgense. CASP. SAGITTARIVS in historia Marchionum p. 37 doctissimum hunc atque elegantissimum librum vocat, illustris GIOVANNI & BVRCH. GOTH. STRVVIVS dignum eum censent, qui recudatur: ipseque ego totus in eo sum, vt ad nostra vsque tempora continuatus & adnotationibus locupletatus edatur. Stabo, si Deus dederit, promissis publice datis, inprimis, quum celeberrimus BVDERVS in bibliotheca historica p. 1188 me ad id suscipiendum fuerit adhortatus. Recenset hunc librum HÜBNERVS l. c. p. 513. Vnum addo: in bibliotheca Anonymiana Noribergæ a. 1738 edita p. 262 lepidum errorem deprehendi. Ibidem enim liber RENSCHII inter alios venum exponitur, annus additur 1692, adiiciturque: *ist die erste, rare, und vncastrir-*

castrirte Edition. Duplicem errorem errauit, qui catalogum hunc edidit: prima enim, eademque vnica huius libri editio prodiit a. 1682 a nobis commemorata. Male igitur annus 1692 hic memoratur, nisi forte operarum incuria id factum esse dixeris. Deinde, si editionem vocat minus castratam, videtur RENTSCHIVM & RENSCHELIVM permiscere. Huius enim duas, alteramque harum castratam editiones prostare §. XV docebimus. Illius vero librum interpolatum esse, non memini.

§. XIII.

IO. MELCH. WILDEISEN *Fürstlich-Brandenburgischer Onolzbachischer Genealogischer Lustwald*, quodammodo equidem huc pertinere videtur: quum autem maiori iure ad sequens caput referendum eum censeam, ibi etiam plura de eo proferemus.

§. XIV.

GEORGII CHRISTOPHORI RENSCHELII *Stammbaum des Durchl. Chur- vnd Fürstl. Hauses Brandenburg, wie selbiger nach genauer vnd gründl. Erforschung in natürl. Ordnung durch so viel vnuergleichliche Helden vnd Heldinnen aufwachsend befunden worden.* Bayreuth 1666. 4. pl. 17. item Berlin 1668. 12. pl. Auctor Ser. March. Baruthino a consiliis cameræ & prouincialibus, quum opus hoc morte præuentus absoluere non posset, & vix tertia plagula impressa esset, quum e vita discederet, RENSCHIO consummandum opus reliquit, qui *im Cedern-Hein.* p. 258 id fatetur. Berolini libellus hic vno eodemque anno bis recusus est, ita tamen, vt altera editio castrata dicenda sit. Vt vero lector intelligat, quænam verba in editione castrata desiderentur, illa paucis indicabo. Nimirum, quæ in vita IO. GEORGII Electoris Brandenb. ed. Baruthinæ

p. 46.

p. 46. lin. antepenult. incipiunt: *Als auch einsmahls das Gespræch &c.* & ita finiunt: *er wolte sehen, wie er des Schadens vergessen konte*, in altera Berolinensium eademque castrata editione desunt. In Berolinensibus tamen editionibus quædam reperias, quae in Baruthina frustra quæsiueris. Nimirum pag. 119. lin. quinta a fine occurrunt, quæ CHRIST. WILHELMI Marchionis Brand. secunda & tertia vota spectant.

§. XV.

GEORGII CASP. KIRCHMAIERI *dissertatio de originibus Habspurgico-Austriaco-& Hohenzollerano-Brandenburgicis* edita est Wittebergæ 1677. & 1680. 4. pl. 5. Dissertatio in duabus editionibus eadem, respondentis vero nomen mutatum est. In priori enim editione nomen respondentis legitur GEORGII CHRISTOPHORI MELCHIORIS de IVANNA Nob. Semproniensis. In posteriori autem defendens appellatur GEORGIVS DANIEL REHLING Posoniensis Hungarus. HÜBNERVS, dum in bibliotheca genealogica p. 418. dissertationem hanc recenset, addit, se annum, quo dissertatio impressa est, in rubro non adnotasse: fortasse editione vsus est tertium impressa.

§. XVI.

IO. VLRICI PREGIZERI *deutscher Regierungs und Ehren-Spiegel, besonders von des Hauses Hohenzollern Vrsprung Würde vnd Herrlichkeit* Berl. 1703. fol. Alph. 2½ e. figg. Auctor duci Würtemberg a consiliis & iudicii aulici assessor, nec non Iuris, Historiarum & Eloquentiæ in Academia Tubingensi Professor an. 1712. mortuus hoc argumentum plare exhausit, nihilque, quod adferri poterat & debebat, prætermisit, HÜBNERO iudice l. c. p. 529.

§. XVII.

Anno 1702 prodiit Wittebergæ *periodus quadrimembris erotematum genealogicorum auctoris anonymi latinitate donata & opera* N. PRIVIGYEI *epexegesi vocum principalium geographico-historica adaucta, accessit numerus academiarum, & quidam de scriptoribus*. Witt. 12. pl. 19. Pertinent huc paginæ ab 131 vsque ad 153 vbi breuissimam Electorum ex illustrissima familia Zollerana recensionem deprehendes. Accedit pag. 152 scriptorum historiam Brandenburgicam illustrantium indiculus.

§. XVIII.

Vltimum locum occupabit scriptum, quod, si illustrem auctorem respicias, primum occupare debebat. Impressum enim est Baruthi 1707 fol. plagulis 2 constans, sequenti ornatum titulo: *Brandenburgischer Helden-Saal, oder kurze Vorstellung, vnd Lebens-Beschreibnng der Durchl. Regenten aus dem Königl. vnd Churfürstl. Hause Brandenburg.* Auctor est FRIDERICVS WILHELMVS Liuoniæ Dux, Curoniæ & Semgalliæ Princeps. Rhythmis germanicis scriptum hoc compositum est, OELVENII consilio recusum. Vide eius *curieuse Natur-Kunst-Staats-vnd Sitten Præsente* a. 1708. p. 131.

§. XIX.

IOANNEM quoque IANVM SVANINGIVM in chronologia Danica, (quæ Hafniæ a. 1650 fol. prodiit, &, vt ex catalogo bibliothecæ Menckenianæ didici, rarior est,) tabulas quasdam Electores Saxones & Brandenburgicos delineantes exhibere amicus quidam, isque doctissimus retulit: ipse vero librum hunc non vidi; licet multo studio inuestigauerim.

XX.

Ex illis, qui schemata genealogica ediderunt, huc

 refer-

refertur HIERON. HENNINGES, qui l. c. p. 306 principes Zolleranos exhibet. Idem faciunt LOHMEIERVS l. c. tabula XXII. seqq. & IO. HÜBNERVS tabula CLXXIV sequentibus operis genealogici parte prima.

CAPVT QVARTVM.

DE SCRIPTORIBVS QVI COGNATIONES SERENISSIMAE DOMVS BRANDENB. DOCVERVNT.

§. I. Dominicus Custos,
§. II. Sigism. von Birtken,
§. III. Io. Hier. Wurfbain,
§. IV. Leonh. Lud. Vogt,
§. V. Dan. Behm,
§. VI. Io. Melch, Wildeisen,
§. VII. Io. Henr. Fickenscher,
§. VIII. Chr. Kühne,
§. IX. Ant. Wilh. Schovvartus,
§. X. Io. Georgius Layrizius,
§. XI. Io. Mich. Heineccius.

§. I.

Inter illos, qui de cognationibus & adfinitatibus Serenissimæ domus Brandenburgicæ exposuerunt, primum locum occupat DOMINICI CVSTODIS *Stemmatographia prosapiarum Wirtembergicæ & Brandenburgicæ* Aug. Vindel. 1609. 4. pl. 2. CVSTODEM hunc sculptorem Augustanum fuisse, docet KREYSIG in der historischen Bibliothec von Ober-Sachsen p. 155. Conferantur de hoc auctore MOSERI Miscellanea Parte I. p. 124 cui tamen Wurtembergica CVSTODIS minus placent.

§. II.

SIGISMVNDVS VON BIRCKEN, Comes Palat. Cæsareus, Vir multis scriptis clarus edidit librum, qui inscribitur *Hochfürstlicher Brandenburgischer Ulysses, oder Verlauf der Lænder Reise, welche*

der

der Durchl. Fürst vnd Herr Hr. CHRISTIAN ERNST M. z. Br. durch Teutschland, Franckreich, Italien, vnd die Niederlande, auch nach den Spanischen Frontieren hochlöblichst verrichtet, aus denen mit Fleiß gehaltenen Reise Diariis zusammen getragen. Bayreuth 1669. 4. Alph. 1. pl. 9. it. 1676. 4. & 12. Alph. 1. pl. 12. Editio postrema aliquantum auctior est, & adiunctam habet orationem, quam *CHRISTIANVS ERNESTVS* Princeps Iuuentutis isto tempore Argentorati litteris operam nauans de regendi Principatus arte recitauit, latino & germanico idiomate. Huic itinerario quum VITVS ERBERMANNVS labem adspergere vellet, respondit LVDOVICVS LIEBHARDVS scripto sequenti: *des Hochfürstlichen Brand. Vlysses Vertheidigung wider P.* ATHANASII KIRCHERI *Epistel vnd P.* VEIT ERBERMANNS *schændliche Beschmizung in seinem Buche Tropæa Romana genannt.* Bayr. 1672. 4. pl. 3. Sed nolo plura de hoc itinerario Principis nunc dicere. Id addo: caput primum illius ad rem nostram inprimis facere. Illud enim sub titulo: *Ruhm-Gerüchte des Chur- vnd Fürstl. Hauses Brandenburg*, originem, incrementa, maiores, heröes, itemque adfinitates & cognationes cum domo Austriaca, Imp. Romano, Regibus, Electoribus, & Principibus multis verbis commemorat.

§. III.

IO. HIER. WVRFBAIN I. V. D. & Aduocatus Baruthinus edidit, *fünffache Stamm-Verwandnisß Anweisung zwischen dem Durchl. Fürsten vnd Herrn CHRISTIAN ERNST M. zu Br. u. Frau SOPHIEN LOVYSEN aus dem Hause Würtemberg.* Bayr. 1671. fol. pl. 4. Eidem WVRFBAINIO debemus *deductionem genealogicam, qua asseritur, Sereniss. Princ. CHRISTIANVM Marchionem cum coniuge Sereniss. MARIA a* XXIV *imperiali-*

 bus

bus parentibus, præter ex regiis aliisque familiis ortos maiores lineam ſuam ducere. Adhæret iſta deductio epiſtolæ ad CHRISTIANVM Marchionem, obitum filii ERDMANNI AVGVSTI dolentem datæ, ſuo loco recenſendæ.

§. IV.

Huc quoque omnino pertinet LEONH. LVD. VOIGT (Dresdenſis) *oratio de domo Saxonica & Brandenburg. earumque nexu & perpetui amoris tam in publicum, quam priuatum experto teſtimonio, nec non domus Wurtembergicæ ſuauisſima affinitate, quæ cum vtraque domo Saxon. & Brandenb. ſæpius ſatisque feliciter eſt contracta* Baruthi 1673. 4. pl. 4. Auctor huius orationis præmisſis quibusdam de domus Saxonicæ & Brandenburgicæ antiquitate, & heroum, quorum virtutes recenſet, multitudine & potentia, tranſit ad mutuum amorem atque affinitatem, cuius tres clasſes conſtituit. Prima harum continet matrimonia contracta inter has domos, ſequeſtrata Burggrauiorum primigenia familia. Secunda ſiſtit matrimonia Burggrauiatus cum Ducatu Saxonico & Marchionatu Miſnico ante acceptam dignitatem Electoralem. Tertia producit connubia e lineis vtriusque domus Electoralis in hunc vsque diem durantibus celebrata ex parte (a) Saxonica (b) Brandenburgica: qua occaſione mutuæ fidei ſpecimina, inprimis vnio (die Erb-Vereinigung) & confraternitas, (die Erb-Verbrüderung) recenſentur. Succedit (c) affinitas cum domo Wurtembergica a parte (A) Saxonicæ domus cum Wurtembergica (B) domus Wurtembergicæ cum Brandenburgica, (C) Brandenburgicæ cum Wurtembergica.

§. V.

Huc etiam referri meretur DANIEL BEHM *le grand*

grand ornement de la Naissance du grand FREDERIC GVILLAVME c'est a dire la Deduction Genealogique, laquelle par Extrait montre, que S. A. Electorale de Brandenbourg par ligne directe & descente feminine descend de CHARLES le grand, Königsberg 1679. f. pl. 7.

§. VI.

IO. MELCH. WILDEISEN *Hochfürstl. Brandenburg. Onolzbach. Genealogischer Lustwald, oder Hochf. Onolzb. Geschlecht-Register bis auf den Durchl. Fürsten vnd Hrn. IO. FRIDERICHS M. zu Br. ælteſten Hrn. Sohn vnd Prinzen, Hrn. CHRISTIAN ALBRECHT M. zu Brand. vornemlich gefübret: worinnen sowohl desselben 1024 Ahnen vnd Vhr-Ahnen bis ins X Glied, als deren Geschlechts-Vrsprung, vnd bis auf solche geschehene Abstammung, samt höchstgedachten Prinzens Verwandschafft mit allen hohen Hæusern in Europa begriffen vnd enthalten.* Onolzb. 1680. fol. Alph. 3. Inprimis vero in hunc censum nostrum venit pars secunda operis WELDEISENIANI, vbi CXXI tabulis docetur, quod Ser. domui Brandenburgicæ cum Imperatoribus, Regibusque & Electoribus, ac Principibus Europæ adfinitates intercedant. Magni sane multique, immo immensi laboris hoc opus est: ipse tamen auctor in præfatione partis secundæ fatetur, facile in tam numerosa maiorum serie incerti quid obrepere potuisse. Laudat hunc librum HÜBNERVS l. c. p. 512, qui vero nonnullis curiosus magis, quam vtilis visus est.

§. VII.

Eodem anno prodiit IO. HENRICI FICKENSCHER *oratio panegyrica de Sereniss. domus Brand. cognatione cum plerisque in Europa Regibus.* Bar. 1680. 4. pl. 4. Eamdem orationem e latina linguà in germani-

manicam translatam esse accepi. Auctor Ser. Marchionis Baruthini filios isto tempore, quo orationem edidit, litteras elegantiores docuit, Philosophiæ simul Professor, & Alumnorum Ephorus, post Sacri Tribunalis Præses, & Gymnasii Christian Ernestini Director non adeo multis abhinc annis mortuus est.

§. VIII.

Hoc ipso anno, quem dixi, sequens scriptum confectum est: CHRIST. KÜHNEN (Fürstl. Sæchs. Merseburg. Rentey-Secretarii) *Stamm-Verwandschafft des Durchl. Fürsten und Hrn. Hrn. FRIDERICH WILHELM M. zu Br. des H. R. R. Erzk und Churf. mit den meist itzo lebenden vornehmsten Potentaten Kayser, Königen, Chur- und Fürsten, ingleichen Kayserinnen, Chur- und Fürstinnen ausgeführet.* 1680. MSC.

§. IX.

Referenda huc omnino etiam est ANTONII WILH. SCHOWARTI *oratio de consanguinitate & affinitate domus Brandenb. & familiæ Brunsuicens. ac Luneburg.* Ff. 1684. fol. pl. 13. Eidem huic auctori debemus *obseruationes historico-genealogicas.* Francofurti 1690. 8. ex quibus caput IX de familia Brandenb. a p. 218. ad p. 256 huc pertinet.

§. X.

Nec prætermittere possum IO. GEORGII LAYRIZII *historisch genealogischen Palmwald, worinnen die itzo in Deutschland Ruhm-blühende Kayser-Churfürstliche, Erz- und Herzog- auch Fürstliche Stamm-Bæume nach ihren Stamm-Wurzeln grundrichtig untersucht, mit dero Gebietschafften ausführlich beschrieben, und in ihren Stamm-Gliedern bis auf unsere Zeiten, fürstellig gemacht werden, nach Anleitung bewæhrter Urkunden, und*

vnd beglaubter, so alt- als neuer Stamm- vnd Geschichts-Beschreibere, neben dazu gehörigen Landcharten entworffen. Nürnb. 1686. fol. Alph. 8. pl. 10. c. figg. De hoc auctore, (qui quum Diaconum Baruthinum & historiarum sacræ ac ciuilis Professorem in Collegio Christian-Ernestino egisset, ibidem a. 1716 mortuus est,) ita iudicat HÜBNERVS in bibliotheca genealogica p. 361. *Er hat nicht nur die vornehmsten Personen aus einer ieden Familie ziemlich vmstændlich beschrieben, sondern auch viel Chor- vnd Topographische Dinge bey den Lændern vnd Stædten angemerket.*

§. XI.

Ex recentiori æuo huc pertinet IO. MICH. HEINECCII *diatribe Genealogica & historica de domus Augustæ Borussico-Brandenburgicæ ex stirpe Carolina originibus.* Quedlinb. 1707. fol. pl. 8. Recensetur illa in WILH. ERN. TENZELII *curieusen Bibliothec.* a. 1706. p. 895.

CAPVT QVINTVM.

DE SCRIPTORIBVS SCHEMATVM GENEALOGICORVM.

§. I. II. Scriptores schematum geneal. generales,
§. III. quibus adnumeratur Zeellius, & speciales.
§. IV. Rauscherus,
§. V. Zimmethusius,
§. VI. Otto Boetticherus,
§. VII. Plausus cygni Cliuensis,
§. VIII. Frid. Madevveis.
§. IX. Ludolffi tabula.
§. X. XI. Genealogia Marchionum Onolsbacensium.
§. XII. Rothii res Stadenses.

§. I.

Qui huc pertinent, scriptores commode dispescuntur in generales, & speciales. Ad istos, qui generatim schemata genealogica exhibuerunt, refe-

referimus HIERON. HENNINGES, ELIAM REVSNERVM, RVDOLPHVM DIEPHOLDVM, NICOLAVM RITTERSHVSIVM, GEORGIVM LOHMEIERVM, & HüBNERVM, ex quorum ſcriptis genealogicis, quae ad rem noſtram faciunt, ſupra capite ſecundo ſignificauimus.

§. II.

Quumque GABRIEL BVCELINVS in Germania Topo-Chrono-Stemmato-graphica ſacra & profana quaedam etiam attulerit Sereniſſimam domum Brandenburgicam ſpectantia, Partis III. p. 55 ſeq. conferri hic merentur. Ex Notitia autem Procerum imperii IMHOFII, quam curis ſecundis egregie locupletauit celeberrimus KOELERVS, conſulendum eſt caput VIII. libri II.

§. III.

HEILRICVS quoque ZEELLIVS, Coloniae Agrippinae natus illuſtr. Principi ALBERTO Seniori March. Brand. Duci Pruſſiae a bibliothecis, edidit genealogiam inſignium Europae Impp. Regum, Principumque a Gothis deducta Regiom. 1563. 8. Ex hoc libello huc pertinet tabula XVII. FRIDERICI Burggr. Norib. proſapiam continens, XX. IOANNEM Alchymiſtam, XXI. FRIDERICVM II. El. Brand. XXII. FRIDERICVM Pinguem, XXIII FRIDERICVM, ALB. Achillis filium, XXIV. Duces Lignicenſes ab hoc Electore, XXV. Duces Monſterburgenſes ab VRSVLA ALBERTI ACHILLIS filia deſcendentes, ſiſtens, nec non binae tabulae, quibus progenitores ALBERTI Senioris Ducis Pruſſiae & Coniugis ANNAE MARIAE continentur.

§. IV.

Ad ſcriptores ſingulares progredimur, inter quos primum locum occupat IO. MARTINI RAVSCHERI *ſtemma* MARIAE ELEONORAE *Suecorum Auguſtae* 1633. 4. pl.

4. pl. $13\frac{1}{2}$: In titulo aquila, æri incisa, conspicitur, quam XXVI. regionum insignia circumdant. Dedicationem, qua auctor Professor Acad. Tubing. Ordin. & F. Philosoph. t. Decanus, libellum AXELIO OXENSTIERNIO inscripsit, verbosa sequitur præfatio, qua XIX folia complentur, & cuius finis hic est: - - - *Ita ad familiam tandem Burggrauiorum Noribergensium deuolutum est amplissimi Marchionatus imperium, quo adhuc feliciter potiuntur. De quorum vera origine hanc seriem, multis, vt fert opinio, hactenus ignoratam, publico communicamus.*

Præfationem excipit STEMMA BRANDENBVRGICVM, cuius initium est: *Thassilo Dynasta a Zollern, Pipini Francorum Regis, Aulicus: cuius meminit vetustus codex monasterii Murratensis in Wirtembergia, ab ipso Pipino, circa annum Christi 750, primum fundati: cuius postea confirmationem impetrauit Burcardus Episcopus Herbipolensis a CAROLO M. Pipini filio, cui, in Saxones mouenti, Thassilo præclaram bellicæ virtutis operam nauauit anno Domini 780. Tres illi filii assignantur.*

ERLIBALDVS, - - -

Eleganter satis libellus ceteroquin typis est exscriptus. Libellus hic rarissimus, & HÜBNERO (qui hac de re in bibl. Geneal. dolet p. 529) non visus, in bibliotheca Augusta, quæ Guelferbyti est, conspicitur.

§. V.

WILHELMI ZIMMETHVSII *stirps Marchico-Brandenburgica e Burggrauiis Noribergensibus a. 1632 auctoris studio recognita correcta & aucta a. 1637.* Norimb. apud Paulum Fürst. fol. pl. 2. Au-

ctor, (quem Gymnasii Heilsbronnensis collegam, & cantorem fuisse RENSCHIVS *im Cedern-Hain* p. 257 docet, vulgo *Zimmetbæuser*, autem *Zimmetsbeuser* ab MICH. HERZIO in bibl. Germanica n. 1711. & a STÜBNERO *im Alt-berühmten Closter Heilsbronn* p. 54. vocatus,) non male se commendauit hac tabula, ita expressa, vt parieti commode affigi queat (*in dem Format eines Wand-Calenders.*) Modo dictus STVBNERVS de eo scribit: *Zimetsbæuser, der wegen des Brandenburgischen Stammbaums sehr beliebt vnd berühmt ist, war erstlich alumnus im Closter, nachmals Collega vnd Musicæ Director, lezlich Richter vnd Kornschreiber.*

§. VI.

OTTONIS BOETTICHERI *Genealogia Electorum ac Marchionum Brandenburgensium ex Burggrauiis Noribergensibus a Thassilone Boiariæ Regulo deducta* prodiit Regiomonti 1640 in forma, quam vocant, patente.

§. VII.

Plausus cygni Cliuensis in aduentu aquilæ Brandenburgicæ, seu syncharma genealogicum panegyricum, concernens familiam Potentissimorum Electorum Brand. editum a Conuentu Pomærii B. M. V. S. Ord. S. Crucis Embricæ 1646. fol.

§. VIII.

FRID. MADEWEIS *stirps Brandenburgica Electoralis Principalis chronologice delineata* Coloniæ Brandenb. 1678. fol. pl. 2. edita fere coincidit cum PAVLI LÜTKEMANNI *tabula Electorum Brandenburgensium, sistente nomen, parentes, patriam, tempora regni, mortis, ætatis, symbolum, mortem, sepulturam* (Colbergæ) fol. pl. ½.

§. IX.

Sequitur *Tabelle von der Succession der aus dem Hause*

Hauſe der Burggraven zu Nürnberg entſproſſenen Churfürſten zu Brandenburg und von denenſelben herſtammenden Königen *in Preuſsen mit einer Abtheilung nach ihren Nahmen, Geburth, Heyrath, und Gemahlinnen, Abſterben, Begræbniſs, Regierung, und Kindern. Die Bildnüſſe ſind aus den vorgeſetzten abgeſtochenen XIII Original-Thalern zu ſehen.* Berol. fol. pl. 1. formæ maioris. Auctor LEV. LVDOV. LVDOLFF, aliquot abhinc annis pie defunctus, Electores Sereniſſ. Brand. vsque ad Diuum FRIDERICVM WILHELMVM hac tabula exhibuit, & ſic non male meritus eſt. Icones autem ære non adeo pulcre expreſſas eſſe cenſet KOELERVS Parte II. *der MüntzBeluſtigung.* p. 420.

§. X.

Authentiſche und mit Documentis beſtættigte Genealogie der Herren Marggrafen zu Brandenburg in Francken von Hrn. Churfürſt FRIDERICO I. bis auf Sr. anitzo regierende Hochfürſtl. Durchl. Hrn. CARL WILHELM FRIDRICH *zu Ansbach* inſerta eſt celeberrimi CAROLI FERDIN. IVNGII miſcellaneorum Tomo I. a p. 294. ad p. 361. Egregio hoc ſpecimine Genealogico omnes hiſtoriæ Brandenburgicæ cultores ſibi deuinxit auctor ampliſſimus, tabulario Anſpacenſi egregie adiutus. Vtinam & reliquarum familiarum Brandenburgicarum Genealogiæ eodem ſtudio, iisdemq. documentis munitæ prodirent.

§. XI.

Genealogia di Sua Altezza Ser. CARLO GUGLIELMO FEDERICO Marggravio di Brandenburgo Anſpaca &c. epilogata e miſa èn rime Italiane Göttingæ prodiit 1736. 8. mai. pl. 7.

§. XII.

§. XII.

Pæne omiſeram GEORGIJ ROTH *res Stadenſes, ſiue antiquam Stadæ faciem, ab vltima illius memoria ad* HARTWICVM *vsque & paullo vltra ad a. 1189 nimirum res primæ periodi continentis antiquitatem Stadæ, comitum item Stadenſium vitas & res geſtas, atq. Diplomata quædam ad eas illuſtrandas pertinentia.* Hamb. 1714. 4. pl. 7. Orationem hanc prodromum maioris operis fuiſſe ipſe titulus indicat, vbi auctor declarat, ſe hoc argumento viam ſibi ad annales conficiendos, ac hiſtoriam ſcribendam munire voluiſſe. Hoc vero conſilium exſequi auctor ob fata interuenientia non potuit.

CAPVT SEXTVM.

DE SCRIPTORIBVS GENEALOGICIS INEDITIS.

§. I. Inſtituti ratio.
§. II. Otto Botticherus,
§. III. Io. Brungerus,
§. IV. Oſvv. Gabelkovver,
§. V. Baſilius Herold, Andr. Linck,
§. VI. Io. Moninger,
§. VII. Frid. Oeffelein.
§ VIII. Mich. Oeſterlein.
§. IX. Mich. Rabenius,
§. X. Wagnerus, ſ. Hamaxurgus.
§. XI. Anonymi nonnulli.

§. I.

Qui hoc capite enumerandi ſunt, ſcriptores ordine alphabetico commemorabuntur: quibus anonymos adiungemus.

§. II.

Primus eſt OTTO BOETTICHERVS, Archiater Brandenburgicus, de cuius vita quum ſpecimine Marchiæ litteratæ primo vberius expoſuerimus, nunc non erimus prolixiores. Ediderat vir doctiſſimus genealogicam tabulam, cuius ſuperiori cap. V. §. VI. mentio-

mentionem fecimus: eam continuare, & ad recentiora tempora deducere ſtatuerat. Verum mortalitate interceptus ſtare promiſſis non potuit. Etiam CHRISTOPHORVS HENDREICH vir ſæpe nobis laudatus ſpem fecit, ſe confectum a BOETICHERO opus typis excudendum curaturum eſſe: at enimuero & is intra conatus ſubſtitit. BOETICHERI hoc MSCtum opus in tabulario Regio Berolinenſi adſeruatur.

§. III.

IO. BRVNGERI *tabulæ genealogicæ, welchermaſſen Churfürſt FRIDRICH WILHELM von Brandenb. von wegen des læblichen Hauſes Jülich, Cleve vnd Berg von Kayſerl. Kænigl. Fürſtl. Hæuſern ſeinen Urſprung vnd Ankunfft hat.*

§. IV.

OSWALDI GABELCOWERI *collectanea manuſcripta* a MOSERO in miſcellaneis allegantur.

§. V.

BASILII HEROLDI membrana MS. in tabulario Plaiſſenburgenſi adſeruatur. ANDREAS LINCK, qui eodem, quo MONINGERVS æuo vixit, Genealogiam Brandenburgicam conſcripſit.

§. VI.

IO. MONINGERI *Genealogia Marggrauiorum Brandenburgenſium & Burggrauiorum Nurenbergenſium per WENCESLAVM GVRCKFELDERVM & GEORGIVM KECK aucta, & diplomatibus atque ſigillis calamo eleganter depictis illuſtrata.* Hoc titulo liber, in quo recenſendo nunc occupamur, in catalogo bibliothecæ Vffenbachianæ eiusque Parte III. p. 405. intimatur. Genuinus vero titulus hic eſt: *Genealogia des hochberühmten Chur- und Fürſt-*

Fürstlichen Hauses der Marggrafen zu Brandenb. und Burggr. zu Nürnberg des ubralten Græflichen Zollerischen Stammes, aus glaubwürdigen Documentis, erstlichen durch Hrn. Doct. IO. MONINGERN, Medicum zu Culmbach mit Fleiß beschrieben, hernach aber durch M. WENCESL. GVRCKFELDERVM des Fürstl. Brandenb. Consistorii zu Onolzbach Secretarium, aus bewæhrten Historicis und andern gewissen Monumentis mit Marginal-Additionibus etwas weiter augiret; und endlich nach ihrer beeder Todt mit fernern nothwendigen Erinnerungen durch GEORG KECKEN, Richtern in Heilsbronn, Hrn. Gurckfelders Schwagern vermehret 1613. Exemplum, quo ego vtor, incipit: *Von Ankunfft der izigen Marggraffen zu Brandenburg.* Desinit in recensione GEORGII FRIDERICI Marchionis Brand. nuptiarum a. 1579. celebratarum. Cui additur index scriptorum impressorum pariter & ineditorum, quos MONINGERVS in conficiendo opere suo adhibuit. Opus hoc a MONINGERO inceptum (quem RENSCHIVS *in Cedern-Hein* p. 255 tabulario Plassenburgensi, cui præfectus erat, vsum esse docet,) a viris historiæ Brandenburgicæ studiosissimis perpolitum est. ALBANVM etiam MARIVM, seu, quod verum viri nomen est, IO. FRID. HALBMAIERVM vltimam quasi manum addidisse, idem RENSCHIVS docet l. c. Prinnum addidisse, idem RENSCHIVS docet l. c. Principem hunc auctorem vocat RENSCHIVS, quique omnes omnium historicorum Brandenburgicorum labores vicit: mirum igitur non est, opus MONINGERI multis in deliciis esse. FRID. TAVBMANNVS, qui GVRCKFELDERO præceptore vsus est, magnopere laudat has genealogias, in quibus gentis Brandenburgicæ seriem, vt a paruis initiis, sic peruetustis, inter

ter admirandas & multiformes cum fortunæ, tum virtutis ſemitas, ad hoc faſtigium, quo toti nunc terrarum orbi conſpicua eſt, reuocauit, in oratione, quam memoriæ GEORGII FRIDERICI March. Brand. & ducis Boruſſiæ ſacram eſſe voluit. Has TAVBMANNI laudes repetit HENELIVS in Sileſiographia p. 588. Conferatur etiam de hoc viro IO. LVDOVICVS HOCKERVS *in Heilsbrunniſchen Antiquitæten Schatz* p. 194. vbi carmen TAVBMANNI præceptoris honoribus dicatum repetitur.

§. VII.

FRIDERICVS OEFELEIN, rebus feudalibus in aula Oettingenſi præfecti *Wahrgegründete hiſtoriſche Beſchreibung, Deduction, vnd Bericht von der Durchl. Fürſten vnd Herren, der Herrn Marggrafen zu Brand. des H. R. R. Churfürſten, uhralten Urſprung, Herkommen, Wapen, Churfürſtl. Herzogl. Marg- vnd Burggrafftbümern, Graf- vnd. Herrſchafften, chriſtl. Religion, Eifer, Stifftungen, loeblichen Thaten, Aemtern, Reiſen, Freundſchafften, Vnglück vnd zugeſtandenen Wiederwærtigkeiten* adſeruatur in tabulario Anſpacenſi.

§. VIII.

MICH. OESTERLEIN Paſt. Sulzenſis collectanea *Genealogica de familia Zollerenſi*, CAROLO PFISTERO. *Comiti zollerenſi a ſecretis a. 1610. transmiſſa. Inſerta ſunt VI. documenta.* vid. Part. III. bibl. Vffenbachianæ. p. 401.

§. IX.

MICH. RABENII *Genealogia oder Geſchlecht-Regiſter der Durchl. Churfürſten vnd Marggr. zu Brandenbusg, wenn vnd woher dieſelbe entſpringen vnd ihre Ankunfft genommen; vvieviel derſelben ſo*

vvohl

vvohl vveiblichen als mænnlichen Geschlechts bis auf vnsere Zeit gevvesen vnd was denckwürdiges bey den vornehmsten derselben vorgelauffen, kurz vnd summarischer Weise zusammen gebracht, vnd in vnterschiedl. Classes oder Hauptstellen füglich abgetheilet 1639.

§. X.

Stamm und Ankunfft der hochlöbl. Herrschafften, vnd iztregierenden Marggraven zu Brandenburg, samt deren Gemahlen, wer die von Geschlecht gewesen, auch wie viel Kinder sie mit denen erzeugt, denn wie sie ihre Stædt vnd Flecken, so sie vnter vnd ober dem Gebürge besizen, zu sich erkaufft haben, zuuor durch SEBAST. WAGNER, Apten des Closters zu Hailsbrun lateinisch beschrieben, vnd in ein Compendium gezogen. Liber hic alias allegatur sub hoc titulo: SEBAST. HAMAXVRGI *epitome Marchionum Brandenburgensium* 1540. Eius meminit KOENIGIVS *in biblioth. vet. & noua* p. 377. BRVSCHIVS *in chronologia Monasteriorum Germaniæ* p. 56 eum Abenbergæ natum refert, addens: vir hic in latinis litteris præclare doctus eligebatur anno Domini 1540, præfuit 3 annis, & a. 1543 viduam quamdam, coqui sui relictam vxorem ducens, mox solenni pompa peractis nuptiis e gubernationis fastigio deiectus est. Onolzbachium itaque secedens post aliquot annorum reuolutiones ibi mortuus, & in æde S. Crucis terræ mandatus est. Scripsit *epitomen stirpis Marchionum Brandenburgensium ad* ALBERTVM *Marchionem* CASIMIRI *filium.* Plura de hoc SEBASTIANO WAGNERO seu HAMAXVRGO narrat IO. LVDOV. HOCKERVS *im Heilsbronn. Antiq. Schatz* p. 110, f. idemq. addit Ge-

Genealogias modo memorantas reperiri non potuisse.

§. XI.

Quod ad scriptores anonymos attinet, quorum scripta genealogica nondum edita sunt, innotuerunt mihi, qui sequuntur: (1) *Vrsprung der Churfürsten von Brandenburg Zoller: Linie*, (2) *de origine hodiernorum Marchionum Brandenb.* (3) *Genealogiæ Brandenburgicæ fragmentum lingua Germanica conscriptum* v. Partem III catalogi bibl. Vffenbachianæ p. 401. (4) *Genealogia der Churfürsten vnd Marggrafen zu Brandenburg von Churfürst ALBERTO Germanico Achille, bis uf den itzigen Churfürsten zu Brandenburg Hrn. GEORG WILHELM vnd die beyde regierende Herren Gebrüdere des Marggrafthums Nürnberg vnter vnd oberhalb Gebürges, Hrn. CHRISTIAN vnd Hrn. Marggr. IOCHIM ERNST zu Brandenb. aus vnterschiedl. Chroniken vnd Schrifften zusammen getragen.* vid. Biblioth. Vffenbach. Part. III. p. 401 s. (5) *Kurzer Bericht vom Zollerischen Stammen von THASSILO dem ersten Haupt-Stammen bis auf den eilften Ringe, dauon in EYTELFRIEDRICH vnd MARTHA von Habspurg beyden Ehgemahlen die Zollerisch- vnd Marggraff-Brandenburgische Linie sich theilen.* vid. catal. bibl. Vffenbach. Part. III. p. 429. Fortasse etiam quædam huc pertinentia deprehenduntur *in dem Extract aus dem Kirchen Buch zu Cadolsburg vnd verschiedenen Autoribus von den Burggrafen zu Nürnberg.* ibid. p. 436 & *Beschreibung vnd Extracten verschiedener Burggræflichen Documenten nebst Anzeige, wo dieselbe zu finden.* ibid.

ibid. ead. pag. Claudat hoc caput IAC. FRISCHLINI *Extract aus einigen alten Zollerischen Chronicken.* ibid. p. 429.

CAPVT SEPTIMVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE MARCHICAE COMPENDIARIIS.

§. I.

Non exiguus eorum est numerus, qui historiam Brandenburgicam, & inprimis quidem Marchicam in compendio exhibent. Hos inter primo loco ponimus *Chronographum Brandenburgensem, seu chronici Brandenb. fragmentum*, a IOACH. IO. MADERO in antiquitatibus

tatibus Brunſuicenſibus allegatum p.270 ſ. & in LEIBNITII Scriptoribus rerum Brunſuicenſium Tomo II. p. 18 recuſum.

§. II.

BERNHARDI HOLTORPII Hagenſis, *liber elegiarum de illuſtri & heroica familia, rebus geſtis ac honoribus Marchionum Brandenburgenſium* prodiit Francofurti 1554. 4. pl. 6. Ibidem anno 1562. totidem plagulis editus eſt IO. SCHOSSERI *Marchiados liber primus*, cuius recenſionem alio loco inſtituimus. Vide ſupra p. 2.

§. III.

De REINERI REINECCII chronico quum ſupra libro IV. Sect. I. cap. III. §. III. dictum fuerit, nihil nunc addo. IOACHIMI WERCKMEISTERI Ruppinatis, *Marchiones Brand. Imperii Electores carmine elegiaco deſcripti* prodierunt Ff. 1574 8. Recuſum eſt hoc hoc opuſculum Berolini, & opuſculorum hiſtoriam Marchicam illuſtrantium faſciculo XX. inſertum.

§. IV.

Huc etiam pertinet ANDREAE ENGEL (ANGELI) *breuiarium ſeu compendium rerum Marchicarum*, d.i. *kurze vnd doch warhafftige Beſchreibung der vornehmſten Geſchichten vnd Hiſtorien, ſo ſich vor vnd nach Chriſti Geburt als über 200 Iahren im Chur- vnd Fürſtenthum der Marck Brandenburg von Iahr zu Iahr bis auf gegenwertiges 1593 Iahr begeben vnd zugetragen haben. Am Ende iſt hinzu geſetzt ein kurzer Bericht vom Marggrafftbumb Brandenburg*. Wittenb. 1593. 4. it. Leipz. 1616. 4. Alph. 1. pl. 2. De altera huius libri editione, quæ rarior eſt, & in bibliotheca Mariana Halenſi cernitur, id repetendum cenſeo, quod ipſe auctor in præfatione monuit. Quam, quum breuior ſit, addo

 ipſis

ipsis ANGELI verbis vsurus: *daß ich dies Rerum Marchicarum Breuiarium, welches ich zu der Zeit, da ich noch an Schulen gedienet, aus vielen glaubwürdigen Scribenten zusammen gelesen, vnd im 1593 Iahr publicirt, anderweit durchsehen, vnd vmdrücken lassen, darzu hat mich dieß erstlich bewogen, daß in der ersten Edition viel Historien, so sich zu vnserer Zeit begeben, vnd dennoch gedenckwürdig sind, auch sonst etliche gantze vnd halbe Wörter, so in drücken versehen, vnd ausgelassen worden. So bin ich auch durch andere (wie ich solches in der Vorrede begeret) zum theil schrifftlich, zum theil mündlich von vielen Dingen eines bessern berichtet, über das hab ich selber in der Recognition so viel befunden, daß etliche Wort, so in meinen Concepten nicht zu finden, mit hinein kommen, vnd sonderlich am 163ten Bladt, da des D. Coelestini gedacht wird.* (Ita vero dicto loco scripserat ANGELVS: *den 13 Tag des Christ-Monaths ist zum Berlin gestorben* D. GEORGIVS CELESTINVS, *Dohm-Probst zu Cöln an der Spree, ein sehr Ehr- vnd Geldsüchtiger Mann.*) *Vnd weil ich kein allwissender GOtt, sondern einer aus denen bin, die in Sünden empfangen vnd gebohren vverden, vnd derhalben leichtlich irren kan, (errat enim etiam sapiente sapientior) hab ich die Errata, so in der Recognition von mir nicht bald gemercket vvorden, samt den Erratis Typographicis am Ende dieser andern Edition mit hinan hengen lassen, Mir, dem Drucker, vnd dem Leser zum besten. Bitte demnach auffs freundlichste vnd fleissigste, wem dieß Büchlein, daraus so viel albere vnd*

geringe

geringe Dinge mit vnterlauffen, vorkommt, dasselbe vorlieb auff- vnd annehmen, vnd mit mir so lange content seyn, biß das grosse Opus heraus kommt, oder wolle ihm nach seinem eigenen Kopff ein sonderlichers bessers schreiben, vvelches ihm von mir vvol sol vnd muß gegönnet vverden. Ipsum vero consilium in edendo hoc breuiario exponit ANGELVS in prooemio p. I. nimirum præter WOLFG. IVSTVM, CHRIST. ENZELIVM & LEVTINGERVM neminem fuisse, qui Marchiæ & Marchicorum res explicaret. Se igitur pium hunc in referendis patriæ factis laborem suscepisse, & *tres tomos* congessisse, exque his breuiarium hoc quasi promulsidis loco edidisse, vt, si qua obelo vel emendatione opus haberent, moneri, & instans annalium editio magis accurata prodire posset. Addita est huic breuiario epitome, seu *kurzer Bericht* SABINVM auctorem habens ex translatione REIN. REINECCII. De quo quidem labore alio loco dictum a nobis est. De auctore ipso SCHLICHTIVS horarum subcesiuarum Parte I. p. 103 conferatur, nec non opuscula historiam Marchicam illustrantia Part. I. p. 19 s. & *Altes vnd Neues Berlin.* Parte I. p. 307. De annalibus ANGELI alio loco exponemus.

§. V.

IOACH. CIMDARSII *aulæum Principum & Electorum Brandenburgicorum* Regiomonti prodiit 1594. 4. Auctoris vitam breuiter delineat Prussia illustrata Tomo IV. p. 723. Inter scripta SAMVELIS FVCHSII academica eiusdem CIMDARSII orationem quamdam de rebus Borussiæ reperias.

§. VI.

MARTINI PRAETORII *Marchiados libri II. siue Illustrissimi Principes S. R. I. Electores & Marchiones*

chiones Brandenburgenses sigillatim ac seiuncti, fere omnes, quotquot lucem hanc aspexerunt, carmine heroico comprehensi. Argentor. 1594. 4. pl. 17. Auctor, Suidnicensis Silesius, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, Ecclesiæ ad D. Nicolai Magdeb. Canonicus, (cuius varia carmina Tomo V. deliciarum poëtarum Germanorum p. 442 inserta sunt) IO. GEORGII Marchionis Brandenb. & Administratoris Argentoratensis studia moderatus est. Libellus hic raro occurrit. Monendus vero est lector, non confundi debere hunc MARTINVM cum PAVLO PRAETORIO, cuius LEVTINGERVS perhonorificam facit mentionem.

§. VII.

LAVRENTII PECKENSTEINII *enarratio historica Marchionum Brandenburgensium, & Burggrauiorum Norimbergensium. Des Chur- vnd Fürstlichen Hauses der Marggraffen zu Brandenburg, vnd Burggraffen zu Nürnberg, von dem Fürstlichen Geschlecht der uhralten Welffen, vnd förder von den vvolgebornen Graffen zu Zollern hergestammet, Ankunfft, Herkommen, derer aller vnd jeders nambaffte vnd fürnehmste Thaten zu Krieges- vnd Friedens-Zeiten kurze vnd ordentliche Beschreibung mit sondern Vleiß colligirt.* Ienæ 1597. fol. pl. 5 ½. Adhæret hic libellus PECKENSTEINII Prosapiæ Wittekindeæ familiæ. De auctore habet quædam Celeberrimus SCHOETTGENIVS in der diplomatischen Nachlese. Parte I. p. 128. Nec pigebit contulisse, quæ litteratissimus GROSCHVPFIVS de eo adfert in præfatione nitida librorum rariorum collectioni, quæ Halæ in officina Rengeriana a. 1709 prodiit, præmissa. Conferatur quoque die Potsdamische Quint-Essentz n. 85.

§. VIII.

§. VIII.

AVGVSTINI BRVNNII *Trias Electoralis politica, h. e. historica enarratio vitæ & rerum gestarum memorabilium trium illustrissimorum Electorum, qui ab OTTONIS III. ætate in Palatinatu, Saxonia, & Marchia Brandenburgica amplissimam hanc dignitatem tenuerunt.* Francof. ad Moenum 1600. 8. Alph. 1. pl. 19. Auctor Annæmontanus V. D. M. Isingensis haud procul Tubinga in præfatione huius triados de condendis annalibus polychroniis exponit, & theologos in historia scribenda occupatos ab insultibus eorum defendit, qui secus sentiunt. Aliud quoddam eiusdem auctoris opus, quod libelli synoptici nomine innotuit, recenset GIOVANNI in syllabo scriptorum Germaniæ Principi præmisso. p. 29.

§. IX.

Brandenburg, Historische Beschreybung aller Marggraffen, Churfürsten zu Brandenburg, dero Geschlecht, Succession, Gemahlin, Kinder, vnd Absterben: auch vvas sich vnder ihr Regierung, in dero Landen Gedæchtnus vvürdig zugetragen, vom ersten Herren Churfürsten HVGONE an bis auf Hrn. IOHANN. SIGISMVNDEN, anno 1619. 4. pl. 5 ½. En integrum libri titulum, cuius auctorem scio cum ignarissimis. Dedicatoriæ epistolæ auctor est IO. CAROLVS VNCKELIVS, Bibliopola Francofurtanus ad Moenum. Inscripsit libellum Diuo Electori IO. SIGISMVNDO, & meminit, se cuiusdam historiarum cultoris ope rhythmis germanicis hoc opusculum confecisse. Ceterum notamus, adnexum hunc libellum esse illi, qui inscribitur: *Pfaltz, Sachsen, Brandeburg, Histori-*

ſche Beſchreybung dero dreyen hochlöblichen, weltlichen Churfürſten, Pfaltz, Sachſen, vnd Brandenburg Ankunfft, Geſchlechten, Succeſſion, Gemahlin, Kindern, Geſchichten, Thaten, Leben, vnd endl. Abſterben: auch vvas ſich vnder iedes Regierung, in deren Landen, inſonderheit Gedechtnis vvirdig, von erſter Stifftung OTTONIS bis auf gegenvvertige Zeit zugetragen. Ff. 1619. 4. pl. 14½. Liber hic non adeo magni quidem momenti, rarus tamen eſt.

§. X.

HENRICI SEBALDI breuiarium hiſtoricum, de quo alio loco egimus, nunc non attingimus. THEODORVS EBERTVS Prof. Francofurtanus Electores Brandenburgicos tempore GEORGII GVILIELMI recenſuit Ff. 4. pl. 3. Inſignibus Electorum Brandenburgicorum, quæ p. 2. æri inciſa exhibentur, ſubiunctum eſt epigramma C. T. (i. e. CALEBI TRYGOPHORI) Sequitur carmen GEORG. SABINI de ortu & progreſſu Marchiæ. Accedit tabula VII. Ell. Brand. familias ſiſtens. Denique ipſi Electores facto ab HVGONE initio ita recenſentur, vt ſingulos duo diſticha complectantur. Vltimus eſt ſub n. 39. GEORGIVS GVILIELMVS, cuius laudibus bina diſticha conſecrauit, *exegeſin*, quam vocat, addens, titulos Electoris complectentem. Finem faciunt *euchariſtica de 7 familiis Ell. Brand.* Additur votum pro electoris auctoritate & proſperitate.

§. XI.

CHRISTIANI SCHVLZII Zanov. Pomerani P. L. C. *diſſertationes II. de illuſtribus Marchionibus Brandenburgicis.* Witteb. 1660. 4. pl. 3½. Vtraque vno eodemque die habita eſt reſpondente IO. GEORGIO a BELOW Equite Pomerano. Prior diſſertatio inſerta eſt collectionis opuſculorum hiſtoriam

am Marchicam illustrantium Parti XX. posterior proximae parti inseretur. IO. MEIBACHII historia Brandenb. Argentor. 1660 & ABRAHAMI MÜLLERI Pastoris Hertzbergensis chronicon Marchiae Ienae 1662 prodiisse fertur: neutrum vero horum librorum vmquam videre mihi licuit.

§. XII.

RENSCHELIVM & RENTSCIVM, quorum *Stam̃baum & Cedern Hein* alio loco adduximus, itemque CHRISTOPHORVM HENDREICH, cuius *Entwurf* huc spectare videbatur, nunc mittimus, quum alibi de hoc libro exposuerimus. Id modo addimus, libellum hunc fere vnici historiae Brandenburgicae compendii nomine fuisse commendatum. IO. FRID. DANZERI *compendium historiae Marchicae* numquam vidi. RENTSCHIVS eius l. c. p. 253. facit mentionem, additque, auctorem Seren. Marchioni Onoldino a secretis fuisse.

§. XIII.

Edidit TOBIAS PFANNERVS vir multis scriptis clarus a. 1678. librum *de praecipuis Germaniae principum gentibus earumque ortu, diuisione in familias, siue lineas, titulis denique, titulornmque iuribus* Ienae 1678. 12. pl. 15. Caput huius libri quartum *de gente Brandenburgica* huc pertinet: ibi quippe ordinem, quem in rubro indicauerat, sequutus familiarum successiones, familiaeque illustrissimae diuisionem tradit, & tituli Brandenb. explicationem addit, a p. 135. ad p. 184. vsque.

§. XIV.

Eodem anno prodiit liber sub titulo: *Sonderbahre Kirchen-Staat- vnd Welt-Sachen von der Durchl. Princessin vnd Frauen* ERDMVTH SOPHIEN *geb. Churf. Princ. zu Sachsen verm. Marckgraefin zu Brand. verfasset, vnd vormals vnter dem Titel*

 Hand-

Handlung von der Welt-Alter herausgegeben Nürnb. 1678. 12. Alph. 1. pl. 17. Princeps femina, Marchionis Brand. CHRISTIANI ERNESTI coniux, vel huius libri caussa doctis feminis adnumeratur a DAN. GVIL. OMEIS in diss. de eruditis Germaniae mulieribus Altd. a. 1688. edita pag. 9. & CHR. IVNCKERO in centuria doctarum feminarum. Quum saepius recusus esset hic libellus, qui primum nomine auctoris non addito prodierat, & huic purpurae laciniam adsuissent nonnulli editores: Ser. Marchio quem dixi iubebat, VT LAYRIZIVS (de quo alio loco egimus) secundis curis perpoliret. Praestitit hoc LAYRIZIVS, & praeter varia, quae in historiae sacrae & ciuilis compendio occurrere solent, Saxonicam inprimis & Brandenburgicam historiam tradidit. Quumque Brandenburgica inprimis in censum nostrum veniat, ea attingemus, quae in libello, quem nominauimus, ad rem nostram faciunt. Pertinent igitur huc, quae p. 351. ad p. 385. commemorantur, vbi de origine, incrementis domus Zolleranae, & diuisione familiarum agitur, addita pro ratione scopi rerum memoria dignissimarum commemoratione synoptica. Subiungitur tabula genealogica. Conf. de hoc libro GIOVANNI Germ. Princ. p. 46. OMEISIVS l. c. de hoc libro breuiter, sed neruose scribit: liber hic sicut inter eruditos notus satis, ita etiam eruditus satis est.

§. XV.

ANASTASII PROBI *clauis historico-politica ad contemplationem amplissimi* sub FRIDERICO WILHELMO M. Electoratus Brandenburgici prodiit Brandenburgi 1682. 12. pl. 8. Auctor, qui ficto hoc nomine vti voluit, est IOACHIMVS FROMMIVS Brandeburgensis, V. D. M. in patria, antea scholae patriae Rector, vir historiae Brandenburgicae admodum studio-

ſtudioſus, aliisque ſcriptis ſuo loco commemorandis clarus. Libellus hic *indolem Electoratus Brandenb. contemplaturis fundationem, fortunam, administrationem, & obſtacula repraeſentat.* Primo capite de Electoratu non generatim modo, ſed ſpeciatim quoque de Brandenb. & praeſente ſtatu ac haereditaria ſtemmatis Zollerani in Electoratu continuatione diſſerit. Capite *ſecundo* agitur de appellatione Brandenburgi, iugo Vandalorum, & gubernatione Marchionum ex ſtirpe Wittekindea, Anhaltina, Bauarica, Bohemica, & Zollerana, resque Principum memoria digniſſimae breuiter & ſtrictim commemorantur. Caput *tertium* de amplitudine regionum, quibus Electores Brandenburgici praeſunt, de moribus incolarum, ordinibus, officialibus, legibus, iudiciis, & adminiculis adminiſtrationem adiuuantibus exponit. *Quartum* recenſet Epiſcoporum & Nobilium quondam potentiam, & Turci, atque Galli nec non Polonorum, Suecorum ac Neoburgici Ducis propter Boruſſiam, Pomeraniam, & Cliuiam molimina. BVRC. GOTHELF STRVVIVS in bibliotheca hiſtorica librum hunc recenſens addiderat, eum leuem eſſe: at CASP. GOTTSHLINGIVS in rebus praeceptorum Neo-Brandenburgenſium p. 65. non adeo exigui momenti hunc librum eſſe docuit.

§. XVI.

CASP. SAGITTARII *hiſtoria Marchionum ac Electorum Brandenburgenſium ab origine Marchiae ad praeſentem vsque ſtatum repetita reſpondente* SAMVLE VLRICI *Solquella-Palaeo Marcb.* Ien. 1684. pl. 14. Auctorem hunc nominaſſe idem eſt, ac laudaſſe. Domeſticos enim ſcriptores, & ſi quid eſt, quod ad hiſtoriam, quam moliebatur, illuſtrandam facere poterat, conſuluit. Conf. de hoc libro bibliothecae hiſtoricae Hamburgenſis centuriam V. p. 245.

§. XVII.

§. XVII.

GREGORIO LETI *Ritratti historici, politici, chronologici, & genealogici della Casa Serenissima & Electorale di Brandenburgo.* Amst. 1687. 4. Alph. VI. Conf. de auctore Bibliothecam Hamburgensem eiusque centuriam VI. p. 132 & 140. Librum vero hunc quod spectat, recensetur ille in CHRIST. THOMASII *Gespræchen* Tomo II. p. 315. seqq. Prima huius operis pars septem libris absoluitur, quorum *primus* præter res quasdam Germaniam generatim tangentes familias Serenissimorum Electorum & Marchionum Brand. vsque ad Diuum GEORGIVM WILHELMVM enarrat. Liber *secundus* regiones sceptro Brandenburgico subiectas, vrbes Marchiæ celebriores, aulam, administrationis modum, academias, ciues, & Electoris, itemque regionum Electori subiectarum insignia recenset. *Tertius* versatur in prædicanda Diuorum FRID. WILHELMI M. & FRIDERICI Regis munificentia, qua Gallos exsules receperunt. *Quarto* libro dignitas Electoralis, inprimis prærogatiuæ, quibus Ser. Elector Brandenb. fruitur, recensentur. *Quintus* commemorat res Electorum Brandenb. præclare gestas. *Sextus* liber enarrat status administros, quibus istis temporibus Elector vtebatur, additque nomina legatorum in aula Brandenburgica conspicuorum. *Septimo* libro Hassiaca tractantur, &, qua ratione Landgrauius Hasso-Cassellanus Berolini, quaque pompa exceptus sit, differitur. Alteram huius operis partem *octo* libri absoluunt, quorum sex priores Electoris Diui FRID. WILHELM historiam speciatim recensent, natiuitatem nimirum, regimen, coniugium, facta heroica bello & pace gesta, quibus nomina *Augusti & Herois* promeruit. *Septimus* liber coniuges Electoris, & filios ex illis susceptos filiasque recenset. *Octauus* denique Genealogiam

am atque delineationem aularum Brunſuicenſium & Megapolitanæ adiungit. Operis huius nitide & forma maiore impreſſi, prior pars IO GEORGIO III. Electori Saxoniæ, poſterior FRIDERICO WILHELMO M. Elect. Brand. nuncupata eſt. Laudem omnino meretur operis huius auctor, quod hac ratione quamdam regionum Brandenburgicarum notitiam Italis alias non adeo cognitam communicauit, primariorum etiam, qui tum in aula Brandenburgica erant, ſtatus adminiſtrorum BLVMENTHALII, CANIZII, DERFLINGERI, KNESEBECKII, DANCKELMANNIORVM characteres delineauit: erroribus tamen & næuis non caret. Ita e. g. obſeruarunt nonnulli Parte I. p. 6. male eum ſcribere, quod Marchia Alſatiam attingat, *confina con l'Alſatia*; Luſatiam enim ſcribere debebat. Meſo Marchiam vocat mediocrem, la *Marca Mediocre*, quum tamen ideo media appelletur, quod reliquæ Marchiæ eam cingunt. p. 68. Inter præcipuas vrbis Francofurtatæ ad Viadrum immunitates refert, quod Romanenſibus exercitio religionis frui ibidem non liceat: ibidem Coloniam ad Spream, quam tamen Berolino proximam ipſe dixerat, appellat *di gran Fortezza ſopra la Spree*. p. 69. Regiomontum Boruſſiæ vrbem primariam, ita deſcribit, vt illam ſitam eſſe ſcribat *all' imboccatura del fiume Inſter, che ſi getta nel Golfo detto Fridsbaff*. Rectius egiſſet, ſi hanc metropolin ad Pregelam ſitam eſſe ſcripſiſſet. Boruſſiæ Brandenburgicæ etiam adnumerat Braunsbergam, quam tamen Epiſcopo Ermlandiæ ſubiectam eſſe conſtat. p. 76. regimen Principatus Mindenſis Petershagæ eſſe refert, quum tamen in vrbe Mindana ſit. p. 97. principatus Halberſtadenſis regimen Gruningæ eſſe dicit, quod tamen ſecus ſe habere conſtat. Pag. 332. ſcribit, Berolinum duobus fluuiis cingi, *ſi trova bagnata nelle ſue*

ſue mura da due Fiumi, quum tamen præter Sueuum nullus adſit fluuius. Verum facile eſt, exteris maxime, eiusmodi errores geographicos admittere. Ceterum monendum eſt, Parti I. ſub finem adiunctam eſſe ſermone italico laudationem Diui Electoris FRID. WILHELMI a IAC. ABADIE lingua gallica editam. Eiusdem *Abregé de l'hiſtoire de la Maiſon de Brandenbourg* prodiit ibid. eod. 8. Alph. I. pl. 3. Compendium operis maioris hic exhiberi ipſe titulus indicat.

§. XVIII.

IO. GERLACI WILHELMI hiſtoriæ vniuerſali, quæ a. 1686. Berolini 8. prodiit, addita eſt appendix, vt vocatur *de rebus Brandenburgicis*, paginas 62. continens. Breues ſunt quædam lineæ, quas auctor duxit, & diſcipulis fidei ſuæ commiſſis ad ſtilum exercendum dedit.

§. XIX.

IOANNIS PETRI LVDEWIG Curieuſer Geſchichts-Calender, darinnen die vornehmſten Thaten und Geſchichte der Churfürſten zu Brandenburg von a. 1598. bis gegenwärtige Zeit zuſammen getragen worden. Leipzig. 1691. 8. pl. 8.

§. XX.

LVDOVICI PETRI GIOVANNI *Germania Princeps* Halæ 1701. 8. Editio auctior ibid. 1711. 8. Inprimis huc pertinet liber II. *notitiam prouinciarum Regis Boruſſiæ* continens: ibi enim hiſtoria & genealogia gentis regiæ Poruſſiæ, tituli regionum regis, prætenſiones & iura controuerſa gentis Poruſſiæ, eminentia gentis Brandenburgicæ, priuilegia & varii generis prærogatiuæ; deſcriptio politica regionum regis Poruſſiæ, & ſcriptores domeſtici prouinciarum regis Poruſſiæ exhibentur. Nouam

uam illuſtris auctor editionem præſtantiſſimi huius libri ſperare nos iusſit, quam ſpem vtinam impleat!

§. XXI.

In officina Rengeriana prodiit *Staat von Preuſſen* cuius binas editiones proſtare p. 26. huius bibliothecæ monitum fuit. Iis vero, qui hiſtoriam Brandenburgicam in compendio exhibuerunt, librum hunc accenſere eo minus dubito, quo certius de conſilio auctoris (GVDII nimirum) patebit, præfationem inſpicienti.

§. XXII.

ANT. TEISSIER *Abregé de l'hiſtoire des Electeurs de Brandenbourg par demandes & reponſes.* Berlin. 1705. 13. pl. 5. Eodem anno prodiit la *Suite de l'hiſtoire des Electeurs & Marggraues de Brandebourg contenant les dernieurs heures de FREDERIC GVILLAVME le Grand Electeur de Brandebourg.* ib. e. pl. 1. Vitam huius TEISSIERII enarrat *der Bücherſaal.* Parte LIX. p. 827. Idem hic TEISSIER auctor eſſe dicitur libri, qui Lugduni Bat. in vſum Diui Regis FRIDERICI WILHELMI, tunc temporis Principis iuuentutis editus eſt ſub titulo *le grand Theatre hiſtorique &c.* fol. 5 Voll. c. figg. Immo vero rectius dixerim, translationis auctorem TEISSIERIVM eſſe, quippe librum maxime commendabilem & compendiorum hiſtoricorum facile principem ANDREAE LAZARI ab IMHOF *Bilderſaal* (vel, vt editio Baſileenſis, quæ autem figuris æneis caret, vocare maluit *Hiſtorienſaal*) lingua gallica donauit.

§. XXIII.

Kurze *Denck-Reime von den merckwürdigſten Thaten der Churfürſten zu Brandenburg vnd des Allerdurchl.* Königs *in Preuſſen aus dem Hauſe Hohenzollern*, Fürſtenwalde 1707. 8. pl. 2. Libel-

Libellus hic in gratiam ſtudioſæ iuuentutis, & iuuandæ inprimis memoriæ cauſſa a Rectore Fürſtenwaldenſium GEORGIO ROTH conſcriptus eſt.

§. XXIV.

CASP. ABEL *Preuſſiſche vnd Brandenburgiſche Reichs-vnd Staats-Hiſtorie*, *worinnen nicht nur dieſes* Kæniglichen *Chur-Hauſes hohe Abkunfft von einer ganz neuen Stamm-Wurzel hergeleitet, vnd die beglückte Fortpflanzung bis auf vnſere Zeiten durch alle ſeine Haupt- und Neben-Aeſte, ſamt allen deſſen vornehmſten Groſſ-thaten, aufs gründlichſte vorgeſtellet, ſondern auch von den vorigen Beherſchern ſeiner* weit *ausgebreiteten Lænder und ſtaaten zulængliche Nachricht ertheilet wird.* Leipzig vnd Gardelegen 1701. 8. Editio altera auctiorib. 1735. 8. Alph. 2. pl. 15. DAVID BRAVNIVS in catalogo ſcriptorum Poloniæ & Pruſſiæ 340. ita de hoc libro iudicat: *liber hic pro bono indice potiſſimarum rerum, ad Pruſſiam & alias prouincias Brandenburgicas pertinentium, inque aliis fuſius & ſpecialius pertractatarum ſeruire poteſt. Pro memoria ſubleuanda hoc compendium ſuccurrit, quod, ſi in nonnullis fallat, ex aliis facile ſuppletur.* Confer etiam de hoc auctore Acta Erud. Lipſienſium Tom. X. Supplem. Sect. IV. p. 154. & Bibliothecæ nouæ Halenſis in officina Rengeriana proſtantis partem XLVII. p. 567. ſq.

§. XXV.

In celeberrimi viri IO. DAN. GRVBERI compendio iuris publici (quo ſeries rerum per Europam geſtarum inde a Maximiliano I. ad noſtra tempora continetur, quodque ſine mentione anni & loci quo impreſſum eſt, prodiit 8. pl. 7.) caput IV. partis I. Sect.

I. & II.

I. & II. de Marchionibus & Electoribus Brandenburgicis, Porussiæque olim Ducibus, nunc Regibus huc pertinet.

§. XXVI.

ZACHARIAE GARCAEI *successiones familiarum & res gestæ illustrissimorum Præsidum Marchiæ Brandenburgensis ab a. 927 ad annum 1582 tribus libris distincte & breuiter expositæ, nunc vero ad nostra tempora perductæ.* 4. Alph. 2. pl. 4. Adhæret GARCAEVS editioni NIC. LEVTINGERI a KRAVSIO adornatæ suo loco recensendæ. GARCAEVS Prizualcensis, scholae patriae rector a. 1571 designabatur: quo vero munere se a. 1575 abdicabat, vt solutiori animo esset, litterisque, quarum studiosissimus erat, operam dare vnice posset, immo & iter institueret. Vix autem elapso anno Brandenburgensis schola, quam Saldriam vocant, regenda ei committebatur: annoque interposito Syndici, & breui post Scabini honoribus ornabatur. Quas a procuratione reipublicæ reliquas habebat, horas historiæ patriæ consecrabat: inque his successiones has elaborauit, quas a. 1729 in publicam lucem protraxit bibliopola. Liber *primus* de appellatione, origine, dignitate, situ, moribus, & incolis Marchiæ Brandenburgensis agit. *Secundus* chronologicam annotationem succesfionis, familiarum & rerum gestarum in Marchia Brand. continet: *tertius* denique, quæ de Brandeburgo metropoli Marchiæ congesserat GEORGIVS SABINVS, repetit.

§. XXVII.

Die Römische, teutsche, Preussische, Magdeburgische und Brandenburgische Historie in 2 Chronologischen Tabellen von der Geburth Christi bis auf unsere Zeiten zum Gebrauch des Pædagogii beym Closter V. L. Frauen. Magdeburg fol. pl. 2. Quid sibi

ſibi velit libellus hic, titulus ipſe ſatis docet. IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI *Entwurff der Brandenburgiſchen Hiſtorie.* Frf. 1720. 4. pl. 5½. Primum libellus hic tecto nomine, nullaque loci, vbi impreſſus eſt, mentione addita, prodiit: poſt vero aliquot annos, nimirum a. 1734 in forma, quam octipertitam vocant, Francofurti recuſus, nomenque auctoris præfixum eſt. Sunt poſitiones, quas auctor prælectionibus in vſum ſtudioſæ iuuentutis habitis explicauit, plagulas quinque continentes.

§. XXVIII.

GEORGII PHILIPPI DICKMANN *Entwurff einer Anleitung zur Hiſtorie des Königl. Preuſſ. Staats in der Chur-Marck Brandenburg.* Cüſtrin 1730. 4. pl.3. Mera ſunt lemmata, quæ auctor indicauit, in poſterum fortaſſe dilucidius atque vberius declaranda.

§. XXIX.

FRIDERICI MVZELII *Florus Marchicus* Berolini 1734. 8. pl. 1. it. in fol. Compendiolum hiſtoriæ Brandenburgicæ in gratiam auditorum conſcriptum Cl. Auctor hic exhibet.

§. XXX.

BERNH. GLOXIN *l'accroiſſement de la tres illuſtre, tres puiſſante, & tres grande Maiſon de Brandenbourg ſous ceux, qui ont porté le glorieux & reſpectable nom de Frederic.* Stargard 1735. 8. pl. 10.

§. XXXI.

IO. IVST VON EINEM *merckwürdige Iahrgeſchichte der Marck Brandenburg, welche vom Iahr 315 vor Chriſti Geburth bis auf gegenwærtiges mit guten Nutzen aus glaubwürdigen Documenten vnd bewæhrten alten vnd neuen Auctoribus nebſt einer Einleitung in die hiſtoriſche Scribenten vnd Vorbereitung zu den Geſchichten derſelben,* wie

wie auch einer Vorrede vom wahren Vrſprung des Brandenburgiſchen Hauſes, vnd deſſen heutigen Beſchaffenheit. Magdeb. 1735. 8. pl. 13. Libellus mole exiguus mille næuis ſcatet. Confer ſtricturas, diario Berolinenſi, quod ſuperiori anno prodiit, *Potsdammiſche Quint-Eſſentz* inſcriptum, inſertas numero 68. 69. vbi errores in prioribus tribus plagulis commiſſi adnotantur. Facile eſſet plures eiusmodi indicare. Sed manum de tabula.

§. XXXII.

Königl. Preuſſ. vnd Chur-Brandenburgiſcher Geſchichts-Calender, worin die Lebens-vnd Regierungs Geſchichte der XII Churf. aus dem Hohenzolleriſchen Hauſe von FRIDRICH I. bis auf FRIDRICH den I. König in Preuſſen kürtzlich vnd zuuerlæſſig enthalten, ingleichen nach Alphabetiſcher Ordnung, was wæhrend derſelben Regierung von 1412 bis 1713 zwiſchen den Brandenburgiſchen vnd andern Hæuſern, auch wegen der Provintzien vnd einigen Stædten ſich merckwürdiges zugetragen, nebſt obgedachter Churfürſten Bildniſſen in Kupferſtich. Berlin 1742. 12. pl. 9. Ipſe titulus docet, quam laudabile ſit Cl. Auctoris conſilium: qui, vt fidem de continuando vtiliſſimo labore datam liberet, rogatur.

§. XXXIII.

Quum IO. HÜBNERI quæſtiones hiſtoricæ notiſſimæ ſint, noluimus eas plane præterire. Parte inprimis ſexta hiſtoriam Brandenburgicam tractat, quæ quidem tractatio licet non ita comparata ſit, vt emendari non poſſit: non male tamen de ſtudioſa iuuentute promeruit vir de ſcholis meritiſſimus, illisque merito adnumerandus, qui ſupra vulgus ſapere & ex WEISII (quo præceptore quondam vſus fuit) præceptis pubem etiam ſcholaſticam hiſtorias docere inceperunt.

§. XXXIV.

HILMAR CVRAS a. 1727. edidit *Einleitung zur Vniuersal-Historie*, qui quidem libellus, quum multis placuerit, plus simplici vice prelo subiectus est. Inprimis huc spectat appendix II. sistens *einen kurzen Vnterricht, u. historischen Auszug der fürnehmsten Begebenheiten vnd Geschichten derer von den Burggrafen zu Nürnberg entsprossenen Markgrafen vnd Churfürsten zu Brandenburg, vnd von denselben herstammenden Königen in Preussen.* Adiungitur *kurzer genealogischer Auszug vnd Succession derer von den Burggr. zu Nürnberg entsprossenen Churf. zu Brand. vnd Könige in Preussen.*

CAPVT OCTAVVM.

DE ANNALIBVS MARCHIAE ET BRANDENBVRGICIS.

§. I. *Ratio, quare hoc capite annalium scriptores recenseantur.*
§. II. *Angelus.*
§. III. IV. *Leutingerus, de eius scriptis atque editionibus. Consilium Plarrii, item sententiae eruditorum de hoc auctore.*
§. V. VI. *Duae eius eodem tempore editiones.*

§. I.

Produco nunc annalium scriptores, quos compendiariis historiae Brandenburgicae scriptoribus addere nolebam, quod grandiores essent. Neque vero animus est, omnes hoc capite enarrare, qui vel annales ediderunt, vel annalium titulum scriptis suis praefixerunt. Hos enim loco congruo nominabo. Praesens igitur caput desti-

destinatum est duumuiris de historia Marchica & Brandenburgica bene prolixeque meritis, quorum scripta, quum annalium nomine innotuerint, sigillatim enarrabuntur. ANGELVM intelligo, & LEVTINGERVM. De singulis seorsim.

§. II.

ANDREAS ANGELVS edidit *annales Marchiæ Brandenburgicæ*, d. i. *ordentliche Verzeichnüss, vnd Beschreibung der fürnehmsten vnd denckwürdigsten Mærkischen Jahrgeschichten vnd Historien, so sich von 416. Iahre vor Christi Geburth, bis aufs 1596. Iahr im Churfürstenthum Brandenburg, vnd dazu gehörenden Landen vnd Herrschafften von Iahr zu Iahr begeben vnd zugetragen haben, aus vielen glaubwürdigen Scribenten vnd Büchern, auch aus bewæhrten Urkunden vnd viel alten Monumentis zusammen getragen. Am Ende ist hinzu gesetzt ein Bedenken der Theologen zu Frankfurt an der Oder von den Besessenen zu Spandau*, it. *ein Supplementum oder Vermehrung vnd Vollstreckung der Mærkischen Geschichten von 1596. bis 1598. Frf. an der Oder* 1598. fol. Alph. 3. pl. 15. De hoc auctore multi multa sentiunt, & pro lectoris captu habet sua fata. Immiscet interdum, quæ fabulam sapiunt, delineationes quibus opus non erat, meteororum, prodigiorumque cumulatim affert, aliaque habet, quæ multis minus placent: inde tamen non sequitur, eum plane rudem, rerumqne ignarissimum fuisse. Diiudicandus etiam est ex conditione æui, quo vixit: immo multi in historia Marchica delirarent, nisi lyra ANGELI vterentur. De breuiariario & Marchia ANGELI alio loco differimus. Confer de hoc auctore SCHLICHTIVM l. c. & opusculorum nostrorum hist. Marchicam illustrantium Partem I. Iudicium IO. CHR. BECMANNI de ANGELO repetit max.

max. reu. MARTINVS DIETERICVS in der Berlinischen Closter-vnd Schul Historie p. 278. n. 3.

§. III.

ANGELVM æquat, immo vero superat NICOLAVS LEVTINGERVS, cuius scripta historiam Brandenburgicam quam maxime illustrant. Primum locum occupant *commentarii de Marchia Brand. eiusque statu, Burggrauiis Norimbergensibus, S. Rom. Imp. Principibus Electoribus, & Archi-Camerariis, Marckionibus Brandenburgicis.* Incipiunt isti ab anno 1501. & progrediuntur ad annum vsque 1594. adeoque ferme integri sæculi historiam complectuntur. Perraros illos quondam fuisse vel inde constat, quod teste illustri IO. PETRO a LVDEWIG in Germania Principe p. 643. vix in Principum bibliothecis integri reperti sunt. Imo præfationis catalogo bibliothecæ Plarrianæ præmissæ auctor existimat, lapidem philosophorum facilius feliciusque in Chymicorum ergastulis inueniri, ac LEVTINGERVM in historicorum sacrariis, LEVTINGERVM nimirum partibus suis absolutum omnibus, quae & quot nempe ad eruditorum venerunt oculos & manus. IACOBVS denique PAVLVS GVNDLINGIVS præfationis vitæ DISTELMEIERI præmissæ p. vltima nonnisi quatuor exempla plena atque integra sibi innotuisse refert.

§. IV.

Quum itaque ipsa raritas tantum LEVTINGERO pretium conciliaret, & HENDREICHIVS, & PLARRIVS de eo edendo consilia agitabant. Illius sententiam aperit opusculorum historiam Marchicam illustrantium fasciculus VI. p. 1. seqq. Huius vero consilium constat ex conspectu anno 1707 publicato, quem dissertationi nostræ de vita, fatis, scriptis, & morte NIC. LEVTINGERI §. XXVIII. inseruimus.

mus. Quum vero neuter horum fidem datam liberare potuerit mortalitate interceptus, ipſe ego de recudendis LEVTINGERI commentariis ſerio cogitare coepi.

§. V.

Nouis igitur litterariis, quæ Lipſiæ prodeunt, anno 1728 meum illud conſilium aperiebam. Quumque conquiſita vndique ſcripta LEVTINGERI ad manus eſſent, manum negotio huic admoui. Prodiit igitur a. 1729 hæc editio, præmiſſo titulo: NIC. LEVTINGERI *opera omnia, quotquot reperiri potuerunt.* GEORGIVS GOTHOFR. KÜSTERVS *recenſuit, epitomen ſingulis libris, & lemmata, vbi deerant, addidit, indicemque adiecit.* Ff. ſumtu Knochiano. 4. Alph. 10. pl. 4. Tomus I. *commentariorum libros XXII* complectitur. Secundo autem (1) *reliqui a XXIII ad XXX vsque* continentur, (2) *topographia Marchiæ*, (3) *dedicationes & præfationes ſingulis tomis præmiſſæ*, (4) *diegeſis de vita & obitu* NIC. LEVTINGERI *patris* (5) *oratio de vita & obitu* ANNAE (6) *oratio in nuptiis* AVGVSTI *Saxonis cum* HEDWIGE *Anhaltina.* (7) *gratulatio pro auſpicio ſummorum honorum illuſtriſſ.* IOACH. FRIDERICI (8) *carminum libri quinque* (9) *diſſertatio de vita, fatis, ſcriptis, & morte* NIC. LEVTINGERI (10) *notitia ſcriptorum, qui Marchiæ Brandenb. hiſtoriam illuſtrarunt, ordine alphabetico conſignata.*

§. VI.

Eodem anno altera operum LEVTINGERI editio prodiit ſub tit. *Scriptorum de rebus Marchiæ Brandenb. maxime celebrium* NIC. LEVTINGERI *de Marchia & rebus Brandenburgicis commentarii, nec non* ZACH. GARCAEI *ſucceſſiones familiarum*

atque res gestæ illustrissimorum præsidum Marchiæ Brandenb. ab anno 927. ad annum 1682. hactenus ineditæ, iam vero ad nostra vsque tempora continuatæ in vnum volumen collectio cum præfatione IO. GOTTL KRAVSII Frf. & Lipf. 4. LEVTINGERVS IX. Alphabeta XIV. plagulas, GARCAEVS II. Alph. & totidem plagulas conficit.

§. VII.

In postrema hac editione (cui qui impensas fecit, GARCAEVM addidit ex rationibus domesticis, atque vt priori meæ editioni emtores deessent) deest oratio LEVTINGERI in nuptiis AVGVSTI Saxonis cum HEDWIGE Anhaltina: quod quidem vtramque editionem conferenti patebit. Neque id hoc loco commemorarem, siquidem ab instituto bibliothecam pandentis alienum esse existimarem. In præfatione quidem KRAVSIVS, dum elogium LEVTINGERI MENCKENIO auctore additum nominat, addit, celeberrimum hunc virum precibus bibliopolæ obseruationes quasdam inter legendum natas concedere voluisse: at enimuero epistola b MENCKENII, quam in manibus habeo, alia quæuis docet. Plura de vtraque editione addere poteram hactenus anecdota, meæque editionis plagulas vix prelo liberatas ei, qui sequentis editionis curam gerebat, traditas esse, atque typographum fraudulenter egisse: nolo autem longior esse in enarrandis illis, ne modestiæ limites transiliisse, & odium, quod veritas parit, conciliare mihi videar. Præfationem editioni meæ præmissam inspicienti alia quædam occurrent huc pertinentia.

CAPVT NONVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE BRANDENBVRGICAE INEDITIS.

§. I. *Inter ineditos hactenus scriptores ad historiam Brand. pertinentes referuntur*
§. II. *Mich. Meurerus,*
§. III. *Paulus Creusingius,*
§. IV. *Petr. Hafitius,*
§. V. *Elias Loeckelius,*
§. VI. *Io. Bapt. de Rocoles.*
§. VII. *Melch. Mich. Mahlerus,*
§. VIII. *Christ. Mullerus.*
§. IX. *Chronicon, cuius editionem Leibnitius aliquando promisit.*
§ X. *Gotth. Merckeri compendium.*

§. I.

NEc desunt scriptores historiam Brandenburgicam, Marchicamque inprimis illustrantes, hactenus nondum editi. Commemorabo illos, quos nosse mihi contigit.

§. II.

Primus est MICHAEL MEVRER *von Eschenbach, aus der obern Churfürstlichen Pfalz, Bürger zu Osterroda*, cuius liber in bibliotheca Guelferbytana ostenditur. Titulus hic est: *Chronica, darin der Marggrauen des hochlöblichen Churfürstlichen Hauses Brandenburgk Fürstl. Herkommen von FRIDERICO dem andern Grafen von Zollern vnd Ersten Burggraffen zu Nürnberg, bis auf iezo GOtt lob! noch regierende Marggraffen &c. sampt derselben ezlich hochrümblichen Fürstl. Thaten kurz im Reymweyß angezeyget wird.* Inscripsit librum Marchioni Ser. GEORGIO FRIDRICO his verbis: *Dem Durchl. hochgebohrnen Fürsten vnd Herrn, Herrn GEORGEN FRIDERICHEN Marggraffen zn Brandenburg,*

 in

in Preußen, in Schlesien, zu Iegerndorff - - Mich aber sampt meynen Weyb vnd Kindrichen, in derselben Gnaden vnd gnedigen Schuze, in aller Vnderthenigkeyt befehlen. Gegeben zu Osterroda, im Iare, nach Christi vnsers Seeligmachers Geburt, ein tausend, fünffhundert vnd achzigist. Initium libri hoc est, quod cum specimine quodam cum lectoribus nostris communicamus: *Ein kurzer Vnterricht der hochlöblichen Fürstlichen Ankunfft der Durchleubtigsten vnd Durchleuchtigen hochgebornen Fürsten Marggraffen zu Brandenburg &c. bis auf FRIDRICO den andern Grauen von Zöllern vnd ersten Burggrauen zu Nürnberg &c. - - - Von FRIDERICO dem andern Grauen von Zölleru vnd ersten Burggrauen zu Nürnberg.*

Als man zelet zwölff hundert Iahr,
Darnach, neune vnd achzigk, ward.
Dem andern Grauen von Zöllern Fridrich.
Von Mannheyt, ganz fürtreffenlich.

§. III.

PAVLI CREVSINGII *Chronicon aller regierenden Marggrafen vnd Churfürsten zu Brandenburg von Anfang her bis auf den Durchl. Churfürsten* IOH. GEORGEN. Auctor V. D. M. Belicensis SEBALDI supra memorati collega. Chronicon hoc non vltra annum 1572. procedit. Sunt in hoc chronico bona quædam; sunt mediocria. IACOBVM de WEISE Ser. El. Brandenb. a consiliis cameræ, virum historiæ Marchicæ peritissimum chronicon hoc ad annum 1700. deduxisse amicus quidam retulit: WEISIANAS vero accessiones numquam vidi.

§. IV.

§. IV.

PETRI HAFTITII *Micro-chronicon Marchicum d. i. ein kurz Zeit-Büchlein, darin der Marck-Brandenburg Zustand, ehe denn die Familie der Burggrafen zu Nürnberg dieselbe bekommen, wenn vnd wie sie dazu kommen, wie sie aneinander succediret, vnd was für furnehme denckwurdige Geschichte bey ihrer Regierung vom 1388ten Jahre nach Christi Geburth bis auf diese Zeit sich allenthalben darinnen begeben vnd zugetragen haben, grundlich vnd eigentlich verfasset ist 1597.* Multa chronici huius circumferuntur apographa. Vidi exemplum, quod vsque ad annum 1600. procedit: vtrum vero auctoris ipsius, an aliorum industria, ego quidem non dixerim. Dedicationes, quas vocant, sunt variæ: vnde colligo, auctorem pro ratione illius sæculi modo huic, modo illi librum obtulisse. Vidi exemplum Ser. Marchioni IO. SIGISMVNDO, vidi aliud Senatui Spandouiensi nuncupatum. Vidi etiam exemplum, quo auctor ea, quae alias scripserat, emendat, mutat, demit. De auctore ipso confer SCHLICHTII horas subcessiuas, Parte I. & memorabilium nostrorum Coloniensium Specimen I. Particulam huius chronici v. c. CHR. SCHOETTGENIVS inseruit der Diplomatischen Nachlese Part. III. p. 528. sub titulo: *Nachricht von Hans Kohlhasen einem Befehder der Chursæchsischen Lande, aus HAFTITII geschriebener Mærckischen Chronic.* HAFTITIVM hunc LOECKELIVS anno 1599. e viuis excessisse coniicit, quum chronicon eius vltra hunc annum non progrediatur.

§. V.

SAMVELIS LENZII V. D. M. apud Stendalienses historiam

ſtoriam Marchicam MSC. allegat, & poſſidet V. C. SAM. WALTHERVS Vide eius progr. de foeda ſuperſtitione Wilsnacenſi p. 5. §. 4. in not.

§. V.

ELIAE LOECKELII *Marchia illuſtrata, oder chronologiſche Rechnung vnd Bedencken über die Sachen, ſo ſich in der Marck Brandenburg vnd incorporirten Lændern von Anfang der Welt her bis ad a. 1680 ſollen zugetragen haben, aus der Heil. Schrifft, denen alten Römiſchen hiſtoricis, Iulio Cæſare, Tacito, Dione, Plutarcho, Eutropio &c. vnd denen neuern Mærckiſchen, vnd andern Scriptoribus, ſonderlich aus vielen alten Documentis, Priuilegiis, Donationibus, vnd MSCtis genommen, vnd mit groſſer Mühe vnd Fleiſſ zuſammen getragen.* Auctor Coloniæ ad Sueuum natus, primum Diaconi apud Beerwaldenſes, poſt munere inſpectoris apud Droſnenſes in Noua Marchia functus, XL annos (vt in epiſtola, qua Diuo FRID. WILHELMO M. librum obtulit) in elaborando hoc opere deſudauit. Conficit paginas M. LVII in forma maiore. Exſtat in bibliotheca Regia Berolinenſi, & Schweriniana, nec non in bibliotheca illuſtris viri IOACH. ERN. CANNGIESSERI, idque exemplum MCCCVIII paginas conficit. Perluſtraui hoc opus, atque haut raro ad documenta Droſnenſia, Beefcouienſia & Beerwaldenſia eum prouocare intellexi, itemque ad Cuſtrinenſia & Primislauienſia. Sæpius, dum riuulos, ex quibus hauſit, allegat, addit MS. Cui vero vtrum ſatis tuto fidere poſſimus, latet. Ceterum Theatrum & Diarium Europæum, Happelii curioſa, relationes Lipſienſes, alioſque lectitauit, quorum mentionem crebro facit. Hiſtoriam de *Pinnouii* ſpiritu, quem vocant, familiari, & funeſta morte ex LOECKELIO depromtam exhibet die Berliniſche Sammlung nützlicher Warhei-

Warheiten p. 351. Præterea LOECKELIVS conſcripſit chronicon, vt vocatur, Marchicum IV libris conſtans, & *Chorographiam*, *Demographiam*, *Archontographiam*, atque *Hierographiam* continens. Opus vltimo loco notatum ego quidem priorem partem dixerim, ſeu potius partis primæ fragmentum: ipſum enim LOECKELII autographum vidi.

§. VI.

IO. BAPTISTAE de ROCOLES Ser. El. Brand. a conſiliis & cura bibliothecæ *hiſtoria familiæ Brand. & Zolleranæ* in tabulario Regio Berolinenſi adſeruatur.

§. VII.

MELCH. MICH. MAHLERI *zum Hof-Chronicon MSC. de domo Brandenburgica* ibidem cuſtoditur.

§. VIII.

CHRIST. MÜLLERI I. V. L. & Cameræ Regiæ, quæ Berolini eſt, Aduocati, *laurus Marchica, h. e. hiſtoria cum ſacra, tum profana, Marchica præcipue, a natiuitate Chriſti ad annum XIV ſæculi præſentis deducta, ſucceſſum rerum geſtarum cum omnibus circumſtantiis & Genealogiis præſertim Franconicæ ſtirpis ad Burggrauiatum Noribergenſem ante & poſt inſtitutum Electoratum Brandenburgicum referens, ita vt præter initia progreſſusque Marchiæ ſimul etiam notentur ſingularia multa de Regia & Electorali Brandenburgica Boruſſia.* Autographon in manibus noſtris eſt, prelo non indignum.

§. IX.

Dicitur etiam Berolini latere chronicon quoddam antiquum Germanicum ſæculo XII conſcriptum, quod LEIBNITIVS chronicorum lingua germanica conſcriptorum volumen parans edere voluit, inque eo

eo multa ad vitam Imp. LOTHARII II. pertinentia exſtare dicit GLAFEY im Kern der Reichs-Geſchichte p. 349 not. b. §. 15. Nondum autem certi quicquam de iſto chronico expiſcari licuit.

§. XI.

A. 1727. 4. Berolini prodiit conſpectus opuſculi, quod quidem, ſi typis vulgatum fuerit, compendii hiſtoriæ Marchicæ nomen merebitur, Titulus hic eſt: GOTTHARD MERCKER *Marck und Kern von der Marck Brandenburg, oder kurze Beſchreibung derſelben, in 3 Theilen ordentlich abgefaſſet, darinnen gehandelt wird (I) von der Beſchaffenheit des Landes, (II) von der Geſtalt der Königl. Reſidence, (III) von der Herrlichkeit des Königl. Hauſes.* Sectio I. agitur (1) *von dem Nahmen*, (2) *von den Scribenten*, (3) *von den verlohrnen und vrrhandenen MSCtis*, (4) *von den Landcharten*, (5) *von dem Lager*, (6) *von der Eintheilung insgemein, und ins beſonder* (7) *von den Flüſſen*, (8) *von den Seen*, (9) *von der Randau*, (10) *von den Bergen*, (11) *von den Kœnigl. Luſt-Schlöſſern*, (12) *von den Veſtungen*, (13) *von den Chur-Aemtern*, (14) *von den Stædten, und deren Vnterſcheid*, (15) *von den Ritter-Stædten insbeſonder*, (16) *von der Vniuerſitæt Franckfurt*, (17) *von den Grafſchafften voriger Zeiten*, (18) *von den Biſsthümern*, (19) *von den eingegangenen Klöſtern*, (20) *von den noch verhandenen Adelichen Fræulein Klöſtern*, (21) *von den Comtoreyen*, (22) *von den Königl. Waiſenhæuſern*, (23) *von dem gegenwærtigen Kirchen-Staat*, (24) *von dem Mærckiſchen Adel*, (25) *von den Grafen und*

Frey-

Freyherren im Lande, (26) *von den Mærkischen Land-Stænden*, (27) *von illustren Mærkern*, (28) *von gelehrten Mærkern*, (29) *vom Commercio in der Marck*, (30) *von den Seltenheiten der Marck*, (31) *von den alten vnd heutigen Einwohnern*, (32) *von einigen Mærckischen Geschichten*. Sectio III. agit (1) *von den regierenden Potentien in Deutschland*, (2) *von dem ersten Marggrafen zu Brandenburg*, (3) *von den Verænderungen bey dem Marggraffthum Brandenburg, vnd siebenderley Geschlechtern, welche die Marck regieret*, (4) *vom Collegio der Churfürsten, wenn solches aufkommen*, (5) *vom ersten Churfürsten zu Brandenburg*, (6) *vom ersten christlichen Könige zu Preussen, vnd Churf. zu Brandenburg*, (7) *vom Vrsprung der heutigen Churfürstl. vnd Königl. Familie*, (8) *von den Nürnbergischen Burggrafen*, (9) *von denen daraus kommenden Churfürsten zu Brandenburg von FRIDERICO I. an bis auf* König *FRIDRICH WILHELM*, (10) *vom* Königlichen *Titul*, (11) *vom* Königlichen *Wapen*.

CAPVT DECIMVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE MARCHICAE AFFECTIS.

§. I. *Opera affecta quid sint?*
§. II. *Io. Stralius*,
§. III. IV. *Mart. Schoockius*,
§. V. *Christ. Hendreich*,
§. VI. *Io. Christ. Becmannus*,
§. VII. *Iac. Paulus Gundlingius*,
§. VIII. *Iustus Christ. Dithmarus*.

§. I.

§. I.

Dantur etiam opera *affecta*, id est ea, quibus auctores immortui sunt, & quorum editionem mors impediuit. Quumque eiusmodi scriptorum historiae Marchicae nonnulli sint, istos quoque commemorandos esse censeo.

§. II.

IO. STRALIVS, ecclesiarum per Vet. Marchiam Superintendens memoriam veteris Marchiae promisit in praef. turricremio Stendaliensi praemissa: fidem vero datam non liberauit.

§. III.

MARTINI SCHOOCKII *fragmentum historiae Marchicae Brandenburgicae antiquae* pag. 70. fol. Initium operis hoc est: *Auspiciis Serenissimi atque Potentissimi El. Brand.* FRIDERICI WIEHELMI *domini mei clementissimi, res Marchicas neutiquam iuxta exactiores historiae leges hactenus ab aliis, qui tamen hoc quam accurate agere praesumserant, commemoratas, descripturus, tenebrisque, quibus pene mersae iacent, erutas, bono publico expositurus, atque ab iniuria obliuionis vindicatas, posteris quoque proditurus; non abs re me facturum arbitror, si prius, quae terrae magnitudo, qui situs, quae facies, quinam primi inquilini fuerint, aliquanto distinctius enarrauerim.* Finis est epitome libri quarti. Integrum opus auctor ita delineauerat: *Marchiae Brandenburgicae erunt Tomi duo. Tomus I. continebit historiam Marchiae Brandenb. a temporibus Sueuorum primorum incolarum vsque ad Electores e familia Zollerana. Eius erunt tres partes: prima continebit historiam Marchiae antiquae ab vltimis Sueuorum temporibus ad* ALBERTVM VRSVM *libris VIII. Secunda historiam Marchiae Anhaltinae,*

næ libris X. Tertia historiam Marchiæ Bauaricæ, Bohemicæ, Morauicæ, & Misnicæ, libris XII. Tomus II. continebit historiam Marchiæ Brandenb. quæ respicit familiam Zolleranam a primis initiis Electoris FRIDERICI I. ad annum 1667. eiusque tres partes erunt. Prima historiæ Zolleranæ complectetur res gestas ad illustrem hanc familiam pertinentes a temporibus FRIDERICI I. ad IO. GEORGIVM El. libris XXIV. Præmittetur præfatio de origine & antiquitate familiæ Zolleranæ. Secunda complectetur res gestas fam. Zoller. spectantes a temporibus IO. GEORGII El. ad annum natalem Electoris FRIDERICI WILHELMI libris XXIV. Tertia complectetur res gestas familiam Zolleranam spectantes sub FRID. WILHELMO a die natali ad annum 1667. Propositum vero exsequi SCHOOCKIVS non potuit: anno enim 1666. Francofurtum venit, biennioque elapso Berolini mortuus est. In recentioribus temporibus lacunæ quædam sunt. Ex IOACHIMI enim FRIDERICI Electoris historia pauca tantum adsunt folia, & historia Diui FRID. WILHELMI vltra annum MDCXLVI non procedit. Paginas 70. operis huius SCHOCKIANI impressas sumtibus Electoris prodiisse, inde colligo, quod in bibliotheca Regia αποσπασματια ista adseruantur. Incepti ab eodem auctore operis fragmentum quoddam superest, cui titulum fecit: *Florus Marchicus*: paucis quippe paginis absoluitur.

§. IV.

Dum hæc scribo, adferuntur ex nuperrimis nundinis Lipsiensibus scriptores Marchiæ Brandenburgensis. Pars I. Ff. 1742. 4. Alph. 1. pl. 2. Continentur (1) GEORG. SABINVS de appellatione, situ, moribus ac populis Marchiæ Brandenburgensis, præmissa vita SABINI. (2) SCHOOCKII fragmentum.

tum. (3) CHRIST. HENDREICH annalium Marchiæ libri I. fragmentum. In præfatione ſtudium protrahendi e tenebris in lucem eiusmodi ſcripta, quæ rariora ſunt, & ad hiſtoriam Marchicam illuſtrandam faciunt, ſignificatur. Id quidem quis non laudauerit? Verum dubito, lectoribus hiſtoriæ Marchicæ probari poſſe haſce primitias. SABINI enim libellus plus vice ſimplici impreſſus & rarioribus ſane adnumerandus non eſt. Confer, quæ de hoc libello p. 12. huius bibliothecæ diximus. HENDREICHII fragmentum opuſculis noſtris inſertum eſt: quod cl. Editor p. 163. ipſe confitetur. Vnum ergo fragmentum SCHOOCKII ſupereſt, quo quantam gratiam initurus ſit, ipſe viderit. Mallem igitur, vt ſtudium ſuum, quod in illuſtranda hiſtoria Brandenburgica collocat, in eiusmodi ſcripta conferret, quæ & raritate & pretio maiori ſe commendant. Quod inprimis ad SCHOOKII fragmentum attinet, illud paragraphis diſtinctum collectioni ſuæ a p. 13. ad p. 160. inſeruit, biographiam auctoris & epiſtolam nondum editam præmiſit, cuius inſcriptio eſt: *Noua de geſtis CAROLI Imp. in Marchia Brandenburg, & de eiusdem filiis SIGISMVNDO & IOANNE.*

§. V.

De SCHOOCKIO ipſo quum IO. CHRIST. BECMANNI notitiam Vniuerſitatis Francofurtanæ fruſtra conſuluiſſem, ſingularia quædam communicaui *im Alten vnd neuen Berlin* Parte I. p. 168 quum de vita IO. KVNSCHII a BREITENWALDE exponerem, qui, rariſſimo hodie exemplo meritorum ſui quondam in academia Groeningenſi præceptoris memor SCHOOCKIVM Diuo Electori FRID. GVILIELMO commendauit. Notaui præterea quædam, quæ MARTINVS FRIDERICVS SEIDELIVS rerum Marchicarum & peritis-

ritissimus & studiosissimus aliquando consignauit, quæ huc transscribere nullus dubitaui, ratus, id bona lectoris cum gratia fieri posse: *Nachdem S.Churfl. Durchl. Vnser gnädigster Herr, Churf. FRIDRICH WILHELM zu Brandenburg eine grosse Begierde getragen, daß von iemanden eine ausführl. Historia Marchiæ Brandeb. mit Fleiß möchte conscribiret werden; Als haben Sie vor etlichen Iahren den berühmten vnd durch Schrifften bekanten vornehmen Professorem Hrn.* MARTIN. SCHOOCKIVM *von Gröningen anhero gefordert, ihm folgends in Ihro Churfl. Vniuersität Franckfurt an der Oder honorariam Professionem gnädigst conferiret, vnd noch über die gewöhnl. Besoldung mit einem ansehnl. extraordinair Gnadengelde prouidiret, damit er zu fleissiger Beschreibung einer solchen Märckischen Historie desto mehr angefrischet* werden *möchte, vnd obschon besagter* SCHOOCKIVS *hierunter eine zieml. Arbeit herstanden, vnd ein groß Werck in diesen Sachen gefertiget haben soll, so ist doch theils seiner Vnpäßlichkeit halber, theils auch, daß wegen noch nicht gantz erlangter Fertigkeit vnserer hochdeutschen Sprache (welches er einstmahls selbst gegen mich geklaget,) ein vnd der andere Auffschub daher entstanden, biß endlich dieser vornehme Mann an. 1668 nach verrichteter so vieler nützl. Arbeit vnd Bücherschreiben gar matt, müde, vnd fast blödes Gedæchtnüsses, zuletzt auch durch den Todt von der Welt hinweggerissen worden, vnd ist biß an sein letztes Ende ein mehreres nicht, als was in den ersten 3 Büchern bestehet, gedruckt vnd fertig wor-*

den. Eben dieser SCHOOCKIVS *hat einst gestanden, dass unter allen seinen Schrifften ihm keine mehr Nachsinnens gemacht, und Seelenkräffte weggenommen hätte, als diese historische Meditationes, wozu er nunmehro fast zu alt geworden, wünschend, dass ein iunger und geschikter Mann sich nach ihm finden, und die Sache wohl ausführen möchte. Er that hinzu, es ist ein beschwerlich Ding denen alten verlegenen Sachen ihr rechtes Licht zu geben, immo vera scribere periculum est, falsa crimen, welches ich zur Nachricht hiemit anfügen wollen, der guten Hofnung, es werden seine von dieser Materie verhandene MSCta vollends ans Licht gebracht werden. Berlin den 10. August. 1668.*

Martin Frid. Seidel, I.V.L.

Atque hæc de SCHOOCKIO sufficiant, qui ex Romanis aliisque veteribus historicis veterum Germanorum res illustrare maximo studio adlaborauit: vereor autem, eum de *Sueuis* nimis magnifice sensisse.

§. VI.

CHRISTOPHORVM HENDREICH, SCHOOCKII in munere Professoris antecessorem annales parasse, alio iam loco adnotauimus. Fragmentum eorum, quod ineditum accepi, opusculorum historiam Marchicam illustrantium Parti VI. inserui. Certus quidam auctor mentionem facit *Flori Marchici*, quem HENDREICH noster parasse dicitur: verum enimuero is aut *annales* cum *Floro*, aut HENDREICHII Florum cum SCHOOCKII Floro §. III. allegato miscuisse mihi videtur.

§. VI.

IO. CHRIST. BECMANNI historia Marchica nouem partibus edenda omnino commemorari meretur.

retur. *Prima* I. de Marchia generatim exponit, *ſecunda* hiſtorium naturalem, & hydrographiam complectitur, *tertia* veterem Marchiam, *quarta* Prignitiam, *quinta* Meſo-Marchiam, *ſexta* nouam Marchiam, *ſeptima* pia, quæ vocant, corpora, reliquæ duæ partes hiſtoriam eccleſiaſticam tangunt. Qui celeberrimi huius viri hiſtoriam Anhaltinam æſtimat, non poteſt non dolere, quod fatis interuenientibus abſoluere vir ἱςορικότατος hiſtoriam Marchicam non potuit. Spes tamen eſt, clariſſimum virum BERNHARDVM LVDOVICVM BECMANNVM telam hanc pertexturum, & cognati opus ad finem perducturum eſſe. Confer de hoc inſtituto die Potsdam. Quint-Eſſentz n. LXXIV. p. 4.

§. VII.

IACOBO quoque PAVLO GVNDLINGIO non licuit abſoluere opus, quod inchoauerat. Parabat enim iuſſu Diui Regis FRIDERICI WILHELMI opus quoddam voluminoſum: at enimuero non pertexuit, quam exorſus erat, telam. Habemus tamen impreſſas quasdam plagulas, quas ordine enumerabo. Proſtant nimirum *Geſchichte der Chur-Marck Brandenburg.* Libri I. Sectio I. *von den deutſchen vnd Sueuiſchen Völckern.* Sectio II. *von Octauii Regierung, Druſi Kriegszug nach Deutſchland, vnd deſſen Thaten, ſonderlich an der Elbe.* Sectio III. *von der Zerſtörung des Römiſchen Reichs von den Sueuen vnd Gothinern.* Sectio IV. *von denen im Lande angekommenen Wenden.* Sectio V. *von dem Reich der Wilzen.* Sectio VI. *von der Eroberung dieſer Lænder, als Carl der Franken König, nachmahls Römiſcher Kayſer das Reich der Wilzen bezwungen.* Sectio VII. *von dem Zuſtand des Wilziſchen Reichs vnter Kayſer Ludwig dem Erſten, Ludwig dem Andern, Ludwig*

 dem

dem Dritten, Kayser Arnolphen, vnd König Ludwigen. Libri II. Sectio I. *von der Sæchsischen Herrschafft Herzog Ottens zu Sachsen in dem Wilzischen Lande.* Libri III. Sectio I. *von den Marggraffen diss- u. ienseit der Elbe vnter Marggrafen Lothario, Werinhario, Bernharden, vnd Marggrafen Wilhelm.* Sectio II. *von Marggraf Bernhards, u. Marggraf Wilhelms Regierung zu Zeiten Kayser Conrads des Andern, vnd Kayser Henrichs des Dritten.* Libri IV. Sectio I. *Leben vnd Thaten Marggraf Vden des Ersten, vnd folgends aller Marggrafen aus dem Geschlecht der Grafen von Stade.* Sectio II. *Leben vnd Thaten Marggraf Heinrich des Langen.* Sectio III. *Leben vnd Thaten Marggraf Vdens des Andern.* Sectio IV. *Leben vnd Thaten Marggraf Henrichs aus dem Geschlecht der Grafen von Stade, vnter der Vormundschafft Marggraff Rudolphs.* Sect. V. *Leben vnd Thaten Marggraf Vdens des III.* Sectio VI. *Leben vnd Thaten Marggraff Conrads aus dem Geschlecht der Grafen von Plötzkau, vnd Herrn von Dommenesleben.* Liber V. complectitur *Leben vnd Thaten ALBRECHT des Ersten M. zu Br. aus dem Hause Ascharien vnd Ballenstædt.* Libro VI. continetur *Leben vnd Thaten Marggraff Otten des Ersten, des H. R. Reichs Erz-Cæmmerers, aus dem Hause Ascharien vnd Ballenstædt.* Libro VII. *Leben vnd Thaten des Durchl. Fürsten vnd Herrn, Hrn. Otten des Andern, Marggr. zu Brand. aus dem Hause Asch- u. Ball.* Libro VIII. *Leben vnd Thaten Hrn. Albrecht des II. Marggr. zu Br. aus dem Hause Asch- u. Ball.* Libro IX. *Leben vnd Thaten Hrn. Iohannis u. Ottens M. zu Br. aus dem Hause Asch- u. Ball.* Atque hic liber nonus quum sub prelo sudaret, mors calamo GVNDLINGII ferias indixit, confi-

filumque abrupit.. Hactenus enarrati libri conficiunt plagulas 52½. MSCtum superest, quod si cuidam tradatur historiæ perito, facile supplebuntur, quæ desunt. In schedis hisce auctoris quædam adiiciuntur *von der Regierung der Ottonischen Familie in der Chur-Marck Brandenburg, vor den Churf. zu Brandenburg aus der Iohannischen Familie, von der Regierung Churf. Conradi zu Brandenburg, von der Regierung Churf. Waldemari I. II. und Iohannis IV, mit welchem der Ascanische Stamm ausgegangen.* Sequitur *vom Zustande der Marck Brandenburg, wie auch derselben Zergliederung nach Abgang des Ascanischen Stammes, von der Regierung Marggraf Ludwigs aus der Bayerischen Familie, von der Regierung Churf. Ludouici Romani zu Brandenburg, von der Regierung Churf. Ottonis zu Br. bis selbiger die Churmarck Brandenburg an das Lüzelburgische Haus überlassen.* Succedit denique *von der Marck Brandenburg, als selbige Carolus IV seinen Söhnen erkaufft, von der Regierung Churf. Sigismunds aus dem Lüzelburgischen Geschlecht, bis selbiger a. 1386 seinem iüngsten Bruder Iohanni die Chur-Marck abgetreten, von Churf. Iodoco, von den damaligen Vnruhen in Böhmen, wie auch in der Marck Brandenburg, welche zu obgedachter Veränderung ein grosses beygetragen.* Serenissimorum quoque Electorum ex Zollerana familia ortorum historias, certe fragmenta earum, (de vita enim Fridericorum I. & II. impressa nunc sermo non est) superesse inedita, certo scio.

§. VIII.

IVSTVM CHRISTOPH. DITHMARVM in historia Marchionum & Electorum Brandenburgicorum genealogica elaboranda occupatum fuisse, præfatio

 docet

docet diſputationibus eius Lipſiæ iunctim editis præmiſſa: huic vero labori immortuus eſt.

CAPVT VNDECIMVM.

DE
SCRIPTORIBVS HISTORIAE MARCHICAE DEPERDITIS.

§. I. Deperditis hiſt. Marchica ſcriptoribus adnumerantur
§. II. Pulkavva,
§. III. Chronicon Chorinenſe & Lehninenſe,
§. IV. Engelb. Wuſtervvitzius,
§. V. Dau. Colerus,
§. VI. Io. Trithemius,
§. VII. Vrbium quarumdam annales, item Io. Friderici chronicon, & Sam. Lenzii ſcripta nonnulla,
§. VIII. Angeli Marchia.
§. IX. Io. Carionis conſilium de ſcribenda hiſtoria Brandenb.

§. I.

Quum multa ſint deperdita, quod multorum querelæ docent: mirum ſane non eſt, etiam inter hiſtoriæ Marchicæ ſcriptores dari illos, quos deperditos vocamus, quum reparari non poſſint. Hos quoque nominabimus, vt vel ſic memoria conſeruetur, & nomen ſaltem vindicetur ab interitu.

§. II.

Scriptor quidam Bohemus *Pulkawa* mentionem facit hiſtoriæ Brandenburgenſis, ſibi a CAROLO IV. Imp. ex Brandenburgicis terris reduce dono datæ. BOHVSLAVS BALBINVS in epitome rerum Bohemicarum p. 236. ſcriptorem hunc allegat. NIC. HIER. GVNDLINGIVS de HENRICO AVCVPE p. 155. *Optandum*, inquit, *foret, vt hæc Brandenburgenſis hiſtoria in MSCto alicubi deliteſcens publicæ luci exponeretur: forte multa innoteſcerent, quæ hactenus incomperta aut ſaltem incerta apparuerunt.*

§. III.

§. III.

CHRONICON LEHNINENSE & CHORINENSE allegantur a BROTVFIO: nusquam autem possunt reperiri. Laudatus nobis antea IACOBVS de WEISE in epistola quadam ad cognatum vtriusque huius chronici mentionem facit, scribens: *Herr Seidel, vnd ich haben alle Mærkische Sachen mit Fleiss durchgesuchet, es hat uns nichts gefehlet, als die Chronica MSCta Lehninensia & Chorinensia, so Brotuff allegiret: ich habe desshalb an meinen alten Freund den Geheimen-Rath Raumer nach Zerbst vnd Dessau geschrieben: es hat sich aber keine Nachricht dauon finden wollen. Es ist jedoch zu vermuthen, dass sie Brotuff müsse gehabt haben.*

§. IV.

ENGELBERTI VVVSTERVVIZII chronica allegantur in chronico Citicensi PAVLI LANGII apud Pistorium Tomo I. Script. rerum German. p. 849. in VVOLFII lectionibus memorabilibus Tom. I. p. 260. in ANGELI annalibus libr. III. p. 185. & alibi. VVVSTERVVIZIVS hic, testibus annalibus a tempore reformationis, qui Brandenburgi in bibliotheca Reuerendissimi Capituli reperiuntur) ante ducentos annos Clericus Brandeburgi diligenter acta suorum temporum consignauit, & integram historiam pertexuit, quæ publice exstat: vnde chronicon suum erudiuit & locupletauit ANGELVS. Quædam etiam de VVVSTERVVIZIO hoc HELMERICVS l. c. p. 35. habet, itemque SCHLICHTIVS horar. subcesiuar. Parte I. p. 103. Romæ ille per aliquot annos fuisse, & lites, quæ Marchionibus Brandenb. cum Quizouiis ab a. 1388. ad 1423. intercesserunt, diligenter adnotasse dicitur. Atque hic 1423. annus est, quo ANGELVS in annalibus Marchicis VVVSTERVVIZII vltima vice

 meminit

meminit, vnde coniicias, eum hoc ipſo anno aut viuere, aut ſcribere deſiiſſe. Quidam exiſtimant, VVVSTERVVIZII chronicon ſub nomine HAFTITII adhuc hodie circumferri. MART. FRID. SEIDELIVS ita ſentit: *Das Buch, ſo man insgemein für des* HAFTITII *ſeines ausgibt, befinde ich, daſſ es* VVVSTERVVIZIVS *aufgeſezet, welcher clericus zu Brandenb. geweſen, vnd, wie* ENGEL *in annal. p. 185. meldet, vnter Marggr. Iodoco die Sachen allein beſchrieben, wie denn in des vermeinten* HAFTITII *Buch ausdrückl. da der Handel den Ioh. von Quizau mit dem Biſch. von Brand. wegen des Hauelſtroms gehabt, vnd von beyden Theilen arbitri erwehlet worden, ſtehet:* DA VVAREN DIESE &C. VND ICH ENGELB. VVVSTERVVIZIVS. *Daſſ alſo zu ſehen, daſſ es ſein eigen Concept iſt, vnd hat auch* ENGEL *alles, was darinn begriffen, in ſeine Chronic transferirt, vnd wird gemeldter* VVVSTERVVIZIVS *von ihm ohngefehr bis ins 1423. Iahr allegiret. Was folgends in* HAFTITII *Scripto befindlich, hat* ENGEL *auch alles, doch daſſ es bey jenem etwas vmſtændlicher beſchrieben wird, vnter des* VVINZENBERGII *Nahmen.* Conf. SCHLICHT. l. c. p. 105.

§. V.

DAVIDIS COLERI chronicon huc etiam referas. Confer, quæ de auctore diximus *im Alten und Neuen Berlin* Parte I. cap. IV. §. 27. LEVTINGERVS p. 127. operum refert, ab hoc COLERO ANDREAM ANGELVM ſua mutatum eſſe.

§. VI.

IO. etiam TRITHEMIVM quædam de Marchia Brandenburgica conſignaſſe, non vana eſt coniectura illuſtris Viri IO. PETRI de LVDEVVIG in introductione Scriptoribus Herbipolitanis præmiſſa

§. XIV.

§. XIV. n. (e) Quod ſingulari beneuolentia eum Elector Brand. IOACHIMVS I. complexus fuerit, refert Biblioth. Hamburgenſis centuria II. p. 291.

§. VII.

Huc etiam referendi videntur (1) Annales ZERNIZII conſulis quondam Werbenenſis in veteri Marchia. Nec minus in hunc cenſum veniunt (2) Annales oppidi Prizwaldenſis a ZACH. GARCAEO memorati p. 64. item (3) Annales nouæ vrbis Brandenburgenſis, quorum CREVSINGIVS in chronico meminit, & (4) Annales Stendalienſes, quorum VVOLFG. IVSTVS mentionem facit. Vt de chronico Martiniano, & fragmento chronici Brandenburgenſis, cuius BOHVSLAVS BALBINVS in hiſtoria Boleslai Libro I. mentionem iniicit, de IO. FRIDERICI Diaconi Regiomontani in noua Marchia chronico, ad quod ANGELVS in breuiario prouocat, de chronico Strausbergenſi, cuius idem ANGELVS in annalibus p. 37 meminit, de SAMVELIS LENZII monaſteriologia coenobii Catharinæ Virgini dicati, eiusdemqe ruina templi cathedralis Stendalienſis *von erbærmlicher Einæſcherung der Domkirch in Stendal*, de antiquo chronico veteris Marchiæ, quod ſubinde IO. POMARIVS in der *S*achſen-Chronic allegat, deque annalibus Brandenburgenſibus a LOECKELIO paſſim allegatis non dicam.

§. VIII.

Præ reliquis commemoranda eſt ANDREAE ANGELI *Marchia*, quam vidua illius igni tradidit, quum bibliopola pretium minus æquum offerret. In annalibus ſuis ſæpe prouocat ANGELVS ad hoc opus, quo, quantum coniectura adſequi poſſumus, accuratiorem quamdam regionum Marchicarum deſcriptionem exhibuit. Conferantur, quæ SCHLICH-

TIVS

TIVS horarum ſubceſiuarum Parte I. p. 119. & pl. reu. DIETERICVS in der Berlinſchen Cloſter-u. Schul-Hiſtorie p. 278 de hac ANGELI Marchia commemorant. Nobis quidem nihil nunc reliquum eſt, niſi vt rerum irrecuperabilium felicem obliuionem eſſe ſtatuamus.

§. IX.

Si verum eſt, quod LEVTINGERVS refert p. 1363 operum, IO. quoque CARIO animum ad ſcribendam hiſtoriam Brandenburgicam appulit. Quanta Elector illum gratia complexus ſit, idem LEVTINGERVS teſtis eſt, idemque p. 22 operum refert, CARIONEM familiæ Brandenburgicæ regiam, & ſummam inter chriſtianos dignitatem ſpopondiſſe.

CAPVT DVODECIMVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE MARCHICAE FABVLOSIS.

§. I. Cur de fabuloſis ſcriptoribus agatur.

§. II-IV. Huc pertinet vaticinium Lehninenſe.

§. V. Sepulcrum Remi in Marchia.

§. V. Lupercalia Bernauienſia.

§. I.

Quum hiſtoriis non raro admiſceri ſoleant fabulæ, iuuabit omnino ſcire, quid lupinis æra diſtent. Indicabimus igitur hoc loco, quinam nobis innotuerint ſcriptores hiſtoria Marchicæ fabuloſi, ne vmbram pro Iunone accipiamus, &, dum facile credimus, facile decipiamur.

§. II.

§. II.

Referendum huc puto decantatum illud & plurimorum ſermone tritum vaticinium *Lehninenſe*, de quo quum ſpecimine Marchiæ hiſtoriæ litteratæ ſecundo (quod recenſet die Potsdammiſche Quint-Eſſentz n. 24. 25.) ſententiam noſtram aperuerimus, nunc non erimus longiores. Intra anni ſpatium vaticinium hoc, alias ineditum, quod nonnullos cimeliis bibliothecæ adnumerauiſſe ſcimus, typis bis eſt expreſſum. Prima quidem vice a. 1741. 4. prodiit: *der Preusſiſche Wahrſager, d. i. Bruder Hermans von Lehnin wunderſame Propheceyungen von den Regenten des Churfürſtl. Hauſes Brandenburg vnd Königreichs Preuſſen, u. deren Beſteigung des Kayſerl. Throns; nebſt verſchiedenen die Europæiſchen Staaten betreffenden theils raren, theils merckwürdigen Prognoſticis, aus geheimen Nachrichten vnd Vrkunden ſorgfältig zuſammen getragen von* ZOROASTRO 4. pl. 10. Ex nuperis nundinis autumnalibus noua allata eſt editio ſub tit: *Neuuermehrter Preusſiſcher Wahrſager &c.* Altera editio prodiit Bremæ eodem anno in forma, quam octauam vocant, inſerta libro cui titulus: *Europæiſcher Staats-Wahrſager, d. i. wunderſame Prophezeyungen von dem itzigen Zuſtand der meiſten vnd vornehmſten Europæiſchen Staaten*, p. 166. ſeqq. Bremenſis hæc editio notas viri docti, qui ſub ZOBOASTRI nomine latere voluit, fere a verbo ad verbum repetiit. Confer, quæ hanc in rem adnotata ſunt in diario Berolinenſi *Potsdammiſche Quint-Eſſentz* dicto n. 102 ſ. Vaticinium hoc notulis quibusdam hiſtoricis illuſtratum, & patrio carmine donatum eſſe in ſupra all. ſpecimine ſecundo Marchiæ litteratæ obſeruaui.

§. III.

§. III.

Interim tamen mihi nequaquam probatur eorum ſententia, qui vaticinium hoc libellis famoſis, auctoremque hominem leuis notæ macula notandum cenſent. Iuſto igitur duriora mihi videntur, quæ IAC. KOCHII *Scheide-Prüfe-vnd Wæge-Kunſt göttlicher, bis hieher erfülleter vnd noch vnerfülleter Weiſſagungen, vngöttlicher u. verdæchtiger Prophezeyungen, vnd menſchlicher, gegründeter vnd vngegründeter Muthmaſſungen*, (Lemgo 1742. 4. pl. 22.) p. 82 habet. *Man ſehe*, inquit, *aber nur an des ſo genanten Bruder Hermans von Lehnin, wunderſame Prophezeyungen, von den Regenten des Churf. Hauſes Brandenburg, könte man nicht erweiſen, daſſ das ſeltſame Ding vor der Reformation geſchrieben ſey, ſo wolte ichs lieber für ein Pasquill, eines aus dem Kloſter vertriebenen Mönchen, als für ſonſt etwas achten. Allein, ſo will ich einmahl annehmen, es rühre ſchon aus einer Zeit vor der Reformation her. Was ſoll denn das, daſſ eine lobwürdige Reformirerin der Brandenb. Lande genant wird Femina ſcrpentis tabe contacta recentis. Von einem preiswürdigen Sohn, der die Form. Conc. mit vnterſchrieben, heiſſet es: Filius amentis probat inſtituta parentis. Was ſagen andere Pasquill-mæſſige Ausdrücke von hohen u. Verehrungswürdigen Häuptern? Paulus lehret vns: Niemand verfluchet Ieſum, der aus dem Geiſt Gottes redet. Welcher Geiſt verflucht denn hier ein Werck Ieſu, die Reformation? Petrus vnd Iudas zeigen, daſſ vnnütze Träumer nicht erzittern würden, die Maieſtæten zu læſtern? und was geſchicht denn hier? Was*

Was wollen endlich die noch in eine künftige Zeit gehörige Worte: Israel infandum scelus audet, morte piandum. Siehet man hier nicht den aufgesperreten Rachen des Drachen, der ein noch wieder zu gebæhrendes, und freylich wohl mancherley harten Versuchungen noch ausgesetztes Volck zu verschlingen sucht?

§. IV.

Prius, quam vaticinium hoc dimittam, mentio facienda est adnotationis cuiusdam, qua Cel. GOTTSCHEDIVS parte II. dictionarii BAYLIANI, quod lingua germanica Lipsiæ prostat, p. 106 sensum vatis mire detorsit. Responsum est illi scripto hebdomadario, quod Berolini in officina Gohliana prodit sub titulo: *Berlinische Sammlung nützlicher Warheiten* n. 36 p. 281 vbi obseruatio occurrit *von dem Kloster Lehnin, u. dem Lehninschen Mönch, nach Veranlassung einer in dem II. Band des Baylischen Wörterbuchs befindl. Anmerkung.*

§. V.

Vati huic iungo aliud scriptum fabulosum, nimirum: *sepulcrum Remi fratris Romuli, in monte REMI vulgo Reinsberg, nuper detectum, erutis binis marmoribus, vno vetustissimo, altero recentiore. Quibus peruulgatus ille error de REMO a fratre interfecto confutatur. Addita loci Topographia & Chorographia in æs incisa, opera* E. H. L. F. (i. e. EILH. LVBINI) 4. Recusum hoc scriptum legitur Tomo V. Miscellaneorum Lipsiensium a p. 297 ad p. 320 curante CHRISTOPHORO PYLIO Tanglimensium primum, deinde Sundensium Rectore doctissimo, qui

qui vero LVBINVM talia fingentem docti impoſtoris titulo ornat, vel, ſi mauis, onerat.

§. VI.

Addo ſcriptum, quod & fabuloſum, & ſatyricum merito dixeris, idque ineditum, *Lupercalia* nimirum *Bernauienſia*, quorum recenſione ſuperſedere malo, probe gnarus, eiusmodi ſcripta, quæ a feſtiuis ingeniis oblectationis cauſſa conficiuntur, in ſiniſtram partem accipi, & dicteriis, quæ in ludibrium aliorum adhiberi ſolent, anſam dare poſſe.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVARTVS.

SECTIO II.

DE VITIS PRINCIPVM QVI MARCHIAE CVM IMPERIO PRAEFVERVNT.

CAPVT PRIMVM.

§. I. Instituti ratio. §. II. III. Scriptores generales, §. IV. quibus adnumerandi sunt Gundlingius, §. V. & Gebhardus. §. VI. Scriptores speciales.

§. I.

Nouos, vt ita dicam, forulos nostra nunc bibliotheca pandit. Eos enim scriptores sistimus, qui de Marchionibus, atque Electoribus Brandenburgicis, qui Marchiam cum cum laude gubernauere, exposuerunt. Primo quidem loco ponimus scriptores generales, inter quos primus est ZACH. GARCAEVS, qui in successionibus, quas alio loco commemorauimus, libro secundo exhibet chronologicam annotationem successionis familiarum & rerum gestarum in Marchia Brand. De familia *Saxonica* agit a p. 27 ad p. 48 vsque. Familiam comitum *Stadensium* seu Soltwedelensium recenset a p. 49 ad p. 59. De familia *Anhaltina* exponit a p. 60 ad p. 118 Familiam *Bauaricam* sistit p. 119 ad p. 139 *Lucelburgensem* vero habet p. 140 seqq. Denique de familia *Zolleriana* a p. 153 disserit. Sequuntur WOLFFG. IVSTVS, CASP. HELMERICVS, SAGITTARIVS in historia Marchionum ac Electorum Brandenburgensium, aliique viri suis locis iam commemorati: tum se nobis offert PFEFFINGERVS

 in

in Vitriario illustrato Tom. II. Quibus addantur, quæ HENDREICHII *Entwurf* parte II. sub titulo: *der Marck Brandenburg regierende Herren*, & IAC. PAVLVS GVNDLINGIVS habent *im Brandenburgischen Atlas*. p. 28 seqq. Nec prætereundus est FRIDERICVS LVCAE, cuius vterque liber, *vhralter Grafen-Saal* (prodiit Ff. ad Moenum 1702. 4.) & *vhralter Fürsten-Saal*, (prodiit ibidem 1705. 4.) huc quodammodo spectat. In hoc enim, *dem Fürsten-Saal* p. 742 agit *von denen Marggrafen zu Brandenburg aus vnterschiedlichen Geschlechtern*, ibique Saxonicæ inprimis stirpis Principes enarrat ad p. vsque 752. Tum ex *Ascanio* stemmate ortos recenset a p. 752 ad p. vsque 776. Sequuntur Marchiones Brandenb. ex gente *Bauarica* a p. 777 ad p. 784 vsque. Succedunt Marchiones & Electores *Lucemburgenses* p. 785 ad p. 790. In altero autem libro, *dem Grafen-Saal*, p. 617 recenset Marchiones *Stadenses* ad p. 630 & *Plocenses* a p. 1059 ad p. 1070 vsque.

§. II.

Idem consilium fuit IAC. PAVLO GVNDLINGIO, qui, vt erat in lectione omnis generis historiarum versatissimus, ita Brandenburgicæ totum se dabat. Inchoauit opus quoddam, cui titulum præfixit: *Geschichte der Chur-Marck Brandenburg*, ex quo p. 41 quædam allegauimus, nostro, qui tum erat, scopo inseruientia. Prosecuti sumus reliqua libri IV. Sectionis I. cap. X. §. 7. In præsenti id modo addimus, libro II. cuius contenta l. c. indicauimus, agi (1) *von der Regierung Herzog Heinrichs in Sachsen, nachgehends Königs in Teutschland*, (2) *von König Ottons Regierung, so nachgehends Otto der Grosse genennet worden*, (3) *von der Regierung Kayser*

Ottens

Ottens des II. (4) *von der Regierung Otten des III. vnd Marggraf Lotharii von Walbke.* Procedit hic liber ad p. 47 vsque, & ea complectitur, quæ historiam SIGFRIDI, GERONIS, aliorumque Marchionum illustrant. Libri III. sectione I. a p. 47 ad p. 53 vsque agit *von der Regierung* (a) *Marggraf Lothars*, (b) *Marggr. Werinhardts*, (c) *Bernhards.* Sectio II. inscribitur *von Marggr. Bernhards, vnd Marggr. Wilhelms Regierung zu Zeiten Kayser Conrads des II. vnd Kayser Henrichs des III.* a p. 53 ad p. 58 vsque. Liber IV. a p. 59 ad p. 82 procedens quinque sectionibus absoluitur. Cui subiungitur sexta sub titulo: *Leben vnd Thaten Marggraf Conrads aus dem Geschlecht der Grafen von Plözkau.* p. 83. Liber V. destinatus est historiæ ALB. VRSI. Libro VI. quæ contineantur, dicto capite X. significauimus.

§. III.

Vtilissimus quoque labor est, quem IO. LEV. LVDOLPHVS GEBHARDI suscepit in libro, quem hoc ipso anno emisit, cui titulum fecit: *aquilonales Marchiones Electores Brandenburgici documentorum auctoritate asserti* Lips. 1742. 4. Alph. 1. pl. 4. Conspectus operis hic est: Tabulis VII. integrum opus absoluitur. Tabula I. sistit Marchiones aquilonales a BERNHARDO incipiens, quem HENR. AVCEPS Redariis præfecit. Tabula II. exhibet Marchiones ex *Walbeccensibus*, tabula III *ex Stadensibus*, IV ex *Plocensibus*, V & VI ex *Ascaniis*, VII ex *Bauaris* & *Bohemis* ortos.

§. IV.

Præmissis hisce ad speciales, quos vocant, scriptores transimus, eos commemoraturi, qui vel singulas familias, vel vnius alteriusque principis vitam scriptis suis illustrarunt.

 CAPVT II.

CAPVT SECVNDVM.

DE MARCHIONIBVS EX GENTE SAXONICA.

§. I. Scriptores, qui de Sigfrido,
§. II. & Gerone egerunt.
§. III. Controversia de Gerone inter viros doctissimos agitata.
§. IV. V. VI. Scriptores historiam Hugonis illustrantes.
§. VII. Scriptores, qui de Theodorico,
§. VIII. Brunicone,
§. IX. & Lothario exponunt.

§. I.

Ad celebriores igitur Marchiones ex Augusta gente Saxonica ortos quod attinet, sequentes de singulis scriptores adnotaui. De SIGFRIDO comite *Ringelheimensi* (quam familiam FRID. LVCAE *im Grafen-Saal* p. 450 sqq. pluribus describit) lis est, vtrum huic, an HENRICO præfectura Marchiæ fuerit concessa? Non iniucunda sunt lectu, quæ hanc in rem adfert SAGITTARIVS loco superiori capite notato §. II. nota 4. IVSTVS quoque CHRIST. DITHMARVS in initiis Marchiæ Brandenburgensis §. 3. fabulam hanc refutat: vide eius dissert. iunctim editas p. 362. Egregie etiam, vt solet, de hoc argumento disputauit NIC. HIER. GVNDLINGIVS de HENR. AVCVPE pag. 161 seqq.

§. II.

De GERONE conferantur VVITIKINDI annales apud MEIBOMIVM Scriptor. rer. Germ. Tom. I. & notæ, quas MEIBOMIVS addidit, itemque illa, quæ DITHMARVS Merseburgensis de GERONE habet apud LEIBNITIVM Script. rer. Brunsuic. Tomo I. SAM. GROSSERI *Lausitzische Merckwürdigkeiten.* p. 14. CHRIST. KNAVT de pagis comitatus

ratus Anhaltini & Afcanienfis p. 5. 6. Singulari ftudio hoc argumentum profequutus eft THEOD. CRÜGERVS, cuius proftant *origines Lufatiæ*, *complexæ hiftoriam* GERONIS *primi Lufatiæ inferioris Marchionis &c.* Fafcic. I. Lipf. & Lubbenæ 1726. 4. Alph. 1. pl. 5. cum figuris. Recenfent hunc librum Acta eruditorum, quæ Lipfiæ colliguntur, a. 1727 m. Iunio. Capite I. auctor exponit *de ortu & fatis* GERONIS *ante titulum Marchionis Lufatiæ obtentum*, cap. II. *de muniis & dignitatibus* GERONIS, *præfertim de Marchionis in Lufatia prima dignitate*, cap. III. *Num* GERO *Burggrauius Magdeburgicus dicendus fit?* cap. IV. *de rebus a* GERONE *geftis poft Marchionatum in Lufatia obtentum* cap. V. *Nouiffima* GERONIS, cap. VI. *de infignibus Lufatiæ*, *& num* GERO *primus Marchionis rubicundi titulo vfus fit?* Lectu quoque digna funt, quæ de GERONE adferunt deftinata Lufatica Parte VI. p. 591.

§. III.

Memorabilis controuerfia de hoc GERONE nata eft, ad quam cognofcendam fequentia pertinent. HENR. a COCCEII in iuris publici prudentia p. 76 GERONEM ducem fuiffe adferuerat, & iura ducatus Brandenburgici vindicauerat. In eamdem fententiam ibat IO. PETR. a LVDEWIG *in formula Ducatus Brandenb.* Hal. 1706. refpondente PHIL. comite de ARCO 4. pl. 14 inferta etiam opufculis mifcellis. Conf. eius præfationem Tomo XI. reliquiarum præmiffam p. 69. 70. Huius fententiam impugnabant CASP. HENR. HORNIVS in programmate de *origine Marchiæ Mifnenfis* Witt. 1706. 4. pl. 2. & differt. de *Burggrauiatu Magdeburgico.* ib. 1709. 4. pl. 12. & MICH. HENR. GRIBNERVS in programmatibus de *iure ciuitatis Germanicæ Lufatiæ competente.* ib. 1709. 4. & de GERONE *Mar-*

 chione

chione Duce, (quod vtrumque HOFMANNI scriptoribus rerum Lusaticarum Tomo II. ipsiusque auctoris opusculis iuris publici Tomo III insertum legitur,) nec non in diss. *de terris iuris Saxonici*, quae itidem opusculis GRIBNERIANIS Tomo II inserta est. Accedebat GOTTFR. HECHTIVS editis dissertationibus II. *de* GERONE I. *Lusatiae Marchione, non Duce* contra Ill. COCCEIVM & LVDWIGIVM Witt. 1719 & 20. 4. pl. 3. His vero obuiam iuit Cl. IO. FRID. IOACHIM in commentatione iuris publici de *ducatu Brandenburgico, qua iura ducatus Brandenb. ab obiectionibus* HORNII, GRIBNERI, BERGERI, HECHTII, *aliorumque ex plenae fidei diplomatibus, genuinis historiae fontibus ac iuris publici principiis vindicantur.* Hal. 1738. 4. pl. 8. IVNCKERVS etiam de hac controuersia quaedam habet in Geogr. med. aeui p. 481.

§. IV.

Historiam HVGONIS scripta illustrant sequentia: GEORG. SABINI *vita* HVGONIS & THIEDERICI *Marchionum Brandenburgensium*, Regiom. 1552. 8. pl. 3. Recusus est hic libellus Halae, & obseruationum selectarum Tomo VIII insertus p. 443 seqq. REINERVS REINECCIVS eumdem lingua germanica donatum chronicis suis adiecit. Vide, quae hac de re p. 309. huius bibliothecae nostrae monuimus.

§. V.

Neque minus huc pertinet IVSTI CHRIST. DITHMARI exercitatio *de* HVGONE *Marchione Tusciae, qui Marchio Brandenburgensis fuisse vulgo creditur*, in exercitationibus subcesiuis Francofurtensibus Tom. I. Sect. II. p. 210. Recusa est illa in DITHMARI sylloge aliquoties allegata p. 413. Hanc DITHMARI sententiam laudauit, pluribusque confir-

confirmauit NIC. HIER. GVNDLINGIVS Gundlingianorum parte XXI. p. 47 feqq. *Vrſprung des tapffern Herzogs vnd Marckgrafens* HVGO *vermeinten Marckgrafens von Brandenburg.*

§. VI.

Idem ſenſiſſe IVSTVM FONTANINVM teſtis eſt epiſtola ad PHILIPPVM de STOSCH exarata, quam integram DITHMARVS diſſertationi inſeruit, quæ inſcribitur initia Marchiæ §. VI. conf. dictam ſyllogen p. 368 ſ.

§. VII.

De THEODORICO conſulendus eſt (1) SABINVS loco §. IV. dicto (2) N. H. GVNDLINGIVS in Gundlingianis parte XXXIV. & XXXV. *Verſuch von dem General vnd Marckgraff Dietrich von Brandenburg.* Ab hoc vero in nonnullis & erudite & modeſte diſſentit I. L. L. GEBHARDI l. c. p. 10. ibique de coniuge & poſteris THEODORICI fuſius exponit. Habent quoque nonnulla huc ſpectantia DITHMARI initia Marchiæ Brand. l. c.

§. VIII.

De BRVMICONE conferatur præter DITHMARVM l. c. ARN. BIERSTEDII *chronicon de vrbe Brandenburgo* inſertum collectioni opuſculorum hiſt. March. illuſtrantium faſciculo XXII. pag. 44. Quumque hic BRVMICO ex comitibus Wettinenſibus vel, vt alii malunt, ex Zoerbicenſibus deſcendat, conferri ſimul merentur CHRIST. CELLARII *origines & ſucceſſiones comitum Wettinenſium*, & auctor Germaniæ principis p. 538.

§. IX.

Quod LOTHARIVM, quem Walbeccenſem dicunt, ſpectat, habent de illo nonnulla IAC. P. GVNDLINGIVS *in den Geſch. der Chur-Marck*, &

GEBHARDI l. c. p. 19. Ceterum MEIBOMIVS *in der Walbeckischen Chronic*, & V. C. SAM. WALTHERVS parte VI singularium Magdeburgensium de comitibus Walbeccensibus habent, quæ legi merentur.

CAPVT TERTIVM.

DE MARCHIONIBVS EX FAMILIA STADENSI.

§. I. Scriptores huc pertinentes Dithmarus, Alb. Stadensis,
§. II. Garzo,
§. III. Chronographus Saxo,
§. IV. Georg. Roth, & Luneb. Mushard.
§. V. Scriptores de Marchionatu Landsbergensi.

§. I.

Præter DITHMARVM MERSEBERGENSEM alio loco a nobis commemoratum consulatur ALBERTVS STADENSIS in chronico p. 163 ex edit. REIN. REINECCII Helmst. 1587. 4.

§. II.

IO. GARZONIS quoque vita VIPERTI huc referri meretur adiecta REINECCII historiæ VIPERTI Ff. 1580. fol. Occurrit quoque hic liber in collectione MENCKENII scriptorum rerum Germ. Tomo II. p. 999 - 1056 & HOFMANNI collectione rer. Lusaticarum. Immo & germanica lingua editus hic liber prostat insertus HAHNII historiæ Martisburgicæ p. 345 - 412.

§. III.

Habet quoque huc pertinentia CHRONOGRAPHVS SAXO apud MADERVM in antiquitatibus Brunsuicensibus, & LEIBNITIVM in scriptoribus rerum Brunsuic.

§. IV.

§. IV.

GEORGII ROTH *res Stadenses* supra (conf. bibliothecæ nostræ p. 332.) recensuimus. LVNEBERGIVS MVSHARDVS edidit *den Bremisch- vnd Verdischen Rittersaal, oder Denckmahl der vhralten Geschlechter, insonderheit der hochlöbl. Ritterschafft in den Herzogthümern Bremen vnd Verden.* Brem. 1720. fol. Alph. 6. pl. 12. Recensent hunc librum Acta Lipsiensia Suppl. T. IV. p. 322. In hoc libro occurrunt, quæ historiam Marchionum Stadensium non parum illustrant, nimirum sectio I. *von den alten Marckgrafen zu Stade* a p. 1. ad p. 27 vsque. Capite I. docet auctor, *dass die Graffschafft Stade von Alters her zu dem Ertzstifft Bremen gehöret habe, von Grafen regieret worden,* H. AVCEPS *den ersten Marckgr. HENR. CALVVM zu Stade gesetzt, von der Residentz der alten Marckgraffen, vnd ihren Wapen.* Cap. II. *von HENR. CALVI Söhnen, sonderl. HENR. BONO, dessen Gemahlin, vnd Kindern,* Cap. III. *von Marckgr. SIGFRIED, vnd dessen Brüdern vnd Schwestern,* Cap. IV. *von Marckgr. SIGFRIED u. LüDER, it. von SIEGFRIDI Söhnen, VDONE I. u. LüDERO,* Cap. V. *vom Marckgr. VDONE II. dessen Brüdern vnd Schwestern, von dessen Sohn HENRICO,* Cap. VI. *von Grafen LüDGARD, it. Marckgr. OTTONE u. RVDOLPHO. it. vom Erzbischoff HARTWICO I. welcher der letzte von dem Geschlecht der alten Marckgr. zu Stade gewesen.* Confer quoque, quæ PFEFFINGERVS adfert Tomo II. VITRIARII illustrati p. 668.

§. V.

Quæstionem, quæ multis non parum crucis fixit, expediendam sibi sumserunt scriptores, vbinam sedem suam habuerint hi comites? quumque *Lands-*

 bergen-

bergenses etiam *comites* fuerint dicti, quænam *Landsberga* sit intelligenda? Pertinent huc LEVTINGERVS in topographia ad vrbem *Landsberg*, & in operibus passim, nec non IVSTI CHRIST. DITHMARI obseruatio *de Marchia Landsbergensi, cuius titulo olim vsi fuerunt Marchiones & Electores Brandenburgenses*, Miscellaneorum Berolinensium Tomo IV. p. 153 s. inserta. In catalogo MSCtorum post eiusdem DITHMARI mortem Francofurti diuenditorum occurrit quoque *disquisitio historica de Marchia Landsbergensi, qua simul plurima historiæ Marchicæ capita illustrantur.* Constat illa paginis 55, & ab ea, quæ DITHMARI nomine edita est, differt, adeoque nec DITHMARVM auctorem habere videtur. Huc quoque spectant, quæ P. I. GVNDLINGIVS in atlante Brandenb. obseruauit p. 198. Inprimis hoc argumentum tractauit IO. GOTTLOB HORNIVS *in dem vmständlichen Bericht von dem alten Osterlændischen Marggraffthum Landsberg, worinnen gezeiget wird, wenn eigentlich die Burg- vnd dermalige Edle Herrschafft dieses Nahmens ihren Vrsprung genommen, welchergestalt ihr vordem der Marggrafschafft Character angediehen, was vor Städte vnd Oerter mehr dazu gehöret, welcherley Regiments-Verænderungen sie vnterworffen gewesen.* Dresd. u. Leipz. 1725. 4. pl. 12. Eiusd. *Sendschreiben an Hrn.* M. IO. PAVL STRENGEN *Super. u. P. P. zu Delitsch einige nöthige Emendationes vnd Erlæuterungen der Historie von Landsberg betreffend, bey welcher Gelegenheit verschiedene notable Diplomata inedita bekandt gemacht werden.* Exstat in HORNII *Sammlung zu einer Hand-Bibliothec von Sachsen.* Parte II. p. 214. seq.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

DE MARCHIONIBVS EX FAMILIA PLOCENSI.

§. I. Luca, Iunkerus, §. II. Thorſchmidius. III. Gebhardi.

§. I.

Præter HELMRICVM & GVNDLINGIVM ll. cc. conferatur FRID. LVCAE *im Grafen-Saal*, l. c. de comitatu *Plocenſi* (Plözke) & CHRIST. IVNCKERVS *in der Anleitung zu der Geographie der mittlern Zeiten.* p. 609.

§. II.

THORSCHMIDII antiquitatum Plocenſium mentionem fecimus p. 305. huius bibliothecæ. Quibus addimus, recenſeri etiam hunc librum im Pauillon der Muſen p. 569. Inprimis huc pertinet partis I. caput II. de perſonis imperantibus p. 2 ſqq.

§. III.

Placebunt etiam, quæ I. L. L. GEBHARDI l. c. p. 76 ſeq. in medium profert.

CAPVT QVINTVM.

DE MARCHIONIBVS EX FAMILIA ASCANIENSI.

§. I. *Anonymus,*
§. II. *Caſp. Sagittarius,*
§. III. *Chr. Knautius,*
§. IV. *Scriptores de vita & rebus Alb. Vrſi,*
§. V. *de Pribezlao, Alb. Vrſum adoptante,*
§. VI. *de Ottone.*
§. VII-XI. *de Woldemaro & Pſeudo-Woldemaro.*

§. I.

§. I.

Primus inter ſcriptores, qui hanc familiam illuſtrandam ſibi ſumſerunt, eſt ANONYMVS in continuatione chronici montis ſereni apud MENCKENIVM Tomo II. Script. rer. Germ.

§. II.

De BROTVFIO iam alio loco diximus, vide p. 305. huius bibliothecæ: Id addere licebit, in cel. REIMANNI bibliotheca autographon eſſe, quod ab exemplari impreſſo toto, quod aiunt, coelo differt vid. REIMANNI ideam hiſt. Aſcanienſis p. 73. CASP. SAGITTARII *hiſtoria Marchiæ Soltwedelenſis, in qua potiſſimum ALBERTI VRSI vitæ & res geſtæ exponuntur*, reſpondente IO. HILGENDORFF Ienæ prod. 1685. 4. pl. 6. Recenſetur in der Hamb. Bibliotheca hiſtorica Cent. V. p. 250. Germanica lingua donata hæc diſſertatio addita eſt nouæ chronici editioni Solquellæ 1732. 4. pl. 7. ſub titulo: C. SAGITTARII *Geſchichte der Marggraffſchafft Saltzwedel, in welcher beſonders ALBRECHTS des Bæren Leben und Thaten ausgeführet werden*, Salzw. 1732. 4. Quam diſſertationem notulis quibusdam illuſtrauit Experientiſſimus HOPPIVS.

§. III.

CHRISTIANI KNAVT *antiquitates comitatus Ballenſtadienſis & Aſcanienſis, oder gründl. u. ausführl. Beſchreibung der beyden uhralten Nord-Thuringiſchen Graffſchafften Ballenſtædt und Aſchersleben, nach dero Benahmung und alten Zuſtande, inſonderheit aber von derſelbigen alten Beſitzern, den edlen Beringern, und gefürſteten Grafen, wie auch von dero Geſchlecht, Leben, Thaten, Kriege und Todt*. Cöthen 1698. 4. pl. 19½. Idem KNAVTIVS p. 134 prouocat ad *hiſtoriam Marchionum*

Bran-

Brandenb. e ſtirpe Aſcanienſi oriundorum, eiusque editionem in præfatione promittit: at enimuero promiſſis ſuis non ſtetit. Plura doctiſſimi huius viri promiſſa, inque illis *calendarium rerum geſtarum comitum Ballenſtadienſium & Aſcanienſium*, cuius ſpem KNAVTIVS in antiquitatibus pagorum comitatus Anhalt p. 22 fecerat, nominat IAC. FRID. REIMMANNVS in idea hiſtoriæ Aſcanienſis p. 71.

§. IV.

ALBERTVS VRSVS non paucos rerum ſuarum præcones nactus eſt. Vt de BROTVFIO, & BECMANNO, aliisque rerum Anhaltinarum ſcriptoribus nunc nihil dicam, KNAVTIVS hiſtoriam eius perſequutus eſt integro capite, laudatis antiquitatibus comitatus Ballenſt. inſerto a p. 114 ad p. 136 vsque. Idem præſtiterunt IAC. PAVLVS GVNDLINGIVS libello ſingulari, & I. L. L. GEBHARDI l. c. p. 101. Denique huc pertinet docta quædam obſervatio, quam parerga Göttingenſia Tom. I. libro III. p. 70 ſ. exhibent, ſub titulo: *error hiſtoricus ex vita ALB. VRSI ſublatus* a C. D.

§. V.

Quum PRIBEZLAVS vel ideo memorabilis ſit, quod ALB. VRSVM adoptauit, prætereunda hic ſicco pede minime eſt erudita celeberrimi IO. DAV. KOELERI *diſſ.* de PRIBEZLAO, *ſeu HENRICO REGE Rege Brandenburgico* Altd. 1724. 4. pl. 3.

§. VI.

Ad hiſtoriam illuſtris huius familiæ etiam pertinet IO. CHRIST. HARENBERGII *diatribe hiſtorica, qua oſtenditur, OTTONEM Marchionem Brand. exſtitiſſe ſæculo XIII. exeunte iudicem pacis regiæ per Saxoniæ tractus generalem.* Inſerta eſt illa Miſcellaneorum Societatis Regiæ Berolinenſis Tomo VI. p. 204 ſeqq.

§. VII.

§. VII.

Ad hiſtoriam WALDEMARI illuſtrandam facit I. P. GVNDLINGIVS *in der Vnterſuchung der Hiſtorie Churf. WALDEMARS des I. von anno 1304 bis zu deſſen a. 1319 erfolgter Entfernung.* Inſeritur hæc diſſertatio libro, qui inſcribitur *Imperalia, oder Anmerkungen über der Deutſchen Reichs-Rechten, der Hiſtorie, Genealogie, Geographie, Hiſtoricorum MSCtorum, alter Diplomatum vnd Vrkunden, der alten vnd mittlern Zeit.* Parte I. Frf. u. Leipz. (Berolini) 1722. 8. pl. 8. Hiſce imperialibus nouus titulus præfixus eſt, nimirum IAC. PAVLI GVNDLING *teutſches Staats-Recht in den mitlern Zeiten.* Frf. (Berolini) 1740. 8. Idem GVNDLINGIVS Atlanti, quem vocat, Brandenburgico p. 69 ſ. inſeruit obſeruationem: *Ob der angekommene* WALDEMAR *der rechte* WALDEMAR *geweſen? Affirmatiuam tuetur, & cum* IO. CHRIST. BECMANNO in Hiſtoriæ Anhaltinæ Parte V. p. 33 itemque IO. BAPTISTA de ROCOLES *dans les impoſteurs inſignes* (in quo quidem libro, eiusque Tomo I. a p. 194 ad p. 214 vsque obſeruatio legitur hic omnino recenſenda, ſub titulo: *L'Impoſteur pretendu WOLDEMAR, Marquis, Electeur de Brandenbourg, ſous l'Empire de Charles IV l'an de Ieſus Chriſt 1354*) ſentit.

§. VIII.

Idem argumentum tractauit, verum autem WALDEMARVM fuiſſe negat IVSTVS CHRIST. DITHMARVS in exercitatione de *Pſeudo Marchione Brandenburgenſi,* WALDEMARO, quam exhibet exercitationum ſubceſiuarum Francofurtenſium Tom. III. Sect. II. p. 173 ſeqq. Recuſa eſt hæc exercitatio in ſylloge DITHMARIana p. 425 ſ.

§. IX.

§. IX.

Habet etiam huc pertinentia GEBHARDI l. c. p. 176 f. & Cl. WALTHERVS singul. Magdeb. P. II. p. 54. Vt de SAGITTARIO non dicam, qui in historia Marchionum ac Electorum Brandenburgensium p. 32 ingentem scriptorum de hoc Pseudo-Waldemaro & rebus cum illo gestis conferendorum numerum adfert. Illis, qui fictum hunc WOLDEMARVM, & suspectæ fidei esse existimant, accensendus etiam est reu. & generosus vir LVDOV. LOEVVENBERGERVS de SCHOENHOLTZ Maruizensium Pastor fidelissimus, qui ALBERTI etiam VRSI, LVDOVICI I. & II. nec non OTTONIS ex gente Bauarica historias multo studio illustrauit: qui vero libri in hunc vsque diem inediti sunt.

§. X.

Commemoranda quoque est ante nobis laudati IVSTI CHRIST. DITHMARI *obseruatio historica, qua WOLDEMARVM I. Marchionem Brandenb. gentis Ascaniæ vltimum fuisse, WOLDEMARVM vero II. & IOHANNEM IV. qui post illum* Marchiæ *Brandenb.* a. 1322. vel 1324 *præfuisse dicuntur confictos esse probatur.* Conf. Miscellaneorum Berolinensium Tom. II. p. 48 seqq.

§. XI.

Denique ad historiam illorum temporum illustrandam facit b. CAROLI ANDR. HENNINGS *obseruatio de* LVDOVICO BAVARO, *non per litteras adulteratas legati WOLDEMARI Elect. Brandenb. sed per ipsum Electorem præsentem electo.* Confer Societatis Regiæ Berolinensis Miscellaneor. Tom. III. p. 325 f. Quumque in DAN. EBERH. DOELPII *Bericht von dem alten Zustand, vnd erfolgter Reformation der Stadt Nördlingen* Parte II. n. 22 occurrat *consensus* WOLDEMARI *Marchionis*

chionis de Brandenburch super dotatione parochie in Nordelingen a. 1314 huius quoque mentionem iniiciendam duxi.

CAPVT SEXTVM.

DE MARCHIONIBVS E FAMILIA BAVARICA ET LVCEMBVRGENSI.

§. I. *Gundlingius, Gebhardus,* §. *II. Freherus,* §. III. *Koelerus.*

§. I.

Perpauci sunt scriptores, qui in illustranda vtraque hac familia desudarunt. Præter enim HELMERICVM & GARCAEVM ll. cc. ex editis vix quemquam habeo, quem hic allegare possim. Vtramque familiam illustrandam sibi sumserat IAC. PAVLVS GVNDLINGIVS, quem annales LVDOVICORVM I. & II. itemque OTTONIS, nec non SIGISMVNDI, WENCESLAI, & IODOCI parasse scio. Ipse ego particulam quamdam ex annalibus hisce GVNDLINGII bona cum gratia auctoris antiquitatibus meis Tangermundensibus p. 139 sq. inserui. Morte autem præuentus prelo tradere schedas suas non potuit. De Marchionibus ex Bauaris & Bohemis habet quædam GEBHARDI l. c. p. 176 sq.

§. II.

Incidi nuper in librum, qui ad historiam Marchionum Brandenb. ex Bauariæ ducibus omnino facit. Titulus isti præfixus hic est: *Imp. LVDOVICI IV. Bauariæ Ducis sententia separationis inter* MARGARETHAM *Ducissam Carinthiæ, &* IOANNEM *Regis Bohemiæ filium, eiusdemque dispensatio inter eandem* MARGARETHAM *&* LVDOVICVM

DOVICVM *Marchionem Brandenb. cum consultationibus* MARSILII de PADVA, & GVIL. OCCAMI, *cum praef.* MARQ. FREHERI, *vtrum Principi an Pontifici super re coniugali legislatio & iurisdictio competat.* Heidelb. 1598. 4. pl. 8.

§. III.

Ad *Lucemburgensem* familiam quod attinet, egregiam operam praestitit celeberrimus IO. DAN. KOELERVS, cui elegantissimam diss. debemus, quae inscribitur: *familia Augusta Lucemburgensis ex monumentis fide dignis demonstrata*, resp. ABR. GOTHOFR. FABRO, Altd. 1722. 4. pl. 11. Genealogias omni studio elaboratas communicauit, iisque assertiones auctorum fide corroboratas superaddidit.

CAPVT SEPTIMVM.

DE MARCHIONIBVS ATQVE ELECTORIBVS EX GENTE ZOLLERANA ORTIS.

§. I. Plurimi gentis Zolleranae historiam illustrarunt.
§. II. Helmericus,
§. III. Io. Limnaeus.
§. IV. Frid. Lucae.
§. V. Zach. Garcaeus,
§. VI. Th. Forstmannus,
§. VII. VIII. Inediti scriptores huc pertinentes.
§. IX. Scriptores de Burggrauiis Norib. Layrizius,
§. X. Stübnerus, Iungius,
§. XI. Falkensteinius.
§. XII. de Ferfrido Grüvvelii libellus.
§. XIII. Controuersia de Burggrauiatu Norib. scriptores quidam
§. XIV. de Electoratu Noribergensi.

§. I.

Gentis Zolleranae & generis antiquitate, & rerum felicissime gestarum gloria inclytae historiam quam plurimos illustrasse in pro-

 patulo

patulo eſt. Scriptores, qui huc pertinent, dum commemoramus, primo loco impreſſos ponimus, illos addituri, qui hucdum inediti ſunt, & inter bibliothecarum cimelia numerantur.

§. II.

CASP. HELMERICI annalium liber tertius totus huc referendus eſt, *de inſigni & antiqua familia comitum Zollerenſium, & Burggrauiorum Norici caſtri, quae incepta eſt ſub* SIGISMVNDO *Imp. a. 1411 a* FRIDERICO *Burggrauio, vsque ad modernum Electorem* (IO. SIGISMVNDVM) *agens.* Quum de auctore alio loco fuſius egerimus, eiusque vitam opuſculorum hiſtoriam Marchicam collectionis parti IV inſertam dederimus, nolumus nunc ea repetere. De LEVTINGERO, HOLTORPIO, SAGITTARIO & SCHVLZII diſſertationibus de illuſtribus Marchionibus alio quoque loco iam diſſeruimus. Imo quodammodo integrum ſectionis I. libri huius IV & VII huc facit.

§. III.

Inſignem etiam in illuſtranda gentis huius hiſtoria operam præſtitit IO. LIMNAEVS iuris publici libro II. capite VII itemque additionum Tomo I. p. 743 & Tomo II. p. 379 edit: Schilterianæ, quæ Argentorati a. 1709 prodiit. Virum hunc primarium aulæ Onoldinæ adminiſtrum fuiſſe, inque domeſticis rebus ſingularia plura habere, quæ nullibi reperiuntur, Germaniæ Principis auctor celeberrimus p. 647 adſerit. Vitam LIMNAEI qui legere velit, adeat die Onolzbachiſchen Nachrichten de a. 1740. n. 1 ſeqq.

§. IV.

In FRIDERICI LVCAE *Fürſten-Saal*, quod nunc tractamus, argumentum tangunt, quæ p. 791 occurrunt *von den Burggrauen zu Nürnberg*, p.

802.

802. *von der Burggrafſchafft zu Nürnberg*, p. 804 *von den Burggrafen zu Nürnberg aus dem Hochgræfl. Geſchlecht von Hohenzollern*, quos quidem Burggrauios ſingulos recenſet ad p. vsque 860. Plurima huc pertinentia habet RENTSCHIVS in libro ſupra laudato, *dem Cedern-Hain* a p. 134 ad p. 148 vsque. Idemque, comites Zolleranos, & Burggrauios Noribergenſes ex Zolleranis ortos luculentius deſcribit. Maxime huc ſpectat PREGIZERVS libro, quem p. 320 recenſuimus, quemque Diui FRIDERICI I. Pruſſorum Regis iuſſu conſcriptum eſſe epiſtola dedicatoria docet. Inprimis huc pertinent caput V *vom Vrſprung der Grafen zu Zollern*, & VI. *Fernere Beſchreibung des Hauſes Hohenzollern.*

§. V.

ZACH. GARCAEVS l. c. p. 152 ſeqq. de familia Zollerana multa adfert. Nonnulla quoque in HENDREICH *Entwurff*, eiusque Parte II. & GVNDLINGII atlante Brand. p. 79 reperiuntur, quæ ad rem noſtram faciunt. Auctor *des Staats von Preuſſen*, de quo alio loco diximus, idem ſequitur conſilium: cui anonymus, quem Noribergenſem eſſe p. 16 huius bibliothecæ conieci, quasdam obſeruationes (*Anmerkungen*) oppoſuit, ab auctore deliciarum Topo-geographicarum Noribergenſium, (quæ a. 1733 fol. prodierunt, quasque Suabaci impreſſas eſſe credo,) confutatus.

§. VI.

Commemorari etiam meretur THOMAE FORSTMANNI, lycei Iſerlohnenſis in Weſtphalia Rectoris, diſſertatio, reſpondente THEODORO IO. HILLENSBERG equite Marcano, ſiſtens *aretologiam Electorum Brandeuburgenſium e familia Burggrauiorum*, Suſati 1716. 4. pl. 2 recuſa, & collectioni opuſculorum

sculorum hist. March. illustrantium inserta, parte XVIII p. 1 sq.

§. VII.

Ex scriptoribus nondum editis innotuerunt, qui in tabulario Regio Berolinensi adseruantur, (1) *prima incrementa Burggrauiatus Norici*, quod fragmentum a Procuratore Noribergensi SCHEVRERO *comparauit* IO. VLRICVS PREGIZERVS, 50 foliis constans fol. (2) *Burggrauiatus Norimbergensis descriptio, wann vnd welchergestalt die Acquisition bey dem Burggrafthum geschehen.* Conscripsisse dicitur Consiliarius Onoldinus, nomine AICHMANNVS. (3) MSCta quædam WVRFBAINII *de Burggrauiatu Noribergensi.* (4) Schedæ quædam IO. MART. RAVSCHERI *de Marchia, & Marchionibus Brandenburgicis.* (5) *Ein Auszug aus 2 alten Chronicis vom Burggrauiatu Noriberg.* (6) *Ein kurzer Auszug der acquisitorum Burggrauiatus.* (7) *Chronicon MSCtum ineditum ciuitatis Noribergensis ex bibliotheca* PREGIZERI. *In diesem*, scribit PREGIZERVS in epistola ad IO. WILH. PETERSENIVM d. 28 Dec. 1705 data, *sind gewis keine gemeine Sachen de rebus Germaniæ, Burggrauiatus Noriberg. & ciuitatis Noribergæ, enthalten: diese Communication rühret aus Connexion mit dem pacto gentilitio successorio Brandenburgico-Zollerensi, welchem die Materie von dem Titul, Wapen, vnd Honoribus des Burggrafthums Nürnberg gegen dem Haus Hohenzollern auch inserirt, vnd ich hiezu von dem Hochfürstlichen Hause Hohenzollern ad tractandum auch bin beuollmæchtiget worden.* Hactenus PREZIGERVS, cuius mortem quidem p. 320 in annum 1712 contuli: fateor autem ingenue, me tum errasse. Rectiora enim edoctus, ex curiculo vitæ doctissimi viri perspexi, illum a. 1708 d. 2. Febr. ipso

ipſo die natali anno ætatis LXI. Tubingæ mortuum eſſe.

§. VIII.

In catalogi Bibliothecæ Vffenbachianæ Tomo III. occurrit *anonymi narratio genealogico-hiſtorica de Burggrauiis Noribergenſibus, inprimis de variarum terrarum per eosdem acquiſitionibus, wenn Graff FRIDRICH von Zollern zu dem Burggravthum zu Nurnberg kommen iſt, auch was ein ieglicher der Burggrauen dazu bracht, vnd erkaufft hat.* In eiusdem VFFENBACHII bibliothecæ MSS. parte X. p. 1086 habes *priuilegia Marchionibus Brand. ac Burggrauiis Noribergenſibus conceſſa.* In bibliothecæ MENCKENIANAE catalogo p. 822 leguntur *origines Burggrauiorum Noribergenſium* germanice, ibidem p 823. indicatur ERNESTI BROTVFFII *Chronica der Chur- und Fürſtlichen Hæuſer der alten vnd neuen Marggrafen zu Brandenburg.* Ibid. p. 830 exſtat *Ankunfft der Burggrafen zu Nurnberg u. Marggrafen zu Brandenb. bis 1471 was ein ieder dazu gebracht hat.* Alibi exſtare memini MS. foliis XLI. conſtans *das Herkommen der alten Burggrauen u. Chur-Furſten zu Brandenburg, und deren zugenommenen Wapen, cum iconibus.* In bibliothecam meam ex Seideliana tranſiit libellus MS. decem foliis conſtans, ſub titulo: *Vrſprung und eigentliches Herkommen der Chur-Fürſten von Brandenburg Hohen Zolleriſchen Linie.* Poſſideo etiam alium libellum itidem MS. IX. paginarum, ſub titulo: *quomodo Electoratus Brand. ab Anhaltinis Principibus ad Burggrauios Norimb. deuolutus*, it. *de originibus Burggrauiorum Noribergenſium.* Item *Wahre eigentliche vnd Archiumæſſige Deductionem originis der Herren Burggrafen zu Nurnberg Welf-Zolleriſcher Linie, vnd wie von denenſelben*

 ihro

Ihro Chur- vnd Hochfürstl. Durchl. zu Brandenburg, Culmbach vnd Onolzbach herstammen, vsque *ad Burggrauium* FRIDERICVM IV *exclusiue nebst Beylagen von N. I. bis XX.* Constat paginis CIV. Denique *kurze vnd gründliche Deductio, daß Ihro der Herren Chur- vnd Fürsten zu Brandenb. Chur- vnd Hochfürstl. Durchl. Herren Progenitores, vnd deren Frauen Gemahlinnen allschon a. 1127 im Fürstenstand würcklich gewesen, vnd von den damaligen Römischen Kaysern, Königen, Churfürsten, vnd andern hohen vnd niedern Standes-Personen dauor tractirt, respectirt, vnd tituliret worden, auch von dato an bis daher darinnen vnuerrückt geblieben seyn. Die dazu gehörige Beylagen von N. I. bis XX sind bey dem Tract. de origine Burggrauiorum zu finden.* Constat paginis XXXI. Vtriusque huius libri auctor esse existimatur IO. PHIL. BAVMGAERTNERVS consiliarius Onoldinus a. 1726 defunctus, cuius vitam descripsit V. C. IO. GEORGIVS GERET, Onoldi 1740 f. pl. 2. Ex hac biographia constat, BAVMGAERTNERVM *iustum* quoddam *de Burggrafiatus iuribus* volumen conscripsisse. In bibliotheca b. HOFFMANNI ICti Francofurtani exstitisse quoque memini MSCtum XLV plagulis constans, sub titulo: *Vrsprung der Fürsten zu Zollern.* Inter ineditos libros delitescit IO. HIER. WVRFBAINII *gegründeter historischer Bericht, was es mit dem Fürstenthum Burggrafthums Nürnberg vor, vnd als es hernach an die Grafen von Zollern kommen, vor Beschaffenheit gehabt, vnd noch habe, sowohl wegen des ersten Burggrafens aus diesem Haus, als auch dieses vnd seiner Successorn bis auf diesen Tag hohen Ansehen bey dem Reich, nicht allein ihrer hohen Qualitæten, sondern auch zusammen gebrachten*

Land

Land vnd Leute, vnd dauon entsprossenen Kayser-König- Chur- Fürst - vnd Græflichen Hæusern nach.

§. IX.

Quumque scriptores de Burggrauiatu Noribergensi ea quoque attingant, quæ Burggrauios spectant: non possum non illis hic locum dare. Hos inter est PFEFFINGERVS in VITRIARIO illustrato Tomo II. a p. 679 ad p. 683. Huc etiam refertur IO. GEORGII LAYRIZII *diss. historica de Burggrauiatu Norico, eius initiis, augmentis, principibus, horumque consiliariis, ad nostra vsque tempora præcipuis*, Baruthi 1667. 4. pl. 9½. Multa lectu digna hæc dissertatio exhibet, rarior nunc, & vix obuia. CHRIST. PELLERVM ICtum Noribergensem dissertationem hanc in multis refutasse, vir quidam doctus retulit, qui autographum possidet. Fortasse hoc ipsum exemplum illud est, quod in catalogi bibliothecæ N. H. GVNDLINGII Parte II p. 601 venum expositum fuit, vbi inter MSCta occurrit, adiectis cuiusdam *incorruptæ veritatis studiosi notis & animaduersionibus ad* LAYRIZIVM, & CHRIST. SCHEVRDE *deductione von dem Nürnbergischen Burggrafthum.* 1705. 4.

§. X.

FRID. WILH. STÜBNERVS duas dissertationes de *Burggrafiatu Noribergensi* Lipsiæ edidit 1730 & 31. 4. pl. 14. Omnibus vero palmam præripuit Vir Amplissimus CAROLVS FERDINANDVS IVNGIVS, cui debemus *kurze doch gründliche Auweisung, was die Comicia Burggrauia sey vnd inuolvire? dann was es mit der Hoheit des Kays. Land-Gerichts Burggrafthums Nürnberg vor eine eigentliche Beschaffenheit habe? samt einer*

angehængten Geuealogia von denen Durchl. Herren Burggrafen, Onolzb. 1733. 8. pl. 16½. Eiusdem *aigentliche vnd grundhaltende Fortſetzung der bereits angefangenen Genealogie von denen Durchl. Herren Burggrafen zu Nürnberg, beſondern anitzo vom Hrn. Churfürſt FRIDRICH dem I. zu Brandenb. anfahend, vnd bis auf deſſen glorreicheſtes Lebens-Ende continuirend, wobey viele mit exacter Ausführung der Burggræfl. Hoheiten, vnd Landes-Superioritæt, wie auch zu angenehmer Erlæuterung der Hiſtorie angebrachte, vnd in das ius publicum einſchlagende Merckwürdigkeiten vorkommen.* ib. 1735. 8. Alph. 1. pl. 5. Recenſionem elegantiſſimi huius operis dabunt uoua litteraria Lipſienſia ad h. a.

§. XI.

IO. HENR. VON FALCKENSTEIN antiquitatum Nordgauiæ veteris tomo III. de Burggrauiatu Noribergenſi multa ſe prolaturum promiſit. In titulo enim partis I. ſignificauit, parte III. actum iri *von dem Vrſprung ſowohl des Burggrafthums Nürnberg an ſich ſelbſt, als auch denen aus der vhralt- vnd in vielen Zeit-Regiſtern hochberühmten Græflich-Zolleriſchen Familie abſtammenden Herren Burggraffen und von denenſelben abſtammenden Durchl. Herren Marggr. zu Brandenb. dereſelben Ruhm-vollen Leben, vortreflichen Thaten, geſtifteten Ehren- vnd Denkmahlen, u. a. höchſt rühmlichen mehr, bis auf itzige Zeiten.* In eiusdem analectis Nordgauienſibus occurrunt nonnulla, quæ hiſtoriæ Burggrauiorum lumen affundunt e. g. parte II. *Ob ein Burggraf zu Nürnberg geweſen, der Henricus*

ricus geheiſſen? Ob die Græſin Beatrix aus Liebe zu ALBERTO pulchro ihre 2 kleine Kinder getödtet? Parte III. *Ob Burgrav GODEFRIDVS aus dem Hauſo Vohburg, oder Zollern geweſen?*

§. XII.

Vtrum Zolleranæ domus origo a Romanis, an a Columneſiis deriuanda ſit, nondum liquet. Auctores, qui hoc argumentum excuſſerunt, allegarem, niſi exiſtimarem, nimis me a ſcopo meo aberrare, quandoquidem ad ſpecialiſſimas eiusmodi, quas vocant, qnæſtiones deuenio. Confer, quæ in compendio habet huc omnino ſpectantia PFEFFINGERVS in VITRIARIO illuſtrato Tomo II. p. 635. Columneſiorum autem dum memini, non poſſum non indicare libellum, cuius titulus eſt: IO. GRÜWEL *der itzigen Churfürſten vnd Marggrafen zu Brandenburg, Burggrafen zu Nürnberg u. Grafen zu Hohenzollern Vhranherr FERFRIED ſamt deſſen Heldenthaten vnd Abentheuern poëtiſch beſchrieben* (Berlin) 4. pl. 6. recuſ. inter auctoris poëmata, quæ vocat *weltliche Lieder vnd Gedichte* adiecta *der hochteutſchen Vers- Reim-vnd Dicht-Kunſt*, quæ prod. Rupp. 1709. 8.

§. XIII.

Si conſtituiſſem, ſcriptores, qui controuerſiam illam celebrem de Burggrauiatu Noribergenſi tangunt, enarrare, ampliſſimus ſe mihi campus ad exſpatiandum daretur. Paucos tantum indicabo. IO. CHRIST. WAGENSEILIVS in commentatione de ciuitate Noribergenſi libro II. a p. 289 hoc argumentum tractat. Ita enim liber, quem dixi, inſcribitur: *de controuerſia, quæ a ducentis prope annis, inter Sereniſſimos Marchiones Brandenb. tanquam Burg-*

grafios Noribergenses, & ipsam rempublicam Noribergensem, in camera imperiali agitatur. Capite I. *causa Marchionum Brandenb. defenditur;* capite autem II. *causa Noribergensis adseritur.* Quae celeberrimus de LVDEWIG in Germania principe p. 587 differuit, omnino huc pertinent. Alios scriptores lubens nunc praetermitto. In celeberrimi cuiusdam ICti XXIV spissa volumina hanc controuersiam spectantia deprehendi doctus quidam amicus retulit.

§. XIV.

Nescio, vtrum etiam hoc loco commemoranda sint, quae inter WILHELMVM GABRIELEM PACHELBL de GEHAG Consiliarium Baruthinum, & IO. WILH. IANVM Professorem Vitebergensem fuerunt disputata. Ille enim Halae a. 1705 edidit dissertationem *de originibus Electorum Christi natiuitate non iunioribus, von der Churfürsten erstern bis zu, ja über Christi Geburth hinauf kommenden Vrsprung* respondente CHRIST. NICOLAO HOPPIO, nunc consule Solquellensium meritissimo, in qua Burggrauiatum Noribergensem iam saeculo IX non solum Ducatum, sed Electoratum etiam fuisse adfirmabat. Quod quum secus IANO videretur, in iudiciis eruditorum de origine Electorum a. 1711 Vitebergae editis p. m. 170 hanc sententiam impugnabat. Id vero ille aegre ferens edebat *etwas aus dem grauen Alterthum heut zu Tage ganz neues, nemlich das vormahlige Herzoglich Norgau vnd mithin Burggraeflich Nürnbergische Churfürsten-Recht, als S. Kays. Maj. CAROLVS VI. dero Reise durch das Norgau nahm*, Onolzb. fol. Idem edidit *deutscher Reichs-Staats-Vrkundliche Nachrichten*

auf

auf die Erwehlung des Kayserl. vnd Churfürstl. Recht, sonderlich vor das Burggrafthum Nürnberg. ib. fol. Huic IANVS opposuit dissertationem *de veteri Ducatu atque Electoratu Norimbergensi.* Witteb. 1712. 4. pl. 2.

CAPVT OCTAVVM.

DE VITA FRIDERICI ELECTORIS I.

§. I. Multi scriptores huc pertinentes.
§. II. Speciatim Gundlingius.
§. III. Iungius.
§. IV. Solennis inuestitura principis Constantiae facta.
§. V. Monimentum sepulcrale.
§. VI. de grossis eius iussu cusis.

§. I.

Vitam Principis huius omnes illi descripserunt, qui illustrissimae gentis Zolleranae historiam condiderunt, quosque sectione IV. bibliothecae huius commemorauimus. In eo tantum differunt, vt alter aliquanto longior in enarratione sit, alter breuior. Nobis hoc capite illi erunt recensendi, qui data opera vel vitam, vel momenta quaedam memoratu prae reliquis digna illustrarunt.

§. II.

Inprimis laudamus IAC. PAVLI GVNDLINGII *Leben u. Thaten FRIDERICHS, ersten Churfürstens zu Brandenburg*, Halle 1715. Alph. I. pl. 15 ½. Iussu regio conscriptum fuit hoc opus imminente tum anno saeculari, quem politicum suo loco vocauimus. Adiutus auctor est chartis & diplomatibus ex Regio Berolinensi & Plassenburgensi tabulario, magnumque a rerum harum gnaris gratiam

tiam iniit. Recensent hunc librum Acta eruditorum, quae Lipsiae colliguntur, an. 1716 p. 92.

§. III.

Huic iungo amplissimi IVNGII librum elegantissimum, cuius superiori capite § XI. mentionem feci. Inprimis huc pertinet altera libri pars, Genealogiam incluti Principis exhibens praemissis p. 61 operis a GVNDLINGIO elaborati, quod modo commemorauimus, laudibus multa profert lectu dignissima e. g. quae in obsidione vrbis Rotenburgensis a Burggrauio facta sunt p. 63. multis diplomatibus insertis, de aduocatia monasterii cuiusdam Noribergensis ab imperatore ei tradita p. 126. Plura etiam habet de vendito castro Noribergensi, & disputata in vtramq. partem profert a p. 152. de praefectura Bohemiae ei commissa p. 406. de morte eiusdem, coniuge, filiis, & filiabus p. 425 seq. Huc quoque pertinet eiusdem Amplissimi IVNGII *authentische und mit Documentis bestaettigte Genealogie der Herren Marggrafen zu Brandenburg in Franken, von Hrn. Churf. FRIDERICO I. an bis auf itzo regierende Hochfürstl. Durchl.* Miscellaneorum Tomo I. inserta p. 294 sq.

§. IV.

Quumque FRIDERICVS hic Electorum Brandenburgicorum ex inclyta gente Zollerana primus sit, legi merentur omnino, quae laudatus IVNGIVS habet de principe hoc, quem SIGISMVNDVS Marchiae prouisorem, *General-Capitain und Verweser* (*rechten Obristen, und gemeinen Vorweser und Hauptmann* Diploma l. c. exhibitum vocat) constituit p. 117 s. Prae reliquis commemoranda sunt solemnia, illa, Constantiae an. 1415 & 1417. cum FRIDERICO acta. Pertinet huc IO. NAVCLERI Chronographia p. 278 s. quem

ANGELVS in annalibus p. 196 CERNITIVS l. c. p. 18 & RENTSCHII Ceder-Hein p. 75 sequuntur. Nec minus huc referenda est *splendidissima inuestitura* FRIDERICI I. *Burggrauii Norib. primi ex hac illustrissima domo a Cæsare* SIGISMVNDO *Constantiæ in foro publico solemnissime creati Electoris Brandenb. ex* GEBHARDI DACHERII *Historia concilii Constantiensis MS.* inserta ab HERMANNO *von der* HARDT Tomo V. rerum magni concilii Constantiensis p. 183 s. Repetiit hæc solemnia IO. PETRVS de LVDEWIG in der Erlæuterung der güldenen Bulle Part. II. p. 1187. *Chur-Brandenburgische Beleibung* a. 1417 ex actis Concilii Constantiensis. Ex opere IVNGIANO supra memorato huc spectant, quæ p. 123 s. leguntur it. p. 132 s.

§. V.

Monimentum sepulcrale huic Electori Heilsbronnæ positum delineat IO. LVDOVICVS HOCKERVS im Heilsbronnischen Antiquitæten-Schaz p. 7. & 33. Cel. IVNGIVS quoque Miscellaneorum Tomo I. habet quædam, pompam funeris spectantia p. 312. *Begenkniss meines alten Hrn. sel. Marggr. Fridrichs, der starb als Kurfürst.*

§. VI.

Grossorum iussu huius Electoris cusorum meminit celeberrimus auctor, qui TENZELII descriptionem numorum Brandenburgicorum recudendam curauit, & accessionibus quibusdam ornauit in den Wöchentlichen Onolzbachischen Nachrichten a. 1740. p. 331 nota f.

CAPVT

CAPVT NONVM.

DE VITA FRIDERICI II. ELECTORIS.

§. I. *Vita Electoris a Gundlingio descripta.*
§. II. *Genealogia & monimentum,*
§. III. *Epistola Electoris.*
§. IV. *Confessio eius.*
§. V. *de Sodalitate B. M. Virginis ab Electore fundata.*
§. VI. *De numis eius.*
§. VII. *De filio Ioanne.*

§. I.

Primus, quem in scenam produco, IAC. PAVLVS GVNDLINGIVS est, cuius prostat *Leben und Thaten* FRIDERICHS *des Andern, Chur-Fürsten zu Brand. aus den Archiuen, Originalien, Archiuischen Nachrichten, Diplomatibus, Vrkunden, Tractaten, Registern, Brieffschaften und damaligen Autoren, auf hohen Befehl abgefasset*, Potsd. 1725. 8. Alph. 1. pl. 18. Recensent hunc librum Acta Lipsiensia a. 1726. p. 443. Prostant etiam *Gespræche im Reiche der Todten zwischen Churf.* FRIDERICO II. *und* CONR. TIBERIO *von* WALLENRODT *Hochmeister des teutschen Ordens Leipz. 1734. 4.*

§. II.

Genealogiam Electoris exhibet celeberr. IVNGIVS miscellaneorum Tomo I. p. 301 sq. Monimentum sepulcrale, quod Heilsbronnæ exstat, exhibet HOCKERVS l. c. p. 7 vbi RENTSCHIVM emendat, & p. 33 vbi quædam ad insignia Electoris maxime attinentia adfert.

§. III.

Idem HOCKERVS l. c. p. 207 ex archiuo Onoldino communicauit *Schreiben Hrn. Churf. FRIDRICH des Andern an Hrn. Marggraff ALBRECHTEN seinen Hrn. Bruder wegen der Lande*

de Stetin vnd Pommern, *ingleichen derselben Wapen*, *contra Herzog ERICVM von Wolgast vnd dessen Successores*, de a. 1465.

§. IV.

Ceterum duo, & ea quidem memoria longe dignissima sunt, de hoc Electore obseruanda. Primum confessio eius fidei, quam CASP. SAGITTARIVS in hist. Marchionum & Electorum Brand. p. 44 valde memorabilem, ac in multis vere Euangelicam esse ait, quamque integram exhibuit RENTSCHIVS l. c. p. 381 & I. E. T. *in der historischen Beschreibung des alten Frauen Closters Himmelcron.* p. 141 s. Pertinet huc CASP. a LILIEN *oratio de FRIDERICI II. March. & El. Brandenb. fidei confessione Baruthi habita.* Bar. 1673. 4. pl. 4½.

§. V.

Deinde adnotari meretur sodalitas b. Mariæ Virginis in monte ad vetus Brandeburgum, de qua pag. 162 huius bibliothecæ scriptores quosdam recensuimus. Hisce addimus quaternionem documentorum ad historiam sacræ & illustris sodalitatis B. M. V. in monte ad vetus Brandenburgum ex laudata a nobis dissertatione KOELERIana repeti *in der Historie des Closters Himmelcron.* p. 144 s. Huc etiam pertinent, quæ de anniuersario huius sodalitatis communicauit amplissimus IVNGIVS Miscellaneorum Tomo I. p. 133 s. In diario Berolinensi, *die Potsdammische Quint-Essentz* dicto, quod a. 1741 prodiit, quædam etiam leguntur hanc sodalitatem tangentia num. LX. s.

§. VI.

Numos eius iussu cusos recensent diurna Onoldina supra memorata de an. 1740. n. 43.

§. VII.

§. VII.

De filio Electoris IOANNE, quem alchymistam vocant, inusitatae modestiae, patrisque Electoris sermone ad filios habito consulantur, quae habent FREHERVS Tomo II. Scriptorum rer. Germ. p. 78. NAVCLERVS l. c. p. 1064 & Germaniae principis auctor celeberrimus p. 495 f.

CAPVT DECIMVM.
DE
VITA ALBERTI ACHILLIS.

§. I. *Vitam Electoris exposuerunt Sabinus, Iustus, Layritius,*
§. II. *Flessa,*
§. III. *& inediti quidam.*
§. IV. *Monimentum eius sepulcrale.*
§. V. *sic dicta Dispositio.*
§. VI. *Numi eius iussu cusi.*

§. I.

Primus eorum, qui vitam illius illustrarunt, est GEORGIVS SABINVS carmine elegantissimo, quod libro II. de Caesaribus Germanicis inseruit. WOLFGANGI IVSTI oratio huc pertinens p. 301 iam est allegata. Succedit GEORGIVS GOEZIVS, respondente auctore IO. GEORGIO LAYRIZIO, Curiensi, cuius dissertatio prostat, inscripta: *Achilles Germanicus*, siue ALBERTVS *El. Brand. delineatus* Ien. 1670. 4. pl. 5½. Idem LAYRIZIVS a. 1682 orationem habuit de *Heroibus Brandenburgicis*, inque ea, quae in modo dicta dissertatione vberius proposuerat, contraxit.

§. II.

Spectat quoque ad hanc vitam illustrandam IO. ADAMI FLESSA Programma, *vtrum* ALB. ACHILLES *ludis equestribus fuerit inuictus?* Bar, 1727. fol.

fol. pl. 1½ vide *die Hamburgische Berichte* a. 1741. p. 386.

§. III.

Inter bibliothecæ Guelferbytanæ MSCta exstat descriptio Achillis Germanici. IAC. etiam PAVLVS GVNDLINGIVS vitam eiusdem elaborauit, quam vero morte interceptus typis publicare non potuit.

§. IV.

Monumentum eius & coniugis memoriæ positum exhibet HOCKERVS l. c. Genealogiam vero cel. IVNGII miscellanea l. c. p. 303 s. Idem IVNGIVS habet ad historiam dicti Electoris, ad pompam nuptiarum & funeris pertinentia p. 320 s. Quæ autem pagina 366 referuntur, non minus lectu digna sunt, *von dem a. 1473 vom Hrn. Marggraf ALBRECHT zu Schwabach gehaltenen Ritter-Recht*, & p. 368 *Handlung des gehaltenen Thurniers zu Onolzbach*.

§. V.

Celebris est Diui Electoris sic dicta *dispositio*, ex qua excerpta quædam allegantur in catalogo bibliothecæ MSCtorum VFFENBACHII, eiusque parte V. p. 502. Hac nititur compositio, quam vocant, Gerana (*der Gerauische Vertrag*) quæ quid sibi velit, patet ex scripto quodam, a. 1739 edito, sub titulo: *Historische Sendschreiben von Mit-ausschreibenden Fürsten-Amt im löblichen Frænkischen Craiß, und was es mit demselben, zwischen beyden Hochf. Hæusern Culm- und Onolzbach vor eine eigentliche Bewandniß gehabt, und noch habe. Mit Beylagen* Lit. A - K. Ff. u. Leipz. 4. pl. 21. In sylloge documentorum lit. I. huc pertinet: *Copia Vertrags, wie solcher zwischen Hrn. IOACH. FRIDRICH Churf.*

zu Brand. u. Hrn. GEORG FRIDRICH Marggr. zu Brandenb. a. 1598 zu Gerau geschlossen, a. 1599 zu Magdeburg reuidirt, vnd endlich sub d. Onolzbach a. 1603 von vorgedachten Hrn. Churf. dann dessen Herren Gebrüdern u. Söhnen wiederholet, genehm gehalten, u. als ein pactum domus perpetuo valiturum bestættigt worden, die Succession, vnd übrige Verfassung des Chur- u. Fürstl. Hauses Brandenb. betreffend. a p. 77 ad p. 111 vsque.

§. IV.

In bibliotheca Guelferbytana cernitur *Kriegung mit König MATTHIAS in Vngarn,* it. *wie Herzog BVGISLAF mit Marggr. ALBRECHT zu Krieg kam, vnd dadurch vermeinet, die Lehne nicht mehr von Brandenburg, sondern vom Reiche zu empfahen* MS.

CAPVT VNDECIMVM.

DE VITA IOANNIS CICERONIS.

§. I. *Scriptores vitæ Electoris.*
§. II. *Numi eo regnante cusi.*
§. III. *Sermo supremus maxime memorabilis.*
§. IV. *Monimentum sepulcrale.*

§. I.

Electoris IOANNIS vitam descripsere CERNITIVS l. c. GARCAEVS l. c. pag. 233 & celeberrimus auctor Germaniæ Principis. IAC. enim PAVLI GVNDLINGII vita quo minus publicaretur, mors impediuit.

§. II.

Nullos plane eo imperante numos cusos esse, TENZELIVM in admirationem rapuit. conf. diurna Onol-

Onoldina l. c. Et nos miraremur cum illo, nisi GARCAEVS l. c. p. 243 quamdam grossorum inscriptionem communicasset.

§. III.

Sermonem principis huius supremum, quem dignum censet SAGITTARIVS l. c. vt omnium principum animis inscribatur, repetit LEVTINGERVS operum p. 8. ed. nostrae, & ex eo RENTSCHIVS l. c. p. 434 s.

§. IV.

Corpus Electoris Lehnini primum sepultum, deinde Coloniam ad Sueuum delatum esse, docet ANGELVS in annalibus p. 460. Nos quoque monimentum hoc ex orichalco affabre confectum descripsimus im Alten u. Neuen Berlin p. 51 s.

CAPVT DVODECIMVM.

DE VITA IOACHIMI I.

§. I. *Scriptores qui de vita Electoris exposuerunt, Struuius,*
§. II. *Gundlingius,*
§. III. *Flessa.*
§. IV. *De ludis equestribus Rupini ab Electore celebratis.*
§. V. *De Constitutione Marchica successiones spectante.*
§. VI. *De epistolis Electoris ad Trithemium.*
§. VII. *De scriptis quibusdam Carionis.*
§. VIII. *De Epitaphio El. posito, & numis eius iussu cusis.*
§. IX. *Scriptores qui de vxore eius exposuerunt.*

§. I.

Res huius Electoris mirifice illustrant commentarii a LEVTINGERO editi. Ipsa enim regiminis auspicia primo statim illius libro referuntur, quem integri saeculi historiam complexum esse suo loco diximus. CERNITIVS item, GARCAEVS, RENTSCHIVS, SAGITTARIVS

ll. cc. & ill. auctor Germaniæ principis vitam huius principis delinearunt. Quibus adde BVRC. GOTH. STRVVII dissertationem, quæ inscribitur: *IOACHIMVS Nestor comitatus Rupinensis restaurator*, respondente ANDREA SCHNAKENBVRGIO Rupinensi Ien. 1711. 4. pl. 4. Breuem quoque biographiam Electoris exhibent die Hamburgische Remarques a. 1705. p. 226 f. & S. R. CYPRIANI historia A. Confessionis p. 234.

§. II.

In schedis IAC. P. GVNDLINGII fragmentum deprehenditur, ex quo intelligi potest, eum in huius quoque Principis vita illustranda desudasse, cui labori titulum præmissurus erat: *Leben und Thaten Churf. IOACHIM des I.* Non pauca etiam ad vitam Electoris IOACHIMI pertinentia habet liber ab eod. GVNDLINGIO editus, quem inscripsit: *Auszug Chur-Brandenburgischer Geschichten, Churfürst IOACHIM des II. vnd Churf. IOH. GEORGEN zu Brandenb. bey Gelegenheit der Lebens-Beschreibung Hrn.* LAMPERT DISTELMEYERS, *Chur-Brandenb. Canzlers* (Berlin) 1722. 8. Alph. 1. pl. 9.

§. III.

Referri quoque huc meretur IO. ADAMI FLESSA Progr. *de Electore Brandenb. IOACHIMO I. criminis magiæ falso suspecto.* Conf. Hamburgische Berichte de a. 1741. p. 387. Elegans est obseruatio, huc omnino pertinens, quæ in SCHOETTGENII & KREYSIGII diplomatischer Nachlese Parte III. p. 537 nota (i) legitur, huius argumenti: *Ich habe diese Worte, so wie ich sie im* HAFTITIO *gefunden, vnuerstümmelt eindrucken lassen. Es sey aber ferne von mir, daß ich den theuren Churfürsten*

ſten deſſen beſchuldigen ſolte, daß er von Zauberey viel gehalten: ſondern ich glaube vielmehr mit LEVTINGERO p. 639 opp. *daß man von ihm mehr vorgegeben, als zu beweiſen ſtehet. Es war aber dieſes ein Fehler der damaligen Zeiten, daß man alle Klugheit und Geſchwindigkeit, die man nicht ſogleich begreiffen konte, der Zauberey zuſchrieb.*

§. IV.

Vt de momentis quibusdam, quæ hiſtoriam Principis huius memorabilem faciunt, ſcriptores adducam, refero huc PVBLII VIGILANTII ARBILLAE *progymnaſmata bellica a IOACHIMO I. El.* Brand. *Rupini celebrata in lucem edi curauit* IAC. PAVLVS GVNDLINGIVS Berol. 1718. 12. pl. 4. Translatio libelli huius germanica prodiit Francof. & Lipſiæ, immo rectius Berolini 1728 hoc titulo: *Tapferkeit des Mærkiſchen Adels, oder das von weiland Churf. IOACHIMO I. zu Br. glorw. Andenkens a. 1509 zu Neuen Rupin gehaltene denkwürdige Thurnier, wegen ſeiner Fürtreflichkeit, u. der dabey vorgefallenen ungemein curieuſen Vmſtænden, ins Deutſche überſezt.* 4. pl. 6.

§. V.

Nec prætermittere poſſumus *Conſtitution, Willkör vnd Ordnung der Erbfelle, vnd andere Sachen, wie damit durch die ganze Mark zu Brandenburgk, vnd der dazu gehörenden Landen, hinfüro ſoll gehalten werden.* Berlin 1527. 4. Sæpe recuſa eſt hæc conſtitutio, e. g. Berol. 1588. vbi additur *des Churf. zu* Brand. *Cammergerichts zu Cölln Reformation de a.* 1540. 4. pl. 4. Luculento commentario illuſtrata eſt iſta conſtitutio, ſub tit: *diſſertatio, qua conſtitutio*

ſtitutio IOACHIMI I. El. de ſucceſſionibus a. 1527 lata notis illuſtratur, præſide CHR. GODOF. HOFFMANNO, reſpondente auctore IO. SAM. STEYER Ff. 1733. 4. pl. 15. Inſerta quoque eſt hæc Conſtitutio corpori MYLIANO conſtitutionum Marchicarum.

§. VI.

Quumque non paucæ exſtent epiſtolæ, quas Diuus IOACHIMVS ad IO. TRITTHEMIVM dedit, earum quoque non potui non facere mentionem. Conf. celeberr. IO. PETRI a LVDEWIG præfationem ſcriptoribus Wirzburgenſibus præmiſſam §. XIV & adiectas notas, quibus epiſtolas quasdam Electoris cum reſponſionibus TRITTHEMII inſeruit. Confer, quæ ſupra p. 378 diximus.

§. VII.

IO. CARIONIS viri in republica eruditorum celebratiſſimi ſcripta quædam proſtant, aut iubente, vt titulus indicat, aut probante Electore edita. Titulus hic eſt: M. IO. CARIONIS *deutſch himmliſcher Influentz nach Chriſti Geburth 1529 Iahr zu Ehren, Lob u. Wohlgefallen Churf. Gn. von Brandenburg.* Ff. 4. pl. 1. Eiusd. *Practica auf das 1533 Iahr zu Ehren dem Durchl. Fürſten, Hrn. IOACHIM Churf. zu Brandenb.* 4. pl. 3. Hunc CARIONEM in epiſtolis nuncupatoriis quas ſcriptis ſuis (plura enim edidit) præmiſit, ſe vocaſſe *Eu. Churf. Gn. demüthigſten Vnterthan*, quum obſeruarent nonnulli, exiſtimarunt eum vel in Marchia, vel in terris Brandenburgenſibus natum eſſe. Verum enimuero Marchicis ille adnumerandus non eſt, quippe cui BIETTIGHEIMIVM patria contigit, vrbs in Ducatu Würtembergico ſita, ſub dioeceſi Maulbronnenſi. Conf. IO. FABRI *altes vnd neues*

neues geistl. Ministerium in dem ganzen Herzogthum Würtemberg p. 119 f.

§. VII.

In HORTLEDERI opere de caussis belli Germanici, eiusque Tomo I. p. m. 785 (ed. de a. 1645) occurrit *Marggraf IOACHIMS Verantwortung gegen Sachsen vnd Hessen der vermeinten Bündniß halber* d. a. 1528. Prodierat nimirum anno superiore *Verbündniß der Bischöfe u. a Fürsten wieder Chur-Sachsen, u. den Landgrauen zu Hessen*, it. *auf den Zugk wieder Churfürsten vnd Fürsten. 1527. 4.* Sed sufficiat nobis hæc indicasse: longiores enim esse non possumus.

§. IX.

Epitaphium Electori a GEORGIO SABINO positum repetit REINECCIVS, & STRVVIVS in laudata dissertatione p. 29. Hic etiam addit eiusdem SABINI elogium ex libro II. de cæsaribus Germanicis, idque elegantissimum. De numis iussu Electoris cusis confer die Hamburgischen Remarques a. 1705. p. 224. KOELERI Münz-Belustig. Partis III. præfat. §. XLIV. it. die wöchentl. Onolzb. Nachrichten a. 1740. n. 43.

§. X.

Ad historiam ELISABETHAE, quæ IOACHIMI vxor contigit, facit IO. AGRICOLAE *Leichpredigt über der Sepultur u. Begræbniss der Durchl. Fürstin vnd Frauen ELISABETH geb. aus K. Stam̃ zu Dennem. Marggrafinnen zu Brandenb. Churfürstin* Berl. 1555. 4. pl. 7. Habent etiam quædam de illa MAGNVS DAN. OMEIS in diss. de eruditis Germaniæ mulieribus (Altd. 1688 edita) p. vlt. & SAM. MOLLERVS in Programmate, quod inscribitur: *gynecæum illustre puriori Lutheri ætate do-*

ctrinae deditum. Freib. 1738. fol. pl. 3. Confer etiam, si placet, quae supra p. 180 adduximus. §. VI. & notam f HILDESHEIMII narrationi de vita IOACHIMI II. nostro studio recusae additam. Multa quoque ad historiam ELISABETHAE adfert REHTMEIERI chronicon Brunsuicense: ibi enim de coniugio illius p. 782 de religionis emendatione autem p. 794 agitur. Idem confirmat HERM. HAMELMANNVS in operibus genealogicis p. 921 & 931. Hac occasione non possum non adnotare, prostare ordinationem quamdam ecclesiasticam, sub titulo: *der Marggräfin ELISABETH von Brandenb. Kirchen-Ordnung*, (vide Catalogum bibliothecae IO. ALB FABRICII parte III. p. 231 n. 2184) caue autem hanc ordinationibus Brandenburgicis adnumeres: Brunsuicenses enim terras spectat.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

DE VITA IOACHIMI II. ELECTORIS.

§. I. *Scriptores multi, qui de hoc Electore agunt,*
§. II. *Haftitius,*
§. III. *Meiemburgius,*
§. IV. *Schosserus, Stolshagius, Cornerus,*
§. V. *Andr. Musculus,*
§. VI. *Celichius,*
§. VII. *Garcaus,*
§. VIII. *Montagius,*
§. IX. *Phil. Agricola,*
§. X. *Paulus Creusingius,*
§. XI. *Selneccerus,*
§. XII. *Forstmannus,*
§. XIII. *Hildesheimius,*
§. XIV. *Pierius,*
§. XV. *Elector puriora sacra in Marchiam introducit,*
§. XVI. *Camera ordinationem emendat,*
§. XVII. *Redit in Marchiam depulsis Turcis,*
§. XVIII. *Iter ingrediente illo gallorum cantus praesagium felix.*
§. XIX. *de numis eo regnante cusis.*
§. XX. *Lutheri de Electore iudicium,*
§. XXI. *De dispositione, quam vocant, Electoris, quam posteris commendauit,*

§. XXII.

§. I.

Quum huius Principis vitam REINECCIVS, LEVTINGERVS, ANGELVS, HELMERICVS, SAGITTARIVS, RENTSCHIVS, & Germaniæ principis auctor, ll. cc. illustrarint, illos nunc addo, quorum opera in eo versata est, vt sigillatim describendum sumerent principem Electorem, patre maiorem, multarumque rerum gloriose gestarum laude inclytum. Hos igitur vt enarremus, instituti ratio iubet.

§. II.

PETRI HAFTITII *de vita & obitu Illustrissimorum ac pientissimorum Principum D. IOACHIMI II. S.R.I. Archi Cam. & El. & D. IOANNIS fratris, Marchionum Brandenb. oratio pietatis & gratitudinis ergo in schola Berolinensi habita* Ff. 1571. 4. pl. 5 prodiit. Perrara est hæc oratio, quam suo tempore recudendam curabo.

§. III.

CHRISTOPHORI MEIEMBVRGII consiliarii Brandeb. *oratio continens historiam vitæ & obitus Ill. Principum IOACHIMI II. & IOHANNIS Marchionum Brandenb. fratrum destinata exequiis Electoris celebratis Coloniæ ad Spream VII. Cal. Febr. a.* 1571. cum ipsius exuuiæ ex ritu christiano sepulturæ traderentur, Witteb. 1572. 4. pl. 11. Oratio hæc, quam CERNITIVS suo iam tempore in paucorum manibus esse dixit, recusa est Magdeburgi 1621. 4. studio IO. BLOCII poëtæ Magdeb. sub tit.: *Peplum Mineruæ, seu oratio continens &c.*

pl. 9½. In principio delineationis BLOCIVS nominat hanc orationem *a tot annis paucorum manus terentem, oculos pascentem, sciendi orexin saturantem.*

§. IV.

Scriptum publice propositum a Rectore Academiae Francofordianae IO. SCHOSSERO AEMILIANO *ea die, qua funus in vrbe Arctoa fieret IOACHIMO II. March. Brand. & Elect.* Ff. 1571. 4. pl. 1½. Huc etiam pertinent CASP. STOLSHAGII *Bernauiani carmen in funere eiusdem* ib. e. 4. pl. 1½ & CHRISTOPHORI CORNERI *oratio de vita & obitu IOACHIMI II. qui pie decessit III. die Ian. habita eo die, quo ipsi patriae patri academiae & ecclesiae Francofordianae ad Viadrum ciues parentarunt & funeris iusta soluerunt.* ib. e. 4. pl. 4.

§. V.

ANDREAE MVSCVLI *Sepultur des Durchl. Herrn IOACHIM M. zu Brand. in Gott heiliglich entschlaffen, d. 2 Ian. in der Nacht, zwischen 4 u. 5 Vhr, ihrer Churf. Gn. Alters im 66 friedlicher Regierung aber im 36 Iar begraben, d. 26 Ian. 1571 mit christlichen, Churf. u. Fürstl. Ceremonien, wie folgent ordentlich verzeichnet vnd erzehlet.* ib. e. 4. pl. 7½. (2) Eiusd. *Leichpredig in der Sepultur-Hrn. IOACHIM* - ib. e. 4. pl. 5.

§. VI.

ANDREAE CELICHII *Leichpredigt über der Sepultur des Durchl. Hrn. IOACHIM: addita est de eiusdem principis vita oratio metrica, autore CELICHIO* Magdeb. e. 4. pl. 8.

§. VII.

§. VII.

IO. GARCAEI *pia & historica commonefactio ac precatio recitata in noua arce Brennonis, cum exsequiæ celebrarentur Ill. Princ. El. IOACHIMI II. Brandenburgici, quem cum fere expleuisset annum ætatis 66 ex hac valle lacrymarum, sub initium statim huius noui anni 1571 Ianuarii tertia die, mane circa horam V. euocauit Deus ad coelestis vitæ consuetudinem.* SCHLICHTIVS horar. subcesiuar. parte I. p. 102 iudicauit: *darinnen sind recht gute Dinge von den rebus gestis IOACHIMI II. zu finden, sonderlich die ad ecclesiastica gehören.* Translatio orat. prostat, sub tit: *eine christl. u. kurze Vermahnung, gehalten in der Churf. Stadt Brandenburg, zu einer Leichpredigt vnserm lieben Landesuater vnd gdsten Herrn, Marggraf IOACHIM dem II.* Witt. e. 4. pl. 12. SCHLICHTIVS vero l. c. non integram esse hanc translationem dicit. *Dieses ist,* inquit, *eine Vbersetzung von der vorhergehenden Rede, ist aber defect.* GARCAEVS *selbst hat darüber geschrieben, diese Rede sey gehalten in lateinischer Sprache in dem neuen Particular der Churf. neuen Stadt alten Brandenburg.* Vnum id addo, orationem ipsam numquam impressam esse: autographon enim vidit SCHLICHTIVS in bibliotheca PLOTHOIANA, in quam ex SEIDELIANA transierat. Conf. catalogi bibl. PLOTHOIANAE partem II. p. 822 n. 10773.

§. VIII.

MART. MONTAGII *carmen continens prosopopoeiam Marchiæ lugentis obitum ill. Princ. IOACHIMI II. El. Br. & præstantis homagium ac commendan-*

mendantis sese fidei & tutelæ D. IO. GEORGII (cui intertexta est breuis descriptio processus in funeris deductione) dedicatum & exhibitum ill. Br. IO. GEORGIO El. cum Brandenburgum auspicato ingrederetur. e. 4. pl. 2.

§. IX.

PHIL. AGRICOLAE ISLEBII *Bericht vnd Vermahnung von - Hrn. IOACHIMEN M. zu Br. seligen Abgang, vnd welchergestalt ime auch der - Hr. IOH. GEORG auf dem Schloß zu Cölln d. 10. Ian. von beider Stett Berlin u. Cölln Vnterthanen persönlich hulden vnd schweren lassen, auch mit was herrl. Geprenge Ihr. Churf. G. Hr. Vater den 26 Ian. zu Chur- u. Fürstl. Begræbnis bestettiget worden, reimweis gestellet.* 4. pl. 5½.

§. X.

PAVLI CREVSING *einfæltige u. christl. Erinnerung, von denen fürnehmen Woltbaten, so Gott der Allmechtige u. Gütige durch die Regierung des - Hrn. IOACHIMI des II. diesen Landen der Marck gegeben, u. wiederfaren lassen, d. 26 Ian. an welchem Tage die Sepultur S. Ch. Gnaden geschehen zu Berlin zu Ehren u. löbl. seel. Ged. S. C. Gnaden gehalten zu Beelitz.* Witt. e. 4. pl. 5½. Huius CREVSINGII chronicon alio loco allegauimus. Data hac occasione monemus, patriam ipsi Stolbergam fuisse, eumque diaconi munia Belitii in Marchia obiisse. Male igitur in catalogo bibliothecæ MENCKENII p. 827 vocatur diaconus Stolbergensis.

§. XI.

NIC. SELNECCERI *Predigt über den tödl. Abgang Hrn. IOACHIM des II. gehalten im Schloß*

zu

zu Wolffenbüttel, continetur in THOMAE STYBARI *historischer Erzehlung u. Leichpredigten etl. Durchl. Euangelischer Churfürsten des H. R. Reichs, samt Ihrem christl. Leben, Wandel und tödtl. Abgang, desgl. derselben Contrafacturen, u. Bildnüssen, auch Epitaphiis, oder Grabschriften*, Leipz. 1593. 4. In hac collectione legitur homilia SELNECCERI p. 189 s. Additur *historische Erzehlung von dem Leben u. Wandel auch christl. Abschied aus dieser Welt Hrn. IOACHIMI II.*

§. XII.

THOMAE FORSTMANNI aretologia, & I. P. GVNDLINGII Auszug Chur-Brand. Geschichte, huc ex parte omnino spectant: quae vero scripta alio loco iam indicauimus. Idem GVNDLINGIVS historiae Diui IOACHIMI II. fragmentum reliquit.

§. XIII.

FRANC. HILDESHEIMII *vitae duorum potentissimorum Principum IOACHIMI II. El. & IOANNIS Marchionis Brand. it. duorum Marchiae Cancellariorum* LAMP. DISTELMEIERI & HADR. ALBINI prodierunt Ff. 1592. 4 pl. 8. Vitae Cancellariorum etiam seorsim prostant. Narrationes autem historicas de vita IOACHIMI II. El. & IOANNIS Marchionis Brand. quum rariores essent, adiectis notulis quibusdam historicis recudendas curauimus. Conf. opusculorum historiam Marchicam illustrantium collectionem fasciculo XXII.

§. XIV.

VRBANI PIERII epicedion in obitum IOACHIMI II. Marchionis Brand. prodiit Ff. 1571. 4. pl. 1.

§. XV.

Insignem Diuus Elector laudem meruit, quod puriora

riora in Marchiam ſacra introduxit. Nolumus hic repetere, quæ de hoc argumento p. 181 huius bibliothecæ attulimus, quæque de prima in his terris edita ordinatione p. 871 diſſeruimus. Id vero intactum prætermittere nolumus, immo nec poſſumus, proſtare M. LVTHERI *Sermon von der würdigen Empfahung des heil. wahren Leichnams Chriſti in Gegenwærtigkeit des Hochgeb. Fürſten, u. Marggr. zu Brand. des Iüngern.* Wittenb. 1521. 4. pl. I.

§. XVI.

Quumque idem Elector cameram, quæ Berolini eſt, ita inſtitutam voluerit, vt iuſtitiæ ratio vnice haberetur, edi iuſſit *Reformation Churfürſtl. Gnaden zu Brandenburg Cammergerichts zu Cölln an der Sprew.* Publicata eſt in ipſo ordinum Marchiæ conuentu 1540, ſæpiusque recuſa, itemque illuſtris MYLII corpori conſtitutionum Marchicarum Tomo II. inſerta, & vtplurimum conſtitutioni, cuius capite ſuperiori §. V. mentionem fecimus, adiecta.

§. XVII.

Pertinet quoque ad hiſtoriam Diui Electoris GEORGII SABINI *deſcriptio reditus IOACHIMI II. March. Br. depulſis Turcis.* Witteb. 1533. 4. Adiecta eſt illa VLR. de HVTTEN panegyrico, quem recenſet celeberrimus IAC. BVRKHARDVS in luculento commentario de fatis & meritis HVTTENI Parte I. p. 87 Confer etiam opera SABINI p. 380 opp. & eiusdem elegiam VII libri I. pag. 26 opp. Huius reditus etiam meminit MART. PRAETORIVS Marchiados libro I. F. 2. b. Quumque PAVLVS IOVIVS admodum iniurius eſſet in IOACHIMVM, noſter SABINVS famam principis egregio carmine, elegia nimirum XV libri VI vindicauit, quæ inſcribitur, *ad poſteritatem pro illuſtriſſ.*

illustriss. Principe IOACHIMO II. contra P. IOVIVM.

§. XVIIII.

Nec ſicco pede prætereundum eſt elegans eiusdem SABINI carmen, de præſagio quodam plane ſingulari. Princeps enim, quem dixi, quum iter aduerſus Turcos ingrederetur, galli vix ante biduum nati totum diem læti cècinerunt. Carmen hoc legitur in operibus SABINI p. 252 (ed Lipſ. 1607) Idem illud repetiit ANGELVS annalium p. 321. Exſtat quoque de hoc gallorum cantu ingenioſa obſeruatio in IO. CAROLI SCHOTT diſſertatione, cuius titulus eſt: *die Haupt-Tugenden eines löbl. Landes-Herrn auf eine verborgene Weiſe ordentlich u. ſinnreich vorgeſtellet in einem alten Stein des Königl. Medaillen-Cabinets zu Berlin zuerſt angemerket u. erkläret.* (Berl. 1717. 4. pl. 6½ c. figg.) p. 38. Excerpta huius diſſertationis habent miſcellanea Berolinenſia Tomo III. p. 340.

§. XIX.

Numos regnante IOACHIMO II. cuſos enarrat TENZELIVS l. c. Conf. die wöchentl. Onolzbachiſche Nachrichten de a. 1740. n. 44 vbi erudtiſſimus ad TENZELIVM commentator p. 346 obſeruat, Electorem noſtrum edicti ab Imperatore de re monetaria publicati inter omnes Electores obſeruantiſſimum fuiſſe. Confer etiam celeberrimi KOELERI *gründl. Nachricht von dem deutſchen Müntz-Weſen* in præfatione.

§. XX.

Quid MART. LVTHERVS de Electore noſtro ſenſerit, paucis ſignificabo: Optare ſe inquit, vt Elector Brandenb. Pontificis R. dignitate gauderet. *Er wolte wünſchen, daß Ire Churf. G. möchten Pabſt zu*

Rom

Rom seyn, denn solte es mit der Religion wohl besser zugehen, u. I. C. F. G. würden die Cardinäle u. Bischöfe recht mustern. Verba hæc refert BVCHHOLZERVS loco §. XXV. n. 2. allegando in præf. Confer etiam LVTHERI colloquia mensalia, vbi occasionem quamdam, quæ Electori data est, curiam Romanam detestandi, & LVTHERI animum confirmandi relatam legas p. 754. ed. Lipſ. de a. 1700.

§. XXI.

Quum Diuus Elector sacrorum ministris Berolinensibus rerum adiaphorarum tractationem iniungeret, hi vero hanc Electoris sententiam molestius ferrent, graui sermone illos castigauit. Verba habet IO. CHR. BECMANNVS in meditationibus politicis p. 631.

§. XXII.

Epistolas Electoris manu annis 1538. 40 & 50 scriptas in bibliotheca Guelferbytana adseruari constat. Quasdam ad LVTHERVM datas p. 192 recensui. Circumfertur etiam dispositio sic dicta, ab Electore a. 1562 scripta regulas quasdam posteris præscribens, siquidem felices regiminis successus sibi obtingere cupiant. Dispositionem istam, quam vocant, Diuus Elect. FRID. WILHELMVS in cista quadam vasis argenteis plena in arce Custrinensi forte fortuna a. 1686. reperisse dicitur.

§. XXII.

Historia mortis & pompa funeris præmissa est homiliæ ANDR. MVSCVLI, cuius §. V. fecimus mentionem, sub titulo: *Sepultur des Durchl. &c.*

§. XXIII.

Quantum Electoris in reparanda æde cathedrali, quæ Coloniæ est, fuerit studium, docet das A. u. N. Berlin parte I. p. 50. §. XIV. Quod ad familiam Diui Electoris attinet, ea etiam scripta, quæ ad illustrandam

ſtrandam illam pertinent, communicabo. Filiorum hiſtoriam ſpectantia alio tempore ſignificabimus. In præſenti igitur filiarum rationem habebimus Hiſtoriam vitæ ELISABETHAE MAGDALENAE, quæ Duci Brunſuicenſi FRANC. OTTONI nupſit, illuſtrat curriculum vitæ adiunctum homiliæ, quæ ſequenti titulo proſtat: FRIDRICH LEVTHOLD *Leichbegængniß-Predigt über den Todesfall Frauen ELISAB. MAGDALENA geb. M. zu Br. aus dem Churf. Hauſe Brandenburg, u. Herzogin zu Braunſchw. welche den 22 Aug. 1595 entſchlaffen, u. d. 3 Sept. im Thumſtifft zur Erden beſtætigt worden,* Ff. 4. Alph. 1. pl. 1. Inſcriptionem ſepulcralem exhibet libellus a FRANC. HILDESHEIM domus Brandenb. Medico editus, ſub tit: *Inſcriptiones ſepulcrales, quæ vulgo ſunt epitaphia Electorum & Marchionum quorundam Brandenburg.* Berol. 1608 4. pl. 3. Repetitur illa im Alten u. Neuen Berlin. P. I. p. 53. §. 18. Proſtant etiam (a) BALTH. CAMINAEI *carmen in exequiis eiusdem.* Ff. 1594. 4. pl. 1. (b) PHIL. AGRICOLAE *Klag-Gedicht über den Todt ELIS. MAGDALENEN, Herzog FRANCISCI OTTONIS zu Braunſch. Witben.* ib. e. 4. (c) HERM. LIPSTORPII *oratio de illuſtri vitæ curriculo inclytæ & pientiſſimæ heroinæ ELIS. MAGDALENAE ex Brandenburgica aula in lætam coeli regiam translatæ: adiecta eſt ipſius Genealogia.* Witt. 1596. 4. pl. 3. (d) CHRIST. PELARGI *elegus ad exequias ELIS. MAGD.* Ff. 4. pl. 1. (e) HIER. BRVNNERI *Leichpredigt bey dem Begræbniſs derſelben.* ib. 4. pl. 5. Conf. RETHMEIERI Braunſchw. Chronic. p. 1375.

§. XXIV.

dam, quem laboris huius ſocium adſciuerat, PVFENDORFII commentarios legiſſe, & diuerſa exempla adhibuiſſe: alterum autem alteri ita prorſus reſpondiſſe, vt ouo ouum ſimilius eſſe non posſit. Id vero largior, primæ editionis exempla differre, ſi chartam ſpectes: ea enim in quibusdam grandior & nitidior, in aliis non ita ſplendida eſt. Quis vero inde diſcrimen aliquod effinxerit, vt alteram editionem caſtratam eſſe contendat? Adſtipulor igitur bibliothecæ hiſtoricæ Hamburgenſi l. c. opus hoc interpolatum eſſe perneganti. Mecum ſentit AD. FR. GLAFEY, qui dum in der Hiſtorie des Rechts der Vernunft p. 212. de PVFENDORFIO pluribus exponit, eiusdem cum FRID. GESENIO Inſp. Gardelegienſi (qui ſub nomine CHRISTIANI VIGILIS latuit) controuerſias narrat, commentarios quoque de vita Diui FRID. WILHELMI recenſet, dicens: *Er blieb im Herzen gut Schwediſch, u. die Chur-Brand. Geſchichte daſiger Zeit hatten mit den Schwediſchen eine genaue Connexion. Einige gaben ihm Schuld, daß er in dieſem Buche ſeine Affecten nicht gnug zu bergen gewuſt, ſich auch darinnen vergangen habe, daß er verſchiedene Geheimnüſſe des Brandenb. Hofes nicht gnug menagiret, welches letztere ihm begegnen konte, weil er in den Brandenb. Affairen nicht gebraucht war.* Interpolatos tamen commentarios negat p. 213 deque incepta ab eodem PVFENDORFIO hiſtoria FRIDERICI I. refert, quam ineditam IO. a BESSER reliquit, cuius bibliothecam Dresdæ ſupereſſe conſtat.

§. XXXIX.

FRIDERICH WILHELMS *des Groſſen, Churf. zu Brandenb. Leben und Thaten*, Berl. 1710. 8.

 Alph.

Alph. 3. pl. 13. c. f. recensentur in bibliothecæ nouæ Halensis, quæ in officina Rengeriana prostat, Tomo I p. 265. Auctor huius libri litteris initialibus præfationi subscriptis indicatur ERDM. VASE, qui, se commentarios PVFENDORFII in epitomen redegisse in præfatione ingenue fatetur, adhibitis nonnunquam aliorum historicorum scriptis.

§. XL.

Eodem anno GEORGIVS ROTH programma publicauit, quo FRID. WILHELMI M. rerum gestarum magnitudo, & momenta aliquot virtutis pariter & fortunæ soli M. Pr. Electori propria, nec vlli Principum, quotquot in vniuerso terrarum orbe post hominum memoriam siue Imperatorum, siue Regum, Principumque Electorum dignitate gauisi sunt, magnique habentur, communia velut in breui tabula proponuntur. Berol. e. 4. pl. 1½. Tria inprimis commemorat soli FRIDERICO WILHELMO propria, nec vlli Imperatorum, Regum, vel Principum Electorum communia. Liceat verba ipsius autoris repetere. (1) *Natus est hæres eius dignitatis, quam constanti benignioris fortunæ cursu, eo vsque retinuit, dum stirpi suæ repeteretur.* (2) *Bella, non modo praelia confecit Heros inuictus omnia felicissime, sine vlla iustitiæ, fidei aut nominis labe, nunquam victus, nunquam fugatus.* (3) *Cum belli tempore regimen auspicaretur, & omnem ætatem fere sub pellibus ageret, in pace tamen triumphis ditatus extremum mortalis vitæ diem confecit.*

§. XLI.

Leben u. Thaten FRID. WILHELMS des Grossen, aus den bewæhrtesten Geschicht-Schreibern in

belieb-

beliebte Kürze gefasset, durch glaubwürdige Urkunden bestætiget, u. mit Medaillen u. Münzen erlæutert von GEORG DAN. SEYLER Ff. (1730) fol. Alph. 2. c. figg. plurimis. Præclarum hoc opus est, & non vna laude dignum. Intimauerat illud celeberrimus LILIENTHALIVS Tom. I. Prussiæ illustratæ, ibidemque numismata vitam Diui Electoris illustrantia communicauerat. Ipsum vero opus SEYLERI, dum delineationes numorum ære expressas oculis sistit, & prodest & delectat. Ceterum prætereundam non est, TENZELIVM quoque dialogorum anni 1695 mense Iulio inter reliquos numos Brandenburgicos horum etiam mentionem fecisse, qui FRID. WILHELMVM M. spectant. Addantur obseruationes cel. CHRISTII in diurnis Onoldinis l. c.

§. XLII.

Pertinere huc etiam videntur *Gespræche im Reich der Todten, zwischen* CAROLO GVSTAVO *König in Schweden, u.* FRIDERICO WILHELMO *Churf. von Brandenburg*, Leipz. 1722. 4. Translatio Belgica prodiit Amst. 1723. 8. Item *Gespræch im Reich der Todten zwischen* GVST. ADOLPH *König in Schweden, u.* FRID. WILHELM *Churf. zu Brand.* Lipf. 1728. 4. Partes II.

§. XLIII.

Dignum quoque commemoratione nostra est IO. MAGIRI *breuiarium historiæ metallicæ* FRID. WILHELMI M. Electoris Brandenb. hactenus ineditum. Instituti huius TENZELIVS mense, quem dixi, p. 571 mentionem fecit, adiecitque, sibi indicem numismatum ab eodem MAGIRO transmissum esse. Idem TENZELIVS scribit, nonnullos horum numorum sumtibus Electoris cusos esse: & recte quidem. Plurimos enim tantum delineatos vidi,

vidi, cum opus MAGIRI oculis vſurpaui. Abſoluitur illud CXII §§. quorum lemmata bona cum lectoris gratia allegabo: (1) Ortus FRIDERICI WILHELMI 1620. (2) Eius iuuentus 1639. (3) Initium regiminis Electoralis eius 1640. (4) Feudum Boruſſiæ ab eo ſuſceptum 1641. (5) Exequiæ Parentis GEORGII WILHELMI El. habitæ 1642. (6) Homagium Marchicum ſuſceptum 1643. (7) Cura religionis eius. Conuentus Thorunienſis 1645. (8) Matrimonium Curlandicum ab Ipſo curatum 1645. (9) Matrimonium eius prius cum Principiſſa Auriaca 1646. (10) Conuentio eius prouiſionalis cum Princ. Neoburgico de Iuliacenſi ſucceſſione 1647. (11) Heruordia ab Ipſo reducta 1647. (12) Pax imperio opera eius conciliata 1648. (13) Ducatus Halberſtadienſis nactus 1648. (14) Ducatus Mindenſis adeptus 1648. (15) Principatus Caminenſis dominio adiectus 1648. (16) Ducatus Magdeburgicus obtentus 1648. (17) Duc. Pomeraniæ citer. poſſeſſio quieta adepta 1648. (18) Nuptiæ Brandenburgico-Haſſiacæ conciliatæ 1649. (19) Tumultus Iuliacenſis ſopitus 1652. (20) Conuentus cum Cæſare Pragæ 1652. (21) Vnio Electoralis obfirmata 1652. (22) Dux Magiſterio Ordinis Iohannitici datus 1652. (23) Electio & coronatio FERDINANDI IV. R. Romanor. 1653. (24) Gymnaſium Ioachimicum reſtauratum 1653. (25) Academia Francofurtana inſtaurata 1654. (26) Periſcelis Anglicana adſumta 1654. (27) Exequiæ BOGISLAI XIV. vlt. Ducis Pom. curatæ 1654. (28) Academia Teutoburgenſis Cliuorum erecta 1655. (29) Bellum Brandenburgo-Polonicum 1656. (30) Pax Polonico-Brandenburgica 1657. (31) Supremum dominium Boruſſiæ adeptum 1657. (32) Pax Polono-Brandenburgica, iuramento obfirmata 1657. (33) Ampliati fines Pomeraniæ acceſſione Leobur-

gi

gi 1657. (34) Butouiense dominium feudi iure nactum 1657. (35) Electus & coronatus Imp. LEOPOLDVS Austriacus 1658. (36) Dania defensa 1658. (37) Gottorpia capta 1658. (38) Iutia insula & Alsen superata 1658. (39) Sonderburgum vibs victa 1658. (40) Nordenburgum ciuitas reducta 1658. (41) Fridericia vrbs subiugata 1659. (42) Fenoe insula recepta 1659. (43) Bellum Sueco-Brandenburgicum prius 1659. (44) Prælium ad Neoburgum cum Suecis 1659. (45) Pax Oliuiensis 1660. (46) Perpetuus miles 1660. (47) Berolinum munitum 1661. (48) Mangana (Armamentaria) constituta 1660. (49) Cura legum 1660. (50) Bibliotheca publica structa 1660. (51) Pietas Electoris 1660. (52) Nosocomia ab Ipso erecta 1660. (53) Iusta matri persoluta 1660. (54) Iusta amitiæ viduæ Luneb. soluta 1660. (55) Potstamium conditum 1662. (56) Homagium suprematus Borussiæ præstitum 1663. (57) Expeditio contra Turcas 1664. (58) Neutra & aliæ vrbes captæ 1664. (59) Controuersa successio Brunsuicensis sopita 1665. (60) Pax inter Belgas & Episcopum Monaster. conciliata 1666. (61) Magdeburgum vrbs ad obsequium reducta 1666. (62) Perpetuum foedus & vnio cum Ducatu Iuliaco 1666. (63) Motus Bremensis sedatus 1666. (64) Pax Anglo-Bataua conciliata 1667. (65) Controuersia ob Wildfangiatum curata 1667. (66) Iusta coniugalia 1667. (67) Pax Gallo-Hispana promota 1668. (68) Connubium Electoris secundum 1668. (69) Aucti fines Pomeraniæ per Draheimum 1668. (70) Viadrus Sueuo iunctus 1669. (71) Deuolutio Comitatus Reinstein 1670. (72) Sopita lis Coloniensis 1672. (73) Belgium liberatum 1672. (74) Bellum Turcicum 1672. (75) Tutela imperii 1674. (76) Graula vrbs expugnata 1674. (77) Ratenoa ciuitas recepta 1675. (78) Victoria ad Fehrbellinum de Suecis

cis nacta 1675. (79) Perrupta Pomeraniæ claustra 1675. (80) Iulina capta 1675. (81) Vsedomia adscensa 1675. (82) Wolgastum expugnatum 1675. (83) Expeditio in Ducatum Bremensem 1675. (84) Verda vrbs capta 1675. (85) Carolostadium vrbs domita 1676. (86) Anclamum subiugatum 1676. (87) Demminum deditum 1676. (88) Sedinum victum 1677. (89) Ingressus triumphalis in Sedinum 1677. (90) Victoria ad Hannoniam 1678. (91) Rugia insula adscensa 1678. (92) Sunda subacta 1678. (93) Gryphiswalda superata 1678. (94) Prussia liberata 1679. (95) Religio foederum 1679. (96) Pax Sueco-Brandenburgica 1679. (97) Hamburgum liberatum 1679. (98) Homagium æternum Ducatus Magdeburgici 1681. (99) Nauigatio instituta in Africam & Americam 1681. (100) Opificia stabilita & aucta 1682 (101) Suscepta Frisorum potestas 1682. (102) Miles contra Turcam Poloniæ missus 1683. (103) Armistitium Gallo-Germanicum 1684. (104) Miles Imperatori contra Turcam missus 1686. (105) Buda Turcis erepta 1686. (106) Hamburgum iterum liberatum 1686. (107) Moti Russi in Turcas 1687. (108) Gallii exules fidei recepti 1687. (109) Pedemontani ob fidem eiecti, recepti 1687. (110) Dominium Magdeburgicum ampliatum 1687. (111) Mors Electoris 1688. (112) Consecratio eius 1688.

§. XLIV.

Quod ad coniuges Diui Electoris attinet, prima illarum fuit LVDOVICA Auriaca. Ad huius historiam faciunt: (1) CHRIST. CHRISTIANI παλαιονεογαμία h. e. *nouum coniugium Electorale Brandenburgicum antiquis veterum temporum nuptiis carminice adumbratum pro concelebranda memoria noui coniugii Electoralis Brand. videlicet Ser.*

Ser. Fr. FRID. WILHELMI, cum LOYSA Principissa Vraniæ a. 1646 in Haga celebrantis, Magdeb. 4. pl. 4. (2) Ei. *munus nuptiale Electorale Brandenburgicum, d. i. der Churf. D. zu Brand. höchstwohlgetroffenen Heyrath Hochzeitgeschenck, oder christl. theologischer Vnterricht von Hochzeitgeschenken, was dauon in den Historien gemeldet wird, d. 10 Ian. 1647 an öffentlich intimirten Dancktage proponirt.* ib. 1647. 4. pl. 2. (3) Eiusd. *Coniugii Electoralis Brand. benedictio*, ib. e. 4. pl. 3. (4) GEORG LILIEN *Brandenburgica Fridrico-Ludouicæ Wilhelmina munera maritalia a. 1647.* Berl. 4. pl. 5. (5) VAL. THILONIS *felicitas Borussiæ ex thalamo FRID. WILHELMI & LVDOVICAE proueniens*, Regiom. e. f. pl. 5. Vide eiusd. Panegyricos iunctim editos p. 238. (6) IAC. IVTERBOCK (Insp. Munchbergensis) *corona sexus foeminei fulgida, des christl. Frauenzimmers belleuchtende Ehren-Crone zum Gedæchtniss der Churf. Heyrath, welche S. C. D. zu Brand. d. 27 Nou. 1646 zu Grauenhag mit Fræulein LOVYSA vollzogen haben, bey allgemeinen Glückwunsch u. Dancksagung auf Churf. Verordnung in allen Kirchen d. 10. Ian. 1647 verrichtet.* Ff. 4. pl. 7. (7) IO. GEORGII SELD *epithalamia nuptiis* FRID. WILHELMI *cum* LOVYSA *Grauenhagii a. 1646 celebratis*, Witt. 4. pl. 1½.

§. XLV.

LVDOVICAE memoriam conseruabunt (1) *sieben Leich-Predigten, nebst vnterschiedl. andern Trauer- u. Trostschrifften auf den Abschied der Churfürstin LOYSE, deren Cörper am 8 Iun. 1667 von der Seele abgefodert, u. am 26 Nou. d. a. in das Erb-*

begræb-

begræbniss im Thum beygesetzt worden. Cöln. e. fol. Alph. 4. pl. 12. Continentur hoc fasciculo (a) BARTH. STOSCHII *seelige Hofnung der weiland Durchl. Fürstin u. Frauen, Fr. LOVYSA Marggr. u. Churf zu Brand.* pl. 15. Additur *der Churf. Ehren-Gedæchtniss,* (b) GEORGII CONR. BERGII *Trost u. Rüstung der Glæubigen wieder den Todt, auf dem Churf. Schloss gehalten,* (c) CHRIST. DREIERI, & (d) WILH. SCHLEEMÜLLERI *Regiomontanorum,* (e) CHRIST. GROSSII, & (f) FRANC. SIEFERTI, *Colbergensium, denique* (g) IO. ALEX. NEVSPIZERI *Cliuensis V. D. Ministrorum homiliæ.* Additur (h) FRID. SPANHEIM *Trostschreiben an S. Ch. D. über den Todesfall dero Hochsel. Gemahlin,* (i) GOTTL. PELARGI *oratio parentalis memoriæ posthumæ LOYSAE dicata* Ffrti, (k) IAC. REICHII *laudatio funebris LOYSAE Regiomonti,* (l) CHRIST. FRID. CRELLII *laudatio funebris LOYSAE Auriacæ, Duisburgi habita,* (m) IO. RAVE *supremum munus nomine publico persolutum,* (n) MART. FRID. SEIDELII *ara exequialis.* Præmittitur MART. SILVESTRI GRABII *schema genealogicum Nassauio-Arausio Solmense.* (2) Pompa funebris XLII. tabulis æneis auctore BARTSCHIO expressa seorsim prostat, præmisso titulo: *Der Churfürstin LOVYSE Leich-Procession* f. (3) MART. SCHOOCKII *curriculum vitæ Ser. LOVYSAE coniugis* FRID. WILHELMI *dilectissimæ,* Colon. e. f. pl. 8. (4) GEBH. STRAVBE *herrl. Seelen-Pallast der Gerechten nach dem Absterben der Churfürstin LOVYSA in Potstam betrachtet.* Berlin 4. pl. 5. (5) CHRIST. ROSAE *inuitatio ad pemptada funebrium sermonum super luctuosissimo obitu LVDOVICAE Neo Ruppini habitarum,* Col. e. f. pl. 1. (6) *Acad. Regiomontanæ iusta fune-*

funebria, (7) Eiusdem *Klage- u. Troſtſchrifft über das Abſterben der Churfürſtin.*

§. XLVI.

Alterius coniugii ſolemnia celebrant (1) GOTTL. PELARGI *or. nuptialis tædas FR. GVIL. El. Br. ſimulque Ser. Pr. DOROTHEAE nomine Sen. acad. Viadrinæ humillime excipiens*, Ff. 1668. f. pl. 8. (2) GERTR. MOLLERIN *Glückwunſch auf die Vermæhlung* FRID. WILHELM *u.* DOROTHEEN. (3) CHR. WILH. a CALNEIN *noua Boruſſiæ felicitas ex auſpicatiſſimo thalamo* FRID. WILHELMI *El. &* DOROTHEAE *prouenìens*, Regiom. 1668. fol. (4) MICH. HELLER *Europæiſches Fürſten-Ballet auf dem Beylager des Churf.* FRID. WILHELMS *mit* DOROTHEA. Zerbſt 4. pl. 1½.

§. XLVII.

Nec præterire volui (a) BERNH. ALBINI *diſſertationem de ceruo corde plumbea glande traiecto a* DOROTHEA *El. Br. mortui inſtar proſtrato, & poſt tres horæ quadrantes IV circiter paſſuum millia aufugiente*, Ff. 1684. 4. c. fig. pl. 4. Confer BECMANNI adnotationes ad IVSTI chronicon Francofurtanum p. 35. ſ. (b) Circumfertur confeſſio DOROTHEAE manu exarata, & diario theologico, quod relationum innoxiarum nomine innotuit, a. 1719. p. 595 inſerta ſequenti titulo: *confeſſio Electricis Brandenb. quam vrgentibus Boruſſis edidiſſe fertur a. 1699.* Vidi aliam DOROTHEAE confeſſionem, eamque MSC. quæ vero ab impreſſa diſcrepat. Hac occaſione (c) incidit, TILEMANNVM dictum SCHENCK librum precum ſub titulo: *Iaëls Betkammer der Churfürſtin von Brandenb. eröfnet*, Hammoniæ 1683. 8. iuſſu huius Principis edidiſſe.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Mortis & funeris historiam illustrant (1) ANT. BRVNSENII *monumentum thermis Carolinis memorandum, Trost- u. Gedæchtniß-Predigt, welche im Carlsbad, als daselbst die Durchl. Fürstin, Fr. DOROTHEA verwitbete Churf. zu Brand. d. 5 Aug. 1689 plötzl. erkrancket, u. d. 6. seel. verschieden, am Tage der Abführung der Churf. Leiche gehalten,* Berl. 4. pl. 4. (2) Eiusd. *Threni Potstamienses, Klag-Predigt über das Absterben der Churf. DOROTHEEN, nachdem die Churf. Leiche d. 20 Aug. 1689. nach Potstam gebracht, vnd in dem Trauer-Gewölbe allda Standmæssig bewacht ward, in der dortigen Schloß-Capelle erklæret,* Cöln fol. pl. 12. (3) Ei. *Symbolum pietatis, Denck- oder Wahlspruch der Churf. DOROTHEEN bey Dero Beysezung am 12 Sept. 1689 in der Dohm-Kirche zu Cöln in ordentl. Leichpr. erklæret,* ib. f. pl. 8. additur *DOROTHEAE* biographia. (4) IO. FRID. SCHOLZ *eiferiges Christenthum der Churf. DOROTHEEN in einer Trauerpr. in der Schloß-Capelle zu Potstam vorgestellet.* Ff. e. 4. pl. 3.

§. XLIX.

Ad familiam Electoris conuertimur. De filio primogenito hæc exstant monimenta. (1) GOTTL. PELARGVS *præconia & grates Deo Sermam El. Br. sedem Seren. itidem tenello nec non oculissimo hærede a. 1648 ditanti oratiuncula breui depromebat,* Ff. 4. pl. 2½. (2) VAL. THILONIS *nouus domus Brand. sol ortus, quum WILH. HENRICVS nasceretur,* Regiom. 1648. f. pl. 6. Vide eiusdem Panegyricos iunctim editos p. 309. (3) LILIEN *u.*

BERCKO

BERCKO *geistliches Gespræch-Spiel über des Brandenburgischen Chur-Printzen Geburts- vnd Tauf-Freude gehalten.* 1648 8. pl. 3½. (4) CASP. BÖHERVS *Electori Ser. infantis cum natalitia, tum genthlia apprecatur*, ib. e. f. pl. 4. (5) *Cartell das Ring- Kopf- u. Quintan-Rennen betreffend, welches Ihro Churf. Durchl. zu Brand. bey dero Neugebohrnen Chur-Prinzen angestellten Tauff in Dero Residentz-Stadt Cleue gehalten haben d. 2. Aug. 1648.* Wesel 4. pl. 2. (6) IO. MARTITII *genethliaca FR. GVILIELMO, quum filius primogenitus GVIL. HENRICVS primum a natiuitate annum explesset, dicta*, Lugd. B. 1649. 4. pl. 6. (7) EZECH. SPANHEMII *oratio in præmaturum excessum GVILIELMI HENRICI*, ib. 1649. f. pl. 8. (7) MATTH. BVGAEI *iter Abrahami* γλυκύπικρον *zum Andencken Marggr. WILHELM HENRICH in Cüstrin a. 1649 vorgetragen*, Ff. 1650. 4. pl. 10. (9) DAN. RVELII *Stargardische christlich gemeinte Grab- u. Ehren-Seule, Printz WILH. HENR. zu Ehren gesetzt*, Stettin 1651. 4. Alph. 2. pl. 9. (10) ROTG. zum BERGEN *epigrammata lugubria in obitum Principis*, Regiom. e.

§. L.

Historiam CAROLI AEMILII scripta illustrant sequentia: (1) IO. BERGII *Predigt bey der Tauffe* CAR. AEMILII. Confer eiusdem *39 Predigten*, Ff. 1664. 4. (2) IO. HVNDII *Churfürstl. Geburts- u. Danck-Predigt, Reeß* eod. 4. pl. 3. (3) MICH. SCHIRMER *Anacreon ad cunas* CAR. AEMILII, Ber. 1655. 4. pl. 1. (4) ERASMI SCVLTETI *applausus grat. ad FR. GVILIELMVM, quo tempore torum ac sedem Electoralem herede dotauit*, Ff. 1655. f. pl. 5. (5) S. F. FRENZELII *solenne gratula-*

tulatorium, Witteb. 1655. f. pl. 4. (6) LAVR. GEORG a CROCKOW *templum foecunditatis* FRID. GVILIELMO & LOVYSÆ *Auriacæ ob recens editam stirpem masculam positum*, Lipſ. e. f. pl. 3. cum icone. (7) CASP. BORCK *nob. Neo-Marcb. gratulatoria ad FR. GVILIELMVM de recens nato 1655. herede masculo*, Lipſ. f. pl. 6. (8) FRID. BECMANNI *Progr. ad reddendas Deo laudes pro nato orbi Marchico Principe tenello*, Ff. e. f. pl. 3. (9) CHRIST. FRID. CRELLII *or. natalitia in auspicatiss. partum LOVSAE Auriacæ*, ib. e. f. pl. 13. (10) IAC. HELWIGII *Pan. quo El. Br. eiusque coniugi de natalibus* CAR. AEMILII *gratulatur*, Roſt. 1655. f. pl. 13. (11) TOB. SILBERLING *Erstlinge Clevischer Buchdruckerey an S. Cf. D. als Sie mit einem Chur-Printz beseeliget worden.* e. 4. pl. 1. (12) ERN. WVLSTORPII *harmonia soli & tori per historiam generalem Electorum Brandenburgensium e Zolleriorum comitum familia oriundorum, nec non specialem natiuitatis ac baptismatis Ser. Pr. Dn. CAR. AEMILII*, Berol. e. fol. pl. 14. (13) SAM. WILHELMI a manu Dei chara munus charum, d. i. *der iunge Fürstliche Erbe u. Brandenburgische Chur-Printz an dem dieserwegen verordneten Danckfest vorgestellet*, Magdeb. e. 4. pl. 5. (14) IO. GEORG. de GRÜNBERGK *Pan.* FR. WILHELM *dictus, cum filius CAROLVS AEMILIVS primum ætatis annum absoluisset*, Lugd. B. 1656. f. pl. 5. (15) *Applausus genethliacus, quo FRID. WILHELMVM & CAR. AEMILIVM natalem celebrantes excipere studet* CHR. FRID. BARTHOLDVS, Berol. 1660. 4. pl. 3. (16) VAL. THILONIS *oliua natalitia*, Regiom. e. f. pl. 5. (17) OTTONIS L. B. a SCHWERIN *magnitudo Brandenburgica natali* FRIDRICI WILHELMI & CAR. AEMILII *proposita*,

posita, Regiom. 1662. fol. (18) IAC. SAHMII *corona natalitia, quam e triplici flore, rosa, lilio, viola, amoris, fidei, obsequii contextam FRID. WILHELMO annum* XLIV. *& CAR. AEMILIO* IX. *natalem ingressis nomine acad. consecrat*, Regiom. f. pl. (19) Ei. *virtutes leonis & aquilae Brandenb. natali FRID. WILHELMI & CAR. AEMILII propositae 1666. d. 16 Febr.* ib. f. pl. (20) LVD. SAGITTARII *iris gratiosa inclytae domui Br. in nat.* FR. WILHELMI *& filii* CAROLI AEMILII, *& nominalem* DOROTHEAE, Bas 1673. f. pl. 5. (21) HENR. & HARTW. CASP. ERNESTI de PLATEN *solis gemini gemina vmbra, quod est sextus Februarii dies natalis paris incomparabilis FR. WILHELMI El. & CAR. AEMILII March. Br. Lipsiae celebratus 1674.* f. pl. 10. (22) HENR. SCHMETTAV *allgemeines u. besonderes Landtrauren über den frühzeit. Hintritt Hrn. CARL AEMILII Marggr. u. Churprinzen zu Brand. als dessen heil. Gebeine von Straßburg (wo er a. 1674. d. 27. Nou. verschieden) d. 4 Febr. 1675 anhero bracht, u. in die Churfürstl. Grufft beygesetzt worden, in einer Klagpredigt vorgestellet*, Cöln fol. & 4. pl. 9. (23) *Monimentum pietatis publicae, quo Sereniss. domui Brand. Electorali super tristissimo obitu principis in spem Electoralis dignitatis nati luctum suum testatur Rector & Senatus academiae Argentoratensis*, Colon. f. & 4. pl. 3. (24) LAVR. CHRIST. a SOMNITZ *epistola nomine Electoris ad academiam Argentoratensem de condolentia propter obitum filii CAR. AEMILII scripta legitur in* AHASV. FRITSCHII *opusculis* Tom. I. p. 723. (25) IO. GE. ZEITZ *pompa triumphalis, qua CAROLVM AEMILIVM nimis*

mis mature Argentorati defunctum, lugens excepit Colonia fol. & 4. pl. 2. (26) IO. BOEDIKERI *emblemata exequiarum hieroglyphica* CAR. AEMILII. f. pl. 1. c. f. (27) PRVTENII *Trauer-Hirten-Spiel über den Abschied* CAR. AEMILII, f. pl. 4½. (28) FRID. IAC. BARTHOLDI CAR. AEMILIVM *mortalem esse vetat.* Ff. 1675. f. pl. 4. (29) THEOD. CHR. RAVMERI *Progr. orationi in excessum* CAR. AEMILII *habendæ præm. Seru.* f. pl. 2. (30) CAR. IO. WORTMANNI *laudatio funebris in obitum* CAROLI AEMILII *in Gymnasio Hammonensium recitata*, Hamm. 4. pl. 5. (31) IO. SCHÜLLERI *clypeus Marchionum Brand. inconcussus, s. Drama recludens castrum doloris CAROL. AEMILII.* Stend. 1677. f. pl. 3.

§. LI.

Quæ de LVDOVICO ad manus meas peruenere, hæc sunt: (1) PAVLI FVCHS *gratulatio Ser. ac Pot. Pr. FRID. WILH. ob natum recens Cliuiæ 8. Iul. st. n. 1666 e Ser. coniuge LOVYSA AVRIACA Principem, Arnhem.* f. pl. 2. (2) Eiusd. *a Son Alt. Sereniss. Madame l'Electrice de Brandenb. sur l'heureuse naissance de Msgr. le Prince nouuellement né à Cleue le 8 Iuill. 1666.* ib. e. f. pl. 2. (3) *Klag- u. Trostschrifften, wie auch Leich- u. andere Trost-Predigten auf den Abschied Hrn. LVDWIG Marggr. zu Brand. nebst Beschreibung der Leich-Procession, u. einigen Kupfern.* Cöln 1687. fol. Continentur hoc fasciculo (a) GEORG CONR. BERGII *das beste Hülfs- und Heilungs-Mittel wieder das höchste Seelen-übel die Sünde bey christ-fürstl. Beerdigung Hrn. LVDWIGEN Marggr. zu Br. d. 7 Mai. a. 1687 gezeiget*, Cöln f. pl. 13. (b) BENI. VRSINI *christfürstl.*

fürstl. Todten-Trauer nach dem Recht der Gelassenheit über das Absterben Marggr. LVDWIGS. ib. f. pl. 6. (c) HENR. SCHMETTAV *tröstl. Zufriedenheit, u. recht christl. Gelassenheit bey dem Todes-Bette Marggr. LVDWIG gezeiget*, ib. f. pl. 10. (d) CHR. COCHII *Trost der Glæubigen Seelen wieder die Schrecken des Todes bey eben dieser Leiche.* ib. f. pl. 14. (e) IO. BESSER *Brandenburgs Glücks-Opfer, oder das klagende u. sich selbst tröstende Brandenburg über den Tod Marggr. LVDWIGS.* ib. f. pl. 4. Confer etiam eius carmina iunctim edita. (f) IO. BÖDICKERI *castrum doloris in ob. March. LVDOVICI.* f. pl. 2. (g) IO. NIC. SELLII *Cliuia lacrumans & consolans* f. pl. 4. (h) BALTH. MÜLNERI *aufgerichtete Grabmahls-Ehren Seule.* f. pl. 2. (3) ANT. BRVNSENII *Betrachtung des menschl. Lebens in einer Trauerpr. über Hrn. Marggr. LVDWIG zu Potsdam vorgestellet.* Cöln eod. f. pl. 12. (4) CHR. ALB. de MEINDERS *exequiæ Ludouicianæ, seu orat. parentalis LVDOVICO Marchioni Brand. habita.* Ff. eod. fol. pl. 6. (5) MART. LVBATH *orat. funebris in ob. March. LVDOVICI*, Witteb. 1687. f. (6) SAM. de CHELMITIA LVTOMIERSCII *sarcophagus triumphalis siue sermo funebris homileticus viuentibus etiam post funera virtutibus Ser. Pr. LVDOVICI Marchionis Brand.* Lugd. B. 1687. 4. pl. 2½. (7) A. C. DIETERICH *Buß-Gebeth Israels über Israëls Noth, u. des Fürsten Todt, bey dem Absterben Marggraff LVDWIGS*, Cüstrin eod. 4. pl. 3½.

§. LII.

Inserenda hoc loco videntur DAN. BOOTS *iusta funebria, quæ HENRICI & AMELIAE*

principum gemellorum manibus persoluit. Ff. 1665. pl. 5½.

§. LIII.

De PHILIPPO WILHELMO hæc prostant (1) MICH. RHODE *Mars pacatus, cum Ser. Pr. PHIL. WILHELMVS IOHANNAM CAROLAM thalamo sibi coniungeret*, Ff. 1699. f. pl. 2. (2) FERDIN. POSTHII *geseegnetes Liebes-Feuer, so in dem künstl. u. prächtigen Feuerwerck, als Marggraf PHIL. WILHELM, u. Dero Gemahlin, Dero prächtigen Einzug a. 1699 in Berlin hielte, kurz hernach annehml. repræsentiret wurde, erklæret.* Cöln f. pl. 2. (3) *Kurze Relation von dem zu Berlin gehaltenen Einzuge Marggr. PHIL. WILHELMS*, Berl. e. f. pl. 1. (4) *Eingerichteter Conduct bey Einführung des hochseel. Marggrafen in Malchau niedergesetzten, und von da aus nach der Königl. Grufft in Berlin gebrachten Leiche d. 10. Febr. 1712. MSC.* (5) CHRIST. FRID. SCHMEIL *verehret den Hintritt S. K. Hoheit Marggr. PHIL. WILH. in einigen aus de Artillerie u. Feuerwerkerey-Kunst entlehnten Devisen.* Cöln 4. pl. 2. (6) ABRAH. DIETERICI *bittere Klage bey der Tenne Atad, als der erblaste Leichnam Hrn. PHIL. WILHELMS nach seinem a. 1711. d. 19 Dec. erfolgten Abschied in das Königl. Grab gebracht wurde, u. einige Wochen auf dem Königl. Hause Malchau unter Parade hoher Bedienten, u. vieler tausend weissen Wachs-Lichter verzog, a. 1712 vorgestellet*, Cöln fol. pl. 9. (7) IO. W. PETERSEN *Marchia plorans in ob.* PH. WILHELMI *proposita.* Col. f. pl. 4. (8)

ERN.

ERN. CONR. FAHSAND *Vcrania queribunda, Suetum gemebunda, Suetidea lamentabunda, Prutenia consolabunda*, Rupp. f. pl. 3. (9) IO. GEO. WACHTER *Tombeau des Durchl. Fürsten Marggr. PHIL. WILHELMS, an welchem S. K. Hoheit wohlverdientes Lob in Inscriptionen, Devisen, u. Emblemen vorgestellet wird.* ib. 1715. f. pl. 4. (10) IO. CHR. PIPER *officium pietatis annuum a schola Suedtensi PHIL. WILHELMO a. 1717 praestitum.* Berol. f. pl. 2. (11) Eiusd. *Progr. de IOHANNA CAROLA PHIL. WILHELMI coniuge.* ib. e. f. pl. 2. (12) ERN. CONR. FAHSAND *die vergnügteste Harmonie der Spree- u. Necker-Musen bey dem Beylager des Würtemb. Erb-Prinzen FRIDRICH LVDWIG mit Prinzeßin HENRIETTA MARIA Marggr. PHIL. WILHELMS Tochter a. 1716. besungen.* Berlin f. pl. 2.

§. LIV.

Ad ALBERTI FRIDERICI historiam referuntur: (1) IO. WOLFG. BEVERT *Fridericus*, i. e. *Princeps pius, fortis, felix in Ser. Pr. FR. WILHELMI, & FRIDRICI Pr. Augustalis, ac ALB. FRIDRICI nominali a. 1685 oratione historica consideratus*, Ff. pl. 12. (2) W. M. SCHOMLER, *cum ALBERTVS FRIDERICVS ex bello triumphans a. 1702 felicissime rediret*, Cüstr. f. pl. 1. (3) IO. ERN. ANDREAE *Nichtigkeit des Menschen, auch aller menschl. Herrlichkeit, u. die ewigwährende Beständigkeit des Worts GOttes zum Gedächtniß der Princeßin LOVISE WILHELMINE von Preussen 1726. Dom. Sexagesima als den Tag vor Dero Beyse-*

tzung in der Dohm-Kirche vorgetragen, *Berlin* 4. Adiungitur *eine umständl. Beschreibung des sehr christl. Lebens und Todes dieser Princessin.* (4) BECMANNVS *von Iohanniter Ritter-Orden*, c. Cont. DITHMARI p. 291. & eiusdem DITHMARI *Nachricht von den Herrenmeistern.* p. 113.

§. LV.

Quod CAROLVM PHILIPPVM spectat, habent de eo nonnulla BECMANNVS & DITHMARVS l. c. Huc pertinent: (1) CHR. IVSTI HEINZELMANNI *lessus in funere CAROLI PHILIPPI.* Col. 1695. f. pl. 3. (2) GEORG. FRID. SCHARF *Carmen auf den Todt des tapfern Brandenburgischen CARLS.* ib. f. pl. 1. (3) I. I. K. C. R. *ewiges Gedæchtnüss des Marggrafen CARL PHILIPP*, Berl. f. pl. 3½. (4) CHRISTIANI DAV. de SIDOW Eq. Neo-Marchici *laudatio funebris æternæ memoriæ CAROLI PHILIPPI Marchionis Brand. Ordinis Equitum S. Iohannis Magistri*, Hal. 1695. f. pl. 7. Vide *Suadam Cellarianam.* p. 149. f.

§. LVI.

Inter filias Diui Principis prima est MARIA AMELIA, ad cuius historiam pertinet (1) PHIL. ERN. de MANDELSCHLOH *recens natæ filiæ MARIAE AEMILIAE natalem carmine heroico omnis elisionis experte Gottingæ recitato gratulatur, & omnem prosperitatem sine vlla fortunæ elisione precatur.* Berol. 1671. f. pl. 3. (2) ANTONII BRVNSENII *Seegen des HErrn bey Vermählung des Mecklenburgisch-Güstrauischen Erb-Prinzen CARL mit der Marggräfin von Brand. MARIA AMALIA am 10 Aug. 1687. vorgestellet.* ib. 4. pl. 5.

(3) IO.

(3) IO. BÖDICKERS *Helden-Teppich bey glückwünschender Freude der glückseel. Heimfarth Herzogs CARL zu Mecklenburg mit der Princ. MARIA AMALIA von Brand. mit kurzer Beschreib. des Meklenburg. Hauses ausgefertiget.* Cöln 1687. f. pl. 5.

§. LVII.

Quum Duce Megapolitano defuncto hæc Princeps ad vota secunda transiret, & MAVRITIO WILHELMO Saxoniæ Duci nuberet, IOACH. FELLERVS *συγχαρμα carmine aduentorio* testatum faciebat, Lipf. 1689. f. pl. 2. Prodibat etiam *Fang des edlen Lebens durch fremde Glaubens-Ehe* 1689. 12. pl. 7. Duas huius libelli editiones vidi, in reliquis conuenientes, nisi quod alteri præmittatur relatio quædam Berolini scripta, quid cum hoc libro, quem famosis adnumerabat aula, actum sit, docens. Huic CHRIST. THOMASIVS opposuit *rechtmæssige Erörterung der Ehe- u. Gewissens-Frage, ob 2. Fürstl. Personen im R. Reich, deren eine der Luth. die andere der Ref. Religion zugethan ist, einander heyrathen können?* Halle e. 8. Qui prolixam & libelli, & totius controuersiæ narrationem cupit, adeat eiusdem THOMASII *vernünftige, aber nicht scheinheilige Gedanken über allerhand vermischte philosophische u. Iuristische Hændel.* Parte II. p. 55. & 492. Excerpta libelli *Fang &c.* exhibet p. 494. f. *Erörterung der Gew. Frage* recensetur l. c. p. 501 f.

§. LVIII.

Ad historiam ELISABETHAE SOPHIAE referuntur (1) notata in REINH. GRVBII Königsb. Diario ad a. 1691. Vide die Preussischen Merckwür-

digkeiten p. 228. (2) CHRIST. SCHWARTZ *Thrænen der Herzogin* ELIS. SOPHIE *von Curland, über den Todt ihres Gemahls*, Mietau 1698. f. pl. 2. (3) DIET. HERM. KEMMERICH *hohe Glückseeligkeit Fr.* ELIS. SOPHIA *in einer Glückwünschungs-Rede vorgestellt*, ChristianErlang 1706. f. pl. 2. (4) CLAVDII IO. TRINQVAND *wunderwürdiges Fürstenbild an dem Geburs-Fest Fr.* ELIS. SOPHIEN *bewundert*, b. 1712. f. pl. 2. (5) DAN. MEYER *oratio de horto Eden ad Elisabethoburgum in noua Christian-Erlanga, s. de Ser.* ELISABETHAE SOPHIAE *horto Erlangensi amoenissimo ornatissimoque.* Bar. 1708.

CAPVT VIGESIMVM.

DE STATVIS FRIDERICO WILHELMO M. POSITIS.

§. I. II. De statua Berolini posita.
§. III. Scripta hanc in rem edita.
§. IV. De statua Rathenouiæ posita.
§. V. Inscriptio Berolini quondam conspicienda.

§. I.

Dignissimum hunc laude principem nec Musa vetuit mori, nec pietas filii & nepotis. Diuus enim FRIDERICVS iam a multis annis de monimento Diui patris memoriæ immortali destinato cogitauerat. Anno denique 1703 ipso Regis natali statua hæc equestris in ponte lapideo, quem nouum vocant, quique Coloniam ab vrbe Berolino separat, solemni pompa erigebatur.

§. II.

Prostat hanc in rem *Proclamation bey Einweihung*

bung der Statue. fol. pl. 2. ipsaque statua manu artificiosissima IO. GEORGII WOLFGANGI sculptoris regii celeberrimi ære nitidissime expressa, addita epigraphe: *statua equestris* FRIDERICO WILHELMO M. *El. Brand. posita Berolini.*

§. III.

Scripta hac occasione prodierunt sequentia: (1) GEORGII GOTHOFR. SCHOBER *orat. de statua equestri D.* FRID. WILHELMO *posita*, Ff. 1703. fol. pl. 5. (2) CHARLES ANCILLON *dernier triomphe de FREDERIC GVILLAVME le Grand, Electeur de Brandenbourg, ou discours sur la Statue Equestre erigée sur le pont neuf de Berlin*, Berl. e. f. pl. 20. Prostat etiam germanice, sub titulo: *Der letzte Triumph FRIDERICH WILHELMS des Grossen, oder Anmerkungen über die demselben zu Ehren auf der neuen Brücke aufgerichtete Statue zu Pferde.* Berlin e. f. pl. 7. Auctor huius translationis est PLARRIVS, de quo alia occasione dictum. ANCILLONII autem scripta recenset OELVENIVS *in den curieusen Natur-Kunst-Staats- u. Sitten-Præsenten a. 1708.* p. 155. (3) IO. PHIL. LAVWIZ *pietas coronata FRIDERICI Regis Borussiæ in parentem FRID. WILHELMVM* Regiom. e. f. pl. 7. (4) *Vntertbænigste Gedanken bey dem von S. K. M. aufgerichteten Gedæchtniss-Bilde* FRIDRICH WILHELM *des Grossen*, Cöln e. f. pl. 1 ½. Legitur in collectione poëmatum BESSERIANOrum. (5) BENIAM. NEVKIRCH *epigramma in statuam equestrem* FRID. WILHELMO M. *sacram vtraque lingua, latina & germanica confectum.* pl. ½. (6) CHR. FRID. SCHMEIL *Magni* FRID. WILHELMI *El. Brand. aheneus equestris colossus* FRIDERICI R. *Borussiæ iussu fusus &*

ad

ad nouum Berolini pontem a. 1703. id. Iul. erectus MS. Est quoque (6) in manibus meis relatio MSC. enarrans, quae a. 1700 & 1703, quibus colossum hunc fusum & erectum scimus, contigerunt.

§. IV.

De pietate nepotis testatur statua Rathenouiae a. 1738 erecta. Prostat huc pertinens programma ERNESTI PETRI anno, quem dixi, Brandeburgi impressum f. pl. 2. hoc titulo: *der Durchl. und Großm. Churf. von Brandenb. FRIDRICH WILHELM glorw. Andenkens wird, nachdem dessen steinerne u. vortrefliche Statue in stehender Gestalt, mit unterschiedenen bezwungenen und zum Füssen liegenden Feinden auf öffentlichem Marckt-Platz der Neu-stadt in Rathenow, dem Befehl S. K. M. in Pr. zu folge a. 1738 aufgerichtet wurde, in einem deswegen solenniter u. auf specielle hohe Ordre angestellten oratorischen Actu nach seinen glorieusen Thaten vorgestellet.* Epigraphe statuae huic incisa celeberrimum IO. VALENTINVM PIETSCHIVM, Regiomontanae quondam academiae Professorem, auctorem habet.

§. V.

Addere aliquid liceat, quod nunc inter deperdita refertur. Nimirum in porta quondam Berolinensi, quae Lipsiam ducit, conspiciebatur deauratis litteris sculpta inscriptio, quam inseruimus dem Alten u. Neuen Berlin Part. I. p. 20.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

DE VITA FRIDERICI III. ELECTORIS.

§. I.

§. I.

Scripta ad principis huius natiuitatem attinentia dum primo loco commemoramus, occurrit (1) BARTH. STOSCHII *Tauff-Predigt bey der Christl. Tauffe Hrn.* FRIDERICHS *Prinzen zu Brandenburg, welcher am 11. Iul. 1657. zu Königsberg gebohren, u. am 29 getaufft worden, gehalten,* Königsb. 4. pl.4. (2) VALENT. THIEL *Glückwünschung der Churf.* LOYSEN, *als dieselbe eines Churf. Prinzen zu Königsb. genesen, übergeben,* ibid. e. f. pl. 2. (3) ERN. WVLSTORPII *genethliacum poëticum.* Berol. e. f. pl. 1. Eiusd. *Poëtisches Geburts-Lob, oder Lied.* ib. e. f. pl. 11. (4) ROTGERI zum BERGEN gratulatio ob natum FRIDERICVM Regiom. Inprimis memorabilia sunt, quæ SIMON DACHIVS cecinit, cuius Poëtische Wercke, bestehend in heroischen Gedichten, prodierunt Regiom. 1696. 4. Inque his huc pertinent (a) *Herzliche Freude über der höchstfröliche Entbindung Ihr. Ch. D. 1657.* (b) *über die darauf erfolgende Taufffeyer des Durchl. Prinzen* FRIDERICH. (c) Inprimis *Erst-iährliche Geburts-Feyer S. Fürstl. D.* FRIDERICHS 1658. *schuldigst begangen.* Hic enim occurrunt, quæ DACHIVS cecinit, vt vates: *Nicht vergebens ahnt*

ahnt es mir, daſſ wir werden vnter dir, vnſerm Haupt u. Fürſten leben, da das Gold der alten Iahr, wie es vm Saturns-Zeit war, ſich wird wieder her begeben. Coincidit huic enthuſiaſmo poëtico alter IO. BOEDICKERI canentis: *Naſcitur in Regis* FRIDERICVS *monte, quid iſtud? Prædicunt Muſæ: Rex* FRIDERICVS *erit.* Confer de Principis huius natiuitate DAN. HOYNOVII diſſertationem de illuſtribus Principum natiuitati-diſſertationem de illuſtribus Principum natiuitati-bus Regiom. a. 1697 habitam. §. VIII.

§. II.

Ad reliquorum ante ſuſceptos faſces annorum hiſtoriam pertinent (1) GEORGII de MOELLER *Marchia exultans, ſeu Pan. in reditum FRIDRICI*, Ff. 1676. fol. pl. 10. (2) BERNH. DVYSING *or. ſolennis, qua pro Ser. Pr.* FRIDERICO *March. Br. poſtquam ipſius Celſitudo acad. Marpurgenſem d. 17 Aug. 1677 clementiſſime dignata fuiſſet, vota ſuſcepta ſunt.* Marp. fol. pl. 4. (3) MELCH. ANDR. a BRVMSEN *or. ſolennis in perennantem honorem & gloriam FRIDERICI March. Br. a.* 1683. *d.* $\frac{1}{11}$ *Iul. dicta*, Regiom. fol. (4) *Lanus iubilans, d. i. hertzl. Freuden-Bezeugung über der Durchl. Fürſten FRIDRICH M. zu Br. u. CARL Landgr. zu Heſſen, wie auch dero Gemahlinnen Gegenwart in Marburg*, Marb. 1687. f. pl. 2.

§. III.

Homagii anno 1688 FRIDERICO præſtiti memoriam renouant (1) *Formular der Notification, welche Churf. FRIDRICH III. wegen Hintritt dero Herrn Vaters von den Canzeln in allen Ihren Landen thun laſſen, ſamt angehängten Gebet bey Antretung dero Regierung*, Cöln fol. pl. 3. (2) *Publication,*

blication, que le FREDERIC III. fait faire dans toutes les Chaires de ses Etats, touchant la mort de Son Auguste Pere fol. pl. 2½. (3) *Beschreibung der Erbhuldigungs-Solennitæten, mit welchen Churf. FRIDRICH dem III. von Dero Landstænden u. Vntertbanen der Chur- u. Marck Brandenb. disseit der Oder, u. ienseit der Elbe in der Churf. Residentz zu Cöln a. 1688 geleistet worden.* Berlin f. pl. 8. (4) IO. BESSER *Chur-Brandenburgs Trost FRIDRICH der III. am Tage der Erbhuldigung vorgestellet.* Cöln f. pl. 2. Vide eius carmina iunctim edita (5) BENI. VRSINI *Brandenburgischer Dauid bey angetretener Regierung Hrn. FRIDRICH des* III. *am Sont. Iubilate a. 1688 in der Dohm-Kirche vorgestellet.* ib. fol. pl. 10. Conf. eiusdem *8 Huldigungs- u. einige andere Predigten bey hochlöbl. Regierung Churf. FRID. des III.* Cöln 4. Alph. 2. (6) IO. ERN. SCHRADER *Fundamenta oder wahre Grundfeste einer künftigen glückseel. Regierung bey der Erbhuldigung FRIDRICH* III. *vorgestellet.* Berlin f. pl. 5. (7) FRANZ IVL. LÜTKEN *der um die Schenckung des hochweisen Königs Salomo hochgepriesene GOtt am Tage der Erbhuldigung vorgestellet,* Cöln fol. & 4. pl. 8. (8) *L'Esechias de Brandebourg, où sermon prononcé à Berlin dans le Dome 17 Iuin 1688 sur le suiet de fidelité fait le Ieudi precedent par la Noblesse & la Bourgeoisie.* 4. pl. 4½. (9) IAQVES ABADIE *Sermon sur le Couronnement de Sa Serenité Electorale de Br. prononcé à Berlin le 13 Iuin 1688.* Berl. 8. pl. 5. (10) *Rectoris & Sen. Vniuersit. Fftanæ monum. deuotionis publicæ, quo* FRIDERICO III. *luctum de Diui Parentis*

rentis obitu, & vota in noui Principatus auspicio testantur. Ff. 1688. f. pl. 2. (11) GERS. VECHNERI *Progr. ad audiendam orat. votiuam pro auspicali gubernatione FRID. III.* Colon. e. f. pl. 2. fol. (12) ERNESTI BOGISL. a SCHLIEBEN *Pan.* FRID. III. a. 1688 *dictus*, Regiom. (13) IO. WITTE *natalem* FRID. III. *subiectissimis votis excipit*, Magdeb. e. fol. pl. 3.

§. IV.

Ad annum 1689 pertinent (1) ERN. LVD. CORTREII *or. qua Germaniam hactenus suspirantem, nunc fortunatis auspiciis Germaniae Achillis* FRID. III. *respirantem delineauit*, Lips. 1689. f. pl. 3. (2) IOACH. FELLER *pro regali munere submississimas agens gratias* FRIDERICO III. *felicem reditum ex Belgio & Cliuia gratulatur.* ib. e. f. & inter eius carmina iunctim edita, Lips. 12. (3) IO. MVSAEI *primitiae victoriarum* FRIDERICI III. *El. Br.* Berol. e. 4. (4) ANT. BRVNSENII *Danckpredigt nach geendigtem Feldzug Churf.* FRIDRICH III. e. 4. pl. 3. (5) CHRISTIANI FRANCK *or. de felici auspicio Ser. El.* FRID. Ff. e. f. pl. 5. (6) GEORGII VNGNAD *de iustitia & vtilitate Edicti, quod in duella sub ipsum imperii auspicium dedit Ser. El. Br.* FRID. III. ib. e. f. pl. 4. (7) IO. GEORGII SCHARDII *triumphus pacis Dano-Holsaticae annitente cum Imp. & El. Saxoniae Seren.* FRIDERICO III. *El. Br. constitutae*, Ff. 1684. f. pl. 14.

§. V.

Anni 1691 historiam illustrant (1) CHRIST. THOMASII *diss. de felicitate subditorum Brandenburgensium ob emendatum per edicta Electoralia statum ecclesiasticum & politicum*, Hal. 1690. f. & 4. pl. 6. Prostat etiam lingua germanica, sub titulo: *Chur-*

Chur-Br. Vnterthanen doppelte Glückseeligkeit, so sie wegen des durch Churf. scharffe Edicta verbesserten geist- u. weltl. Standes zu geniessen haben. Conf. eiusdem *auserlesene u. in deutsch noch nie gedruckte Schriften.* p. 1. sq. (2) T. H. a LITH *or. pan. de Ser. ac Pot.* FRID. III. *El. Br. rebus a.* 1689. *gestis.* Ff. e. fol. pl. 18. (3) CHRIST. ALB. de MEINDERS *Pan.* FRID. III. *dictus*, Vltrai. e. f. (4) FRANC. LVD. de REXIN *or. in diem onomasticum* FRID. III. *habita*, Ff. e. fol. pl. 4. (5) MICH. RHODII *calendæ Iuliæ a. 1690 festo carmine res vnius anni præsertim bello gestas complectente celebratæ* ib. f. pl. 13. (6) *Ausführlicher Bericht von allem dem, was beym Einzug der Königl. Polnischen Gesandschaft zu der Churf. Brandenburg. Erbhuldigung in Königsberg passiret.* 1690. 4. pl. 1. (7) Habet etiam nonnulla huc pertinentia REINHOLDI GRVBII Königsberg. Diarium an. 1690. Vide die Preussische Merckwürdigkeiten p. 173 f. (8) *Principis* LVBOMIRSKY *oratio in actu homagiali Regiomontano FRIDERICI III.* Conferatur das gelehrte Preussen Parte III. p. 350. Ibi etiam legitur *Referendarii* STVKA *proloquium ad actum homagialem* p. 354. & SIGISMVNDI a WALLENRODT *oratio responsoria* p. 358. (9) *Pupilla dominatricis aquilæ in meridiem gloriæ perpetuo intenta, nunc orbi exhibita, dum FRIDERICVS III. incederet, gratulante Prussia, missione Regiomontana Soc. Iesu per encomiasticam Panegyrin congratulante,* Braunsb. e. f. pl. 7. e. fig. æn.

§. VI.

Ex scriptis anno 1691 editis in censum nostrum veniunt (1) TID. HENR. a LITH *de rebus* FRIDERICI

RICI III. *a. 1690 pace belloque gestis.* Ff. 1691. f. pl. 10. (2) IOACH. CHR. de BENEKENDORF *or. de amore subiectorum in FRIDRICVM El. Br.* ib. f. pl. 5. (3) FRID. WILH. de ALVENSLEBEN *Eq. Pal. M. or. de Bonna armis atque auspicio FRID. III. capta.* ib. f. pl. 4. (4) CHR. GEORG. de BISMARCK *or. de prælio ad Ordingam, & quæ hanc consecutæ sunt, victoriis Ser. FRID. III. armis atque auspicio partis* ib. f. pl. 3. (5) OTTON. ALB. de ROHR *or. de* FRID. III. *beneficiis in subiectos.* ib. e. f. pl. 9. (6) HENR. CHRIST. HENNINII *Panegyricus FRIDERICO III. consecratus*, Duisb. e. 8. pl. 5.

§. VII.

Annus 1692 protulit (1) T. H. a LITH *orat. de* FRID. III. *rebus a. 1691 pace belloque gestis.* ib. 1692. fol. pl. 15. (2) VAL. EHRENREICH de RÖBEL *Pan.* FRID. III. *dictum*, ib. f. pl. 14. (3) BERNH. STAPPENBECK *or. qua* FRID. III. *natalem a. 1692 gratulatur* ib. f. pl. 5. (4) SIGISM. SCHARDII *or. de Symbolo* FRID. III. ib. 1692. f. (5) SAM. ZIWICKY & IO. STANISL. KALINSKY equitum Polonorum *tropæum* Ser. Pr. FRIDRICO III. *reduci a Rheno victori triumphali carmine erectum*, Regiom. e. f. pl. 10.

§. VIII.

Ad historiam anni 1693 refero (1) T. H. a LITH *or. de* FRIDRICI III. *rebus a. 1692 pace belloque gestis*, ib. 1693 f. pl. 7. (2) IO. BÖDIKERI *epigr. ex cognomine sapientis*, Col. e. 4. pl. 1. (3) SAM. CHR. TEVBER *laudes & res gestas* FRIDRICI III. *oratione solenni expositas*, Ff. 1693. f. pl. 4.

§. IX.

Ad annum 1694 referuntur (1) T. H. a LITH *or. de* FRIDERICI III. *rebus a. 1693 pace belloque ge-*

stis

ftis. ib. 1694. f. pl. 8. (2) Ei. *de rebus* FRID. III. *a. 1694 pace belloque gestis*, ib. f. pl. 7. (3) BENI. VRSINI *Pan.* FRIDRICO III. *a. 1694 dictus*, Hal. f. pl. 6. (4) CHR. THOMASII *decas thesium variarum intuitu symboli* FRIDERICI III. ib. e. 4. pl. (5) CLEM. BERG *or. de maiestate Brandenburgica* Duisb. 1694. 4. (6) IOACH. CHRIST. SCHRAMM *natalem FRID. III. gratulatur*, Ff. f. pl. 2.

§. X.

Ex anno 1695 ad institutum nostrum referimus (1) *Acad. Fftanæ pias gratulationes de FR. III. felicissime exacto natali 39* Ff. 1695. f. pl. 8. (2) SYLV. PHIL. DANCKELMANNI *Pan. Augusto bonori* FRIDERICI III. *consecratum Trai. ad Rhenum* e. f. pl. 11. (3) FRID. ALB. de SOMNITZ *or. pan. de admirabili incredibilique virtute* FRID. III. Starg. e. 4. (4) T. H. a LITH *de rebus* FRID. III. *a. 1695 pace belloque gestis.* Ff. fol. pl. 8.

§. XI.

Anni 1696 scripta sunt sequentia (1) IOACH. FRID. de GÜLEN *or. de beneficiis, quibus Deus per* FRIDERICVM III. *nostras & vicinas prouincias superioribus annis beauit*, Rupp. 1696. f. pl. 3. (2) IO. PAVLI FVCHSII *or. de expugnatione Namurci*, Vltrai. e. fol. pl. 8. (3) REINHOLD FRID. a DERSCHAV *Princeps optimus in augusta persona FRIDERICI III. a. 1696 deuota Panegyri celebratus*, Regiom. fol. pl. 5. (4) T. H. a LITH *de rebus FRIDER. III. a. 1696, gestis* Ff. f. pl. 5. (5) FRID. BERGII *clypeus honoris in coelo aperto ostensus FRID. III. natali eius a. 95. redeunte expositus* Regiom. f. pl. 2. Eodem hoc anno prodiit *Ihro Ch. D. zu Brandenb. FRIDRICH III. gewissenhaftes Glaubens-*

 Bekænt-

Bekæntniss, Christfriedrichsstadt 1696. 4. pl. 1. Quod vero quum minime probaretur, opponebatur *nöthige Anzeigung wegen des falschen Scripti, vnter dem Titul: libro &c.* quæ quidem intimatio quum raro obuia esset, diario theologico, quod relationum innoxiarum nomine prostat, inserta est a. 1719. p. 600 s.

§. XII.

Ex anno 1697 editis huc spectant (1) CHR. CELLARII *or. pan. qua* FRIDERICO III. *de natali a. 1697 gratulatur*, Hal. fol. pl. 4. (2) MICH. SCHREIBERI *or. de* FRID. III. *anno XL vitæ & X regiminis a. 1697 habita*, Regiom. fol. pl. 4. (3) GERTRAVT MÖLLERIN *heilige Befeyrung des hochtheuren Wiegen-Festes* FRIDRICH *des III. a. 1697 besungen.* ib. f. (4) CHR. ERNESTI de MEISENBOVG *memorabilia itineris Prussici*, Col. e. f. pl. 3. (5) MICH. SCHREIBERI *triumphus extra sagum in aduentu* FRIDERICI III. *celebratus*, Regiom. e. f. pl. 5. (6) T. H. a LITH *or. de rebus* FRID. III. *a. 1697 pace belloque gestis*, Ff. fol. pl. 12. (7) *Ausführl. Bericht von alle dem, was bey Einholung u. Aufnehmung der Moscouit. Groß-Gesandschaft an Ch. Durchl. FRIDERICH dem III. zu Königsberg vorgegangen.* fol. pl. 2. Adde REINH. GRVBII Königsberg. *Diarium* ad hunc annum in den Preussischen Merckwürdigkeiten p. 239 s.

§. XIII.

Sequentis anni historiam illustrat (1) HENR. KESTNERI *iustitia belli & pacis gloriosiss. Electoris Brand.* FRIDERICI III. Rint. 1698. 4. (2) IO. GEORGII de SACK *Eq. Neo-March. or. pan de Brandenburgia felice, imperante* FRIDERICO III. Rost. e. f. pl. 5. (3) IO. a SCHVLZEN SZVLECKI *Pan. de* FRIDERICI III. *rebus heroicis a. 1698 gestis*, Ff. 1699 f. pl. 16. (4) *Repræsentatio*

tio iuris clari et liquidi, quo fas est Ser. Electori Brandenb. possessionem pignoris Elbingensis apprehendere fol. pl. 18. Prodiit etiam lingua germanica, sub tit.: *Vorstellung des klaren und liquiden Rechts, Krafft dessen S. Ch. D. befugt sind, die Possession der Stadt Elbing, als eines deroselben durch ein ewiges Bündniß u. beschworne Verheissung constituirten Vnterpfandes, nach mehr als XL iæhriger Gedult u. Nachsehen, endl. zu ergreiffen.* Polonicam editionem nunquam vidi. Huius argumenti etiam est *S. C. D. zu Brand. der Stadt Elbing gegebene Capitulation, samt dem Schreiben an den Magistrat 1698. 4.* nec non *tractatus retraditæ Elbingæ informatio, cur Ser. El. Brandenburgici militis intromissionem ciuitas Elbingensis a. 1698 euitare non potuerit* f. 1700.

§. XIV.

Inter anni 1699 scripta refertur (1) *Beschreibung der Neu-Mærkischen u. Pommerischen Huldigung, geschehen zu Cüstrin d. 5. u. zu Stargard d. 9 Oct. 1699.* Cölln f. pl. 4. (2) *Viele bey u. nach der Erbhuldigung Churf. FRIDRICH des III. vorgefallene Merckwürdigkeiten in Halle, Cüstrin, Stargard.* (3) GEORG. SIGISM. VON SYDOW *Antworts-Rede, welche von wegen der Neu-Mærck- u. Sternebergischen Ritterschaft bey der Erbhuldigung in Cüstrin 1699 gehalten,* Custr. f. pl. 2. (4) BENI. VRSINI sermones sacros hisce solemnibus præmissos exhibet collectio supra allegata sub tit: *Acht Huldigungs-Predigten.* (5) CHRIST. BARFKNECHT *Amen & Omen Pomeranorum homagio-Branden-*

burgicum bey aufgenommener Erb-Huldigung. Ff. e. 4. pl. 4. (5) IO. a SCHVLZEN SZVLECKI *Panegyricus, quo FRIDERICI III. res heroicas exacto retro anno* (1699) *gestas dixit*, ib. 1700. f. pl. 15. (6) CHRIST. WILH. a KALCKSTEIN *Nob. Borussi Suum cuique symbolum FRIDERICI III. Augusto Ser. Electoralis die natali a. 1699 deuota panegyri expositum*, Regiom. f. pl. 4.

§. XV.

Eodem hoc anno prodiit *ceremoniale Brandenburgicum Tremoniæ* 8. pl. 7 qui vero liber, nunc non adeo obuius, aulæ minime probabatur. Testem habeo intimationem Berolini eo ipso anno d. 27 Maii publicatam, huius argumenti: *Nachdem S. Ch. Durchl. V. G. Herr mit besondern Mißfallen vernommen, daß sich iemand verwegentl. vnterstanden, einen Tr. sub tit: Ceremoniale Brandenburgicum Tremoniæ MDCIC. vor wenig Wochen in den Druck zu geben, selbiger auch auf der iüngsten Leipziger Oster-Meße häuffig soll verkaufft worden seyn, gedachter Tract. aber mit vielen in iure & facto irrigen raisonnements u. allegationen angefüllet, auch obndem ein strafbares Vnternehmen ist, wenn priuati ihre Particulier-Remarques über dignitates principum u. denenselben anklebende iura u. honores ohne höhere Permission u. gehörige Censur durch den Druck publiciren: Als haben S. Ch. Durchl. an alle Dero Regierungen Befehl ertheilen lassen, dieses supponirte Scriptum in allen Buchläden zu confisciren, u. dessen Verkauf bey 20 Rthlr. Straffe vor iedes Exemplar zu verbiethen; Sie lassen auch auf den Authorem desselben durch den Fiscal inquiriren, vm ihn,*

ihn, da er ausgeforschet wird, zu gebührender Straffe zu ziehen.

§. XVI.

Ex scriptis vltimo istius sæculi anno editis commemorari merentur (1) T. H. a LITH *or. de rebus* FRIDERICI III. *a. 1700 domi forisque gestis*, Ff. fol. 1701. pl. 9. (2) IO. CHR. BAR. a WILICH & LOTTVM *Pan. augusto honori FRIDERICI III. habitus*, ib. f. pl. 7. (3) DIET. AD. VIETHVEDT *or. Pan. qua de natali FRIDERICO III. a. 1700 gratulari voluit debuit*, ib. f. pl. 7. (4) FRIDRICI WILHELMI *Principis Holsatiæ or. quam natali FRIDERICI III. a. 1700 ex memoria publice dixit*, Regiom. f.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

DE DIADEMATE REGIO DOMVI BRANDENBVRGICAE ACQVISITO.

§. I. Insignis felicitas ex acquisita regia dignitate ad domum Brandenb. redundans plurimis scriptis ansam dedit, qua
§. II. & III. enumerantur.
§. IV. Obseruatio de tanto scriptorum numero in eodem argumento.

§. I.

Ineunte statim hoc, quod decurrimus sæculo, insigni felicitate Serenissima domus Brandenburgica aucta, & potentissimus FRIDERICVS faustis auspiciis Borussiæ Rex creatus apicem honoris atque felicitatis in augustam domum intulit. Mirum igitur non est, rem tantam fere innumeros præcones habuisse. Merebatur certe insignis hæc gloriæ Brandeburgicæ accessio infinitos plausus, & ingentia iubila. Confer REINH. GRV-

BII Königsbergisches Diarium ad a. 1701. Vide die Preussischen Merckwürdigkeiten p. 325 f. Scripta reliqua, quæ huc pertinent, ita enarrabimus, vt ordine alphabetico auctores, qui pietatem optimo principi testati sunt, producamus.

§. II.

Marggr. ALBRECHTEN dem Iüngern zu Brand. zugeschickt, darinnen mit der Kurz die Vrsachen angezeigt werden, welcherhalb Ire Kön. Mai. u. Churf. Gn. nicht haben vmgeben können, zu Beschützung derer eignen Land, Leut, Schutz- u. Einungs-Verwandte, u. dann ingemein zu Verhütung fernerer Vnruhe Beschedigung u. Verderbens anderer Stende im Heil. Reich deutscher Nation sich wieder gedachten Marggr. ALBRECHT dem Land-Frieden u. aller Billigkeit gemäß in Gegen-Kriegs-Rüstung einzulassen. 1553. 4. pl. 4. Prodiit etiam latine sub tit: *Exemplum denuntiationis legitimæ nomine Regiæ Romanorum Hung. & Bohemiæ Maiestatis & Electoris Principis Saxoniæ &c. ALBERTO March. Brand. iuniori transmissæ, vbi breuiter caussæ demonstrantur, quapropter Regia Maiestas & Elector Princeps non potuerint ad defendendum proprias terras, subditos, protectionis iure & pacti hæreditarii nomine coniunctos & obnoxios, atque insuper ad auertendum communiter vlteriores turbas, læsionem & perniciem aliorum in sacro Germanicæ nationis imperio ordinem committere, quin contra memoratum Marchionem ALBERTVM secundum constitutionem de pace publica & omnem æquitatem, ipsi quoque bellicum apparatum & expeditionem instituerent.* e. 4. pl. 2. (7) *Andere E. Erb-Raths der Stadt Nürnberg warhafte Verantwortung auf des Echters u. Landfriedbrechers Marggr. ALBRECHTS Læsterschrifften,* 1554. 4. pl. 13. (8) *Hrn. ALBRECHT des Iüngern M. zu Br. rechtmæssige, bestændige u. vnablainlich gegründete Erclærung*

clærung u. Bericht, welchergestalt S. F. G. von wegen erlaubter Defension u. natürl. Gegenwehr, dazu dieselbig von den Landfriedbrüchigen geæchteten verbanten u. vermainten Bischofen zu Bamberg u. Wurzb. WEIGAND REDWIZER, u. MELCH. ZOBEL auch Ir beeder Thumpfaffen samt den Nürnbergern höchlich verursacht u. benottrangt, durch die Cammergerichts erthailer, parteilicher u. allerding nichtiger, auch öffentlicher vnrechtmæssiger Weis, in die vermainte Acht erkannt: u. darüber mit ferner übereilenden, u. übel ausgebrachten nichtigen Processen, auch allerlei Kaiserlichen Canzlei Mandaten beschwert: daraus u. darüber sein F. G. wider GOtt ehr u. recht, von derselben Land u. Leuten auch dero Vatterland teutscher Nation vnschuldiglich verjagt, u. dazu derselben arm, vnschuldiges Land jæmmerlich u. tyrannisch verheert, verbrennt, verwüst, zerrissen, u. seinen F. G. samt derselben Vertrags-Aemtern biß daher mit Gewalt vorenthalten worden. 1556. fol. & 4. Alph. 1. pl. 10. (9) *Etliche beigetrukte gleichlautende, abcopirte Ausschreiben, Vertræge u. a. Schrifften Vnser v. GOttes Gn. ALBRECHTEN des Iüngern offen Ausschreiben des 56 Iahrs gehörig, darauf wir vns in berürten Ausschreiben bezogen haben*, e. Alph. 1. pl. 17. Huic scripto opponebatur *der Bischöffe zu Bamberg u. Wurzburg, auch E. Erb-Raths der Stadt Nürnb. Gegenbericht wieder Marggr. ALBRECHT.*

§. IV.

In catalogo bibliothecæ SEIDELIANAE occurrit liber

liber sub tit: *Marggraf ALBRECHTS zu Brand. Ausschreiben, darinn Er sich einen Feind aller Feinde der teutschen Freyheit erklæret.* Eumdem hunc titulum numi quidam præ se ferunt, in quibus *assertor libertatis Germanicæ appellatur.* Confer diurna Onoldina a. 1740. n. XLVI.

§. V.

In catalogi Vffenbachiani parte III. p. 20 occurrit CHILIANI GOEBELII *relatio de obsidione & occupatione Suinfurti 1553 & rebus gestis ALBERTI Ducis Brand.* Ibidem p. 392 ALBERTI *Marchionis statuta disciplinæ militaris (Marggr. ALBRECHT Kriegs-Ordnung.)* In bibliothecæ vero Vffenbachianæ MSS. parte X. p. 888 occurrunt *Acta ALBERTI March. cum Episcopis Herbipolit. & Bamberg. ac ciuitate Noribergensi*, & p. 892 *acta ciuitatis Noribergensis contra ALBERTVM Marchionem.*

§. VI.

Proscriptionem ALBERTI exhibent HORTLEDERVS l. c. p. 1434. & LÜNIGII Reichs-Archiu parte speciali Contin. II. Sect. IV. p. 21.

§. VII.

Hymnum: *Was mein GOtt will, das gescheh allzeit*, ab ALBERTO compositum esse docent illi, qui de hymnorum auctoribus disserunt e. g. SCHAMELIVS in historia hymnopoeorum p. 11. & IO. CASP. WEZELIVS in der Lieder-Historie P. I. p. 39.

§. VIII.

Quod ad mortem huius Principis attinet, huc inprimis facit IAC. HERBRAND *warhaftige Historie u. Bericht, welchergestalt der Durchl. ALBRECHT der Iünger, M. zu Brand. aus diesem Iammerthal christlich verschieden, u. sein Ende genommen*

nommen

nommen habe 1557. 4. pl. 3½. Hunc libellum HORTLEDERVS inseruit Tomo II. p. 1610. item BRVNO QVINOS libro, qui inscribitur *disce mori* Lipsiæ impresso annis 1574 & 1595. Excerpta autem ex illo dedit WEBERVS loco, quem allegauimus.

§. IX.

Ad numos huius Principis cognoscendos conferri potest TENZELIVS l. c. cum obseruationibus doctissimi CHRISTII in diurnis Onoldinis a. 1740. n. XLVI.

§. X.

Coronidis loco addemus, quæ de cognomine ALCIBIADIS habet LAYRIZIVS loco supra allegato. *Qui*, inquit, *Ser. ALBERTVM Alcibiadem dicere solent, adfectibus forsan præter modum impediti, Græco huic in omnibus similem faciunt, omnium næuorum vltra infirmitatem humanam exactores rigidissimi: nobis tantum non adrogamus, sed meliori iure ALBERTVM iuniorem, siue bellatorem, quam Alcibiadem dici malumus.*

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

DE VITA GEORGII FRIDRICI.

§. I. *Scriptores de vita Principis, Dürrius, Longolius, alii.*

§. II. *Res Principis Prussica.*

§. III. *Scriptores, exponentes, qualem se in negotio religionis gesserit.*

§. IV. *Scripta historiam mortis illustrantia.*

§. V. *Funeris pompa.*

§. VI. *Numi.*

§. VII. *Coniugium.*

§. I. Ex

§. I.

Ex ſcriptoribus ſpecialibus (generales enim alio loco recenſuimus) qui de vita GEORGII FRIDRICI expoſuerunt, huc pertinent (1) PANTALEON loc. cit. p. 503. (2) IO. FRID. DÜRRII *exemplum boni principis, quod pietas* GEORGII FRIDRICI *March. Brand. præbet*, exhibitum, reſpondente GEORGIO GOTTL. STRVVIO, Ien. 1684. 4. pl. 5. (3) LONGOLIVS *in den Lebens-Geſchichten*, vide caput ſuperius §. I. In compendio vitam huius Principis exhibent die Hamburgiſchen Remarques, anno 1703. p. 138. ſ. HARTKNOCHIVS im alten und neuen Preuſſen, p. 340. ſ. res huius Principis in Pruſſia geſtas pluribus verbis commemorat. Nec ingratum erit, epiſtolam, quam PAVLVS EBERVS calendario hiſtorico præmiſit, dedicatoriam conſuluiſſe.

§. II.

Vt ad ſingularia quædam deueniamus, quoad res Pruſſicas, quæ quidem GEORGIVM FRID. attingunt, notari merentur *Beweg-Vrſachen, warum Maggr.* GEORG FRIDRICH *bewogen worden perſönlich vm die Belehnung des Herzogthums Preuſſen Anſuchung zu thun, u. wie derſelbe d. 27. Febr. 1578. mit dem Herzogthum belehnet worden.* 4. (2) *Marggr.* GEORG FRIDERICHS *Declaration dem Lande Preuſſen, wegen übernommener Adminiſtration gegeben*, Königsb. eod. 4. Vide Acta Boruſſica, Tomo III, p. 118.

§. III.

In rebus religionem ſpectantibus qualem ſe geſſerit Princeps, HOCKERVS l. c. pluribus docet. Inprimis p. 154 de Gymnaſio Heilsbronnenſi, quod GEOR-

GEORGIVS FRID. condidit, multa lectu digna adferuntur. Eumdem Principem Gymnasium Curiæ Variscorum condidisse, idque male ALBERTINVM dici, docet ANDR. AD. WEISSII breuis recensio Gymn. Curiani (prod. Curiæ 1717. pl. 1½. §. 1. Huc quoque pertinet *der Theologen zu Nürnb. Schrifft dem Marggr.* GEORG FRIDERICH *von E. E. Rath überſendt das Bergiſche Büchlein betreffend.* Vide Catalogi Vffenbachiani partem III. p. 280.

§. IV.

Mortis historiam illustrant scripta sequentia. (1) *Acad. Regiomontanæ Programma in discessum GEORGII FRIDERICI* apud FVCHSIVM in scriptis academicis in honorem Diuorum Princ. Borussiæ Brandenburgensium (prod. Regiom. 1628. 4.) (2) IOACH. CIMDARSII, (3) & GEORGII REIMANNI *orationes*, itemque (4) CASP. REVLINI *elegia*, apud eumdem. (5) FRID. TAVBMANNI *oratio in funere GEORGII FRIDRICI habita*, Witt. 4. pl. 8. it. Gissæ 1609. 8. pl. 5. (6) MICH. VIRDVNGI *Hercules togatus, seu laudatio funebris*, Schwalbaci 1604. 4. recusa inter eius orationes varii argumenti a filio iunctim editas Altd. 1642. 8. (7) LAVR. LAELII *oratio funebris in laudem GEORGII FRIDERICI March. Br.* Onoldi 1603. 26. Apr. *placidissima morte extincti, & 23. Iun. ei. anni Heilsbronnæ sepulti, nomine ill. Gymnasii a Serenitate ipsius, A. C. 1582. magnificentissime fundati & introducti*, Suabæi 1603. 4. pl. 6. (8) IO. GASSARI *oratio de vita & obitu piissimi, ill. & Ser. G. F. habita* Curiæ 4. pl. 4. Tres vltimæ paginæ sistunt stemma Marchionum Brandenb. Incipit illud a FRIDERICO Electore, & desinit in FRIDERICO pingui.

Succe-

Succedunt illi de stirpe Marchica, cuius primus est ALBERTVS ACHILLES, vltimus IO. GEORGIVS. Sequitur stirps Franconica, cuius primus est ALBERTI ACHILLIS filius FRIDERICVS, vltimus vero ALBERTVS I. Dux Borussiæ. (9) ABDIAE WICKNERI, Abbatis Heilsbronnensis *Leichpr. bey Fürstl. Begræbniß Marggr.* GEORG FRIDRICH, Schwobach 1603. 4. pl. 12. (10) VLR. IVNII *Leichpr. bey öffentl. Leichbeg. über den seel. Abschied aus diesem Leben weiland Herrn G. F. M. zu Br. gehalten zu Onolzbach, als der Fürstl. Leichnam aus dem Schloß in die Pfarkirche geführet, auch Christl. und Fürstl. ist dahin begleitet worden*, Hof 4. pl. 11.

§. V.

In describenda pompa funebri multus est HOCKERVS l. c. p. 156.

§. VI.

Numos huius Principis qui nosse cupit, adeat TENZELIVM l. c. collatis, quæ in diurnis Onoldinis adnotantur ad annum 1740. n. 47. Ea ipsa diurna a. 1745. n. 49. f. docent, Principem hunc aucupio admodum delectatum esse.

§. VII.

Ad coniugis historiam facit CHRIST. ADAMI RVPERTI *oratio diuæ SOPHIAE Marchionissæ Brand. honori consecrata*, Altdorfi 1639. dicta. Inserta est volumini orationum, quod insignitur RVPERTI orator historicus p. 100. f. (2) CASP. HERBST *Predigt über der Fürstl. Leichbegængniß Frauen SOPHIAE M. zu Br. Wittiben, welche d. 14. Ian. 1639. zu Nürnberg sanfft u. seelig entschlaffen, gehalten d. 26. Mai. in I. F. D. Hauß-Kirchlein, als d. 28. hernach der Fürstl. Leichnam*

nam in die Hauptkirche bey S. Laurentii zu seinem Ruhebette gebracht worden, Nürnb. 4. pl. 6. (3) *Historische Nachricht von der Fr. Marggræfin SOPHIA geb. Herzogin zu Br. u. Lüneb.* Vide diurna Onoldina a. 1740. n. 35. -- 38.

CAPVT TRIGESIMVM.

DE VITA CHRISTIANI.

§. I. Scriptores de vita Principis Ellrodius, Longolius.
§. II. De natiuitate separatim scripsit Phil. Agricola, de que eius Zelo in amplificanda religione.
§. III. Conditor est lineæ Baruthinæ iunioris. Iubilæum eius regiminis.
§. IV. Scriptores historiam mortis & funeris illustrantes.
§. V. De numis.
§. VI. Historia coniugis.
§. VII. De filiis.
§. VIII. De filia Saxonis Electoris,
§. IX. De filia Principis Eggenbergensis coniuge.

§. I.

Ex scriptoribus specialibus vitam huius Principis descripserunt (1) IO. MICH. ELLRODIVS, cuius *dissertatio* de CHRISTIANO *Marchione Brand.* Lipsiæ habita prostat respondente IO. NIC. OBERLAENDER, 1694. 4. pl. 4. Auctor in prooemio ipse fatetur, se ad ductum RENTSCHII vitam herois thesibus nonnullis comprehendisse (2) CL. LONGOLIVS loco capite XXVIII. allegato.

§. II.

Vt præcipua quædam momenta attingamus, &, qui de illis prostant scriptores, recenseamus, instituti nostri iubet ratio. Ad natiuitatem eius attinet PHIL. AGRICOLAE ISLEBII *Beschreibung der Ceremonien und Auszüge, so bey der heil. Tauffe Marggraf Christian des I. Churf. IOH. GEORGEN*

GEN von Brandenb. Sohnes vorgegangen, wobey Ringrennen, Fuſs-Turnier, und Feuerwerck zu ſehen geweſen Berl. 1581. fol. Eius in amplificanda religione Zelum prædicat CASP. a LILIEN *in dem gottſeel. Religions-und Glaubens-bens-Eifer*, cuius libri alio loco fecimus mentionem.

§. III.

CHRISTIANVM hunc lineæ recentioris Baruthinæ conditorem fuiſſe res eſt notiſſima, quam, quum omnes confirment, qui genealogias & hiſtorias condiderunt, nos pluribus verbis non declarabimus. Generales etiam, quos ſuo loco enarrauimus, ſcriptores ſatis ſuperq. illud docent. Quum per integros quinquaginta annos regiminis faſces tenuiſſet, dies, quem iubilæum vocant, ingruebat, & ſolemnia quædam celebrabantur. Exſtat in memoriam huius diei, quem inter celeberrimos & lætiſſimos Princeps vidit, *Brandenburgiſche Regierungs-Freude.* GROSSIVS loco in dedicatione libri capite ſequenti §. VI. allegandi ſcribit: M. CHRISTIAN *hat nach vollbrachter 50iæhrigen Chriſtfürſtlichen Regierung GOTT zu Ehren in Dero ganzen Land ein allgemeines Danck-und Iubel-Feſt angeordnet, welches den 24. Aug. 1653. aller Orten feyerlich muſte begangen werden, von welchen annoch IV. Denck- und Danck-Predigten verhanden, welche in den IV. Hauptſtædten zu Culmbach, Bayreuth, in der Stadt Hof, und zu Neuſtadt au der Ayſch ſind gehalten, und vnter dem Titul: Brandenburgiſ. Regierungs-Freude der Nachwelt zum Andencken in Druck gegeben worden.*

§. IV.

Mortis funerisque historiam illuſtrat *das chriſt-*

ſchul

ſchuldige Lob- und Ehrengedæchtniſs Herrn CHRISTIAN, deſſen Fürſtl. Durchl. den 30. Mai in Dero Reſidenz Bayreuth, als dieſelben 74. Iahr und 4. Monath chriſtlich gelebet, und 52. Iahr löblich regieret, ſeligſt entſchlaffen, und in der Pfarr-Kirchen und Fürſtlicher Begræbniſs - Stett mit Fürſtl. Solennitæten beygeſezt worden, in unterſchiedenen Klag- Trauer- und Leichen- Predigten, wie auch Orationibus und Epicediis celebriret und vorgeſtellet, Hof 1656 fol. Alph. 6. pl. 4. Præter duodecim homilias hoc faſciculo continetur vitæ curriculum Principis, & orationes, nimirum IO. WALTHERI de *chriſtianismo* CHRISTIANI, nec non WENCESLAI ERDTREICH, IO. LEONHARDI SCHOEPF, & IO. ADAMI FABRI *laudationes*, item WOLF MATTHAEI CHYTRAEI *templum immortalitatis Brennonicæ* Lipſiæ delineatum, CONRADI WOLFII *Panegyricus exequialis lenæ dictus*, & IO. MATTH. STVMPFII *genethliacum poſtumo - poſthumum.*

§. V.

Numos CHRISTIANI, & filiæ Electori Saxoni nuptæ hiſtoriam illuſtrantes recenſent diurna Onoldina a. 1741. §.31.

§. VI.

Ad hiſtoriam coniugis MARIAE illuſtrandam facit eiusdem vita adhærens collectioni funebrium, quam ſequens titulus ornat: *Fürſtl. Grabmahl, und Ehrenſeule in unterſchiedl. Klag - Trauer - und Leich - Predigten aufgerichtet, als die Durchl. MARIA des Durch. CHRISTIANI M. zu Brandenb. Gemahlin mit Fürſtl. Solennitæten beygeſezt wurde*, Hof 1649. f. Alph. 6. pl. 13. c. fig. Præter vitam Principis, & pompam funebrem ære expreſſam ſiſtitur hac ſylloge CHRIST. AGRICO-

LAE domus Brandenb. consiliarii *parentatio*, & IO. GEORGII FVCHS *laudatio funebris*, aliaque, quibus recensendis nolo immorari.

§. VII.

Ad prolem Principis quod attinet, filium habuit (a) principem hereditarium, qui turbato mortalitatis ordine patrem antecessit, cuius memoriam conseruat *der Fürstl. Toden-Kranz, mit welchem der Durchl. ERDMANN AVGVSTVS M. zu Br. in unterschiedl. Klag- Trauer- und Leich-Predigten gekrönet worden*, Hof 1653. f. Alph. 3. pl. 10. c. figg. Præter plurimos sermones funebres, vitam Principis, & funeris historiam hic exhibetur IOH. HENR. WVRFBEINII *epistola consolatoria ad* CHRISTIANVM *cum auctario Genealogico-Brandenburgico*, cuius iam alio loco mentionem feci. (b) GEORGIVM ALBERTVM, de quo conferatur RENSCHELII Stammbaum p. 120. f.

§. VIII.

Ad felicitates, quibus CHRISTIANVM beauit summum numen, refertur, quod Electorem Saxonem IO. GEORGIVM II. generum nactus est. Hic enim duxit in matrimonium MAGDALENAM SYBILLAM CHRISTIANI filiam. Prostant de hac Saxonis coniuge CHRIST. LAVRENTII *hilaria Saxonica bey Vertrauung IO. GEORGII in Sachsen mit MAGD. SIBYLLEN von Brandenburg. Dresd. 1638.* 4. pl. 8. Notari inprimis meretur vitæ curriculum, quod singulari studio a viro quodam historiarum peritissimo, cuius vero nomen nunc non succurrit, confectum accepi. Adnexum est illud sermoni funebri a SPENERO habiti, qui quidem seorsim prodiit Dresd. 1687. f. insertus vero etiam est eius sermonibus funebribus iunctim editis.

§. IX.

§. IX.

Ad hiſtoriam ANNAE MARIAE Principi Eggenbergenſi deſponſatæ pertinent (1) *vidimirte Copia des Fürſtl. Revers, ſo I. Fürſtl. D. Fræul. ANNA MARIA von ſich geſtellet ſub dato Plasſenburg d. 8. Sept. 1639.* Vide relationes innoxias de a. 1730. p. 199. (2) IO. SPECKNER *Vocation zur Hof-Prædicatur, der in dem Character eines Cammer-Secretarii mit der Princeſſin geben muſte.* ib. p. 203. (3) *Fernere Verſicherung aller Hochf. Gnade dem neu vocirten SPECKNER gethan.* ib. p. 206. (4) *Schreiben des Herrn Marggrafen CHRISTIAN an ſeine Frau Tochter.* ib. p. 207. (5) *des Marggrafen Schreiben an Dero Frau Tochter Bediente* ib. p. 209. (6) *Copia Kayſerl. Geheimer Ræthe zu Graiz Schreiben an den Fürſten zu Eggenberg.* ib. p. 212. (7) IO. FR. GAVHEN *Hiſtoriſche Erlæuterung der die Fürſten von Eggenberg betreffenden Documenten.* ib. p. 1253. Huc quoque pertinent, quæ GLEICHII annales eccleſiaſtici parte II. p. 131, ſ. de reſponſo quodam iuſſu Electoris Saxoniæ a MATTH. HOE ante nuptias ANNAE MARIAE dato referunt.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

DE VITA CHRISTIANI ERNESTI.

§. I. *Scriptores de vita Principis Renſchius, Longolius.*

§. II. *De itineribus expoſuit von Bircken.*

§. III. *Principis huius oratio.*

§. IV. *Birckenii gratulatio de ſuſcepto regimine.*

§. V. *De expeditionibus bellicis, quibus interfuit,*

§. VI. *De regimine ſemiſaculari.*

§. VII. *Conditor eſt collegii Chriſtian-Erneſtini.*

§. VIII. *Scripta quædam Principis hiſtoriam illuſtrantia.*

§. IX. *De numis.*

§. X. *Hiſtoria mortis.*

§. XI. XII. *Hiſtoria trium coniugum.*

§. XIII. XIV. *& filiarum.*

§. I.

CHRISTIANI ERNESTI historiam illustrat inprimis RENSCHIVS *im Cedern - Hein.* Hunc librum suo quidem loco inter scriptores, quos generales vocare solent, nominauimus: meretur tamen hic vel ideo locum suum, quum in delineanda principis sui vita prolixior multo sit, quam in aliorum Principum vita. Debere nimirum se CHRISTIANO ERNESTO plurima confessus est, eiusdemque munificentia quam maxime adiutum se & ornatum intellexit. Præter hunc LONGOLIVS l. c. & IMHOFII notitia procerum P. I. p. 271. ed. Koeler. conferantur. Adde IO. GVIL. BERGERI diss. academicas p. 42 s.

§. II.

Itinera eius descripsit SIGISMVNDVS a BIRKEN sub titulo: *Hochfürstl. Brandenburgischer Vlysses, oder Verlauf der Lænder - Reise, welche Herr CHRIST. ERNST durch Teutschland, Franckreich, Italien, und die Niederlande, auch nach den Spanischen Frontieren verrichtet, aus denen mit Fleiss gehaltenen Reise - Diariis beschrieben.* Baruth 1669. 4. Alph. 1. pl. 9. Capite I. auctor cognationes Ser. domus Brandenb. cum domo Austriaca, Regibusque & Electoribus Germaniæ commemorat. Capite II. natiuitatem, eiusque parentes, aui, & hoc mortuo tutorum circumspectionem in educando hoc Principe prædicat, facta eorum mentione, quorum institutioni traditus est. Quo facto itinera Principis commemorantur. Ceterum non possum non meminisse, librum hunc anno 1676. in forma, quam duodecimam vocant, recusum esse, quæ editio auctior est priore, siquidem reliquorum etiam annorum historiam huius Principis

pis vsque ad annum, quo prodiit, complectitur. Quumque ATH. KIRCHERVS & VITVS ERBERMANNVS de libro hoc secus sensissent, prodiit LVDOVICI LIEBHARDI *Vertheidigung des Hochf. Brand. Vlysses wider* KIRCHERI *Epistel, und* ERBERMANNS *schændl. Beschmizung in seinem Buch trophæa Romana genandt*, Bayreuth. 1672. 4. pl. 3.

§. III.

Inter singularia huius Principis refertur merito eius oratio *de Principatus bene regendi artibus*, quæ Argentorati habita anno 1660. sæpius impressa, & nouæ modo dicti Vlyssis editioni adiecta, nec non in celeberr. KAPPII orationibus cll. virorum selectis recusa. Prostat etiam lingua germanica sub titulo: *Kunst - Rede von Fürstlichen Regier-Künsten.* Bar. e. f.

§. IV.

Quum terras patrias gubernandas susciperet, prodiit eiusdem BIRKENII *calamo recensitum fatum serenum & votum serium Franconiæ Marchicæ, quum CRISTIANVS ERNESTVS ab oris exteris in patriam rediret & auita sceptra capesseret.* Adhæret illud Vlyssi, cuius modo fecimus recentionem.

§. V.

Principem Ser. multis expeditionibus bellicis interfuisse, RENTSCHIVS l. c. pluribus verbis commemorat. Videtur etiam huc facere, *der genau abgebildete Roßschweiff, welcher von Herrn CHRIST. ERNSTEN bey der herrl. u. Siegbaften Entsezung der Stadt Wien, nebst anderer Beute erbalten, u. samt des Groß-Vizirs Arabischer Haupt-Fahne abgebildet worden*, Nürnb. 4. pl. 2½.

§. VI.

Idem hoc CHRISTIANO ERNESTO, quod auo, contigisse, vt vltra quinquaginta annos regimini præesset, docet (1) IO. GOTTL. HAGEN *merckwürdiges Regenten-Seculum der Hochf. Bayreuthischen Lande vm Herrn CHRIST. ERNST, als dessen Hochfürstl. Durchl. nebst Dero Durchl. Antecessore von a. 1603. biss 1703. nach ganz ungemeinem Exempel 100. Iahr glückl. regieret hatten, in einer solennen Oration zu Schleusingen erwegen*, Schleus. 1704. f. pl. 3. (2) IO. MATTH. GROSSE *deliciæ Iubilæi Magni an dem Regierungs-Iubilæo Herrn CHRIST. ERNST betrachtet*, Christian-Erlang 1714. 4. pl. 18.

§. VII.

Memorabile quoque est Collegium CHRISTIAN ERNESTINVM a conditoris nomine ita insignitum. Pertinet huc *des Durchl. CHRIST. ERNST Fundation u. Ordnung, wie es mit dem von S. F. D. zu GOttes Ehren u. der studirenden Iugend in dem Obern Fürstenthum Burggrafthums Nürnberg besten gestiffteten illustri Gymnasio in Bayreuth künftig soll gehalten werden*, Bar. 1664. f. pl. 2. Inseritur GOTHOFREDI LVDOVICI historiæ Rectorum & Gymnasiorum, scholarumque celebriorum Part. III. p. 47. s. Ibidem historia huius Gymnasii, & series docentium exhibetur, adiectis aliis quibusdam commemoratione dignis. Inprimis memorabilia sunt, quæ p. 90. ex quodam LAYRIZII programmate allegantur, *plurimum certe fabulosam, falsamque de hoc Marggrauiatu, & nostro Barutho quondam fuisse apud exteros memoriam liquido constat: ex eo tempore, quo Christian-Ernestinum floret, qui notitiam vbique*

que sparsit vberiorem, & certiora, atque insignia de Ser. domo Brand. hisque ditionibus, documenta, vsque huc e tenebris in lucem quasi protraxit. Nec prætereundus est ordo concordiæ, cuius suo loco mentionem faciemus.

§. VIII.

Ad historiam huius Principis illustrandam quoque faciunt (1) IO. GEORG LAYRIZ *vnterth. Freuden-Gruß, mit welchem des Durchl. Marggrafen Geburts-Tag begrüssete*, Bayr. 1665. 4. pl. 2. (2) IO. GROPPII *virtutes augustissimorum heroum Brandenb. diurnæ or. pan. in scenam productæ*, ib. 1692. 4. pl. 7. (3) *Vnterth. Freuden-Opfer, welches in einer Gedæchtniß Münze Herrn CHRIST. ERNST M. zu Br. a. 1694. von dem Gymnasio zu Hof offeriret wurde, vnter Anführung* GEORG LVDW. GOLDNER, Hof f. pl. 10. (4) MEYERI oratio de tropæis coronatis, quæ Ser. in Oriente & Occidente posuit, 1694. (5) ALBINI pan. de CHR. ERNESTI rebus ad Orientem & Occid. gestis, 1696. (6) CHRIST. WILHELMI GIRBERTI *ara pietatis & oratio in laudem tum veteris, tum nouæ vrbis Erlangæ, in qua simul Ser. fundator ob inauditam clementiam extollitur*, Erlang. 1698. f. pl. 4. Habet quoque ad vitam Marchionis pertinentia IO. GEORGIVS DIETERICVS in oratione de litteratis Marggrauiis Brandenb. p. 52. LONGOLIVS l. c. allegat orationem de POLLNIZ de Vlysse Germanico, & de FEILIZSCH de Vlysse stolato: neutram vero harum videre mihi contigit.

§. IX.

Numos historiam eius illustrantes recenset

TENZELIVS, eiusque commentator eruditissimus in diurnis Onoldinis a. 1741. n. 33. Numus vero exequialis recensetur ibid. n. 42. p. 331. Ceterum lectu digna sunt, quae de vncialibus CHRISTIANI ERNESTI habet KOELERI Müntz-Belustigung in præfatione parti VI. præmissa p. 20.

§. X.

Mortis historiam illustrant (1) IO. CHRIST. VETTER *der im Leben und Sterben allezeit triumphirende grosse CHRISTIAN ERNST, Christian-Erlangen 1712.* f. pl. 3. (2) *Professores publici exequiarum pompam CHR. ERNESTI indicant,* Bar. e. f. pl. 2. (3) Eorundem *Klag-Getböne bey dieser Leiche*, ib. f. pl. 1. (4) *DAV. MEYER le Coeur se fondant en larmes a la triste nouvelle du Trepas de S. A. S. CHR. ERNST,* ib. f. pl. 1. (5) *der seinen gefallenen Atlas beweinende Helicon von denen im Christian-Ernestino studierenden vorgestellet,* ib. e. f. pl. 2.

§. XI.

Ad coniugum, (tres enim habuit) & primæ quidem historiam faciunt, (1) IAC. WELLERI *Trau- und Einseegnungs-Rede bey dem Hochf. Beylager Herrn* CHR. ERNST *und Fræul.* ERDM. SOPHIEN *a. 1662. gehalten, Dresd.* 4. pl. 2. (2) *Beschreibung des Ring-Rennen auf diesem Beylager in* CHRIST. *von* GEHE *Beschreibung eines Herolds.* (3) CASP. VON LILIEN *höchstbetraurlicher Kronen-Fall bey dem Leichbeg. FR. ERDM. SOPHIEN, Bayr.* 1670. f. Alph. 3. pl. 21. Habes hic vitæ curriculum, funeris pompam, IO. GHR. LAVRI *Klag- und Lob-Rede*, & MART. CLEMENT. COLERI orat. funebrem. (4) GEORGII CASP. KIRCMAIERI *Pan. funebris memoriæ diuæ* ERDM. SOPHIAE *sacer Witt. 1670.* f. pl. 6½.

§. XII.

§. XII.

Secundorum votorum historiam illustrant (1) CHIST. WÖLFLIN *Hochzeit-Sermon* Stutg. 1671. 4. (2) VOGT *oratio paneg. in nuptias secundas* (3) CASP. von LILIEN *neu-aufgangene Freuden-Sonne bey Hochf. Heimführung* FR. SOPHIEN LOVYSEN Bayr. 4. pl. 6. (4) IOS. FRID. von WALDECK *gnædigster Wille, welchen nach seeligst genommenen Abschied, und beygesezten Leichnam* FR. SOPHIE LOVYSE *fürgestellet*, Hof. 4. 1702. pl. 10. Notari meretur vitæ curriculum lectu dignissimum.

§. XIII.

Quum de tertia coniuge, FRID. WILHELMI M. filia suo loco dictum fuerit: de prole CHRISTIANI ERNESTI aliquid addendum. De CHRISTIANA EBERHARDINA Regis Poloniæ coniuge plurima habent scriptores historiæ Saxonicæ.

§. XIV.

De filia altera exstat CASP. a LILIEN *offener Taufbrunn, als des Durchl.* CHR. ERNST *zweite Tochter, Princessin* ELEON. MAGDALENA a. 1673. *eingeseegnet wurde*, Bayr. 4. pl. 5.

CAP. TRIGESIMVM SECVNDVM. DE VITA GEORGII WILHELMI.

§. I. *Scriptores de vita eius, Imhofius, Longolius.*
§. II. *Scripta natiuitatem,*
§. III. *coniugium,*
§. IV. *symbolumque illustrantia.*
§. V. *Ordinis equestris conditor, & edicti de vnione auctor.*
§. VI. *Mors eius & proles.*

§. I.

Vitam huius Principis in compendio exposuit IMHOFIVS l. c. Conferatur etiam LONGOLIVS l. c. Praeterea scimus, pl. reu. 10.

ADA-

ADAMVM FLESSA vitam Marchionis huius prelo paratam habere.

§. II.

Natiuitatem eius illustrant (1) CASP. a LILIEN *erlangtes Hoch-Verlangen, als des Durchl. CHRISTIAN ERNSTS erstgeb. Erb - Prinz GEORG WILHELM in der Schlos - Kirche 1678. getauft wurde, gezeiget*, Bayr. 4. pl. 4. (2) IOACH. HENR. HAGEN *vntertb. Willkomm und Ehr - Gruss an den Erb Prinzen GEORG WILHELM in einer Rede erstattet*, ib. 1679. 4. pl. 4½.

§. III.

Coniugii historiam illustrat GRATIANI CVRIOSI *Beschreibung des Hochf. Beylagers des Erb-Prinzen von Bayreuth*, inserta libro, qui prostat sub titulo: *das galante Leipzig*. 4.

§. IV.

Symbolum explicat IO. GEORG. DIETERICI *oratio panegyrica de inclyto symbolo Ser. Princ. GEORGII GVILIELMI anno 1714. dicta*, Bar. 4. pl. 6. Idem in oratione *de iubilaeis Brand.* p. 28. quædam adfert de Principe hoc memorabilia. Ceterum eius honori dicatum est scriptum, cui titulus: *la Grappe de Raisin les Grenades, & figues de la Colonie de Christian - Erlang ou discours sur cet Etablissement, à l'occasion de l'heureuse. Naissance de S. A. le Marggraue de Brandebourg, Culmbach - Bareith*, par PH. de BORNIER Directeur de l'Acad. Equ. Christian-Erl. 718. 4. pl. 2.

§. V.

Ordinis equestris, quem condidit, historiam suo loco trademus. Celebratur eiusdem *Rescript an das Consistorium in Bayreuth, den saemtlichen Superintendenten anzubefehlen, dass sie das d. 28. Febr.*

c. ab-

c. *abgefaste Conclusum des Corporis Euangelicorum von der vnumgængl. nöthigen æusserlichen Verein - und næhern Zusammensezung der Augsp. Conf. Verwandten von beyderley Religionen vor sich stricte befolgen, und in ihren Dioecesen von den Canzeln publiciren lassen, Regensp.* 1722. 4. pl. 1. Eumdem hunc Principem seminarii illustris Christian - Erlangæ conditorem esse, docent noua litteraria Lipsiensia a. 1715. p. 89.

§. VI.

Mortem & prolem GEORGII WILHELMI recenset KOELERVS ad IMHOFIVM l. c. p. 271. Conf. etiam IO. MATTH. GROSSII *Historisches Lexicon Euangelischer Iubel - Priester* (prod. Norib. 1727.) in dedic. p. 3. f.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

DE VITA GEORGII FRIDERICI CAROLI.

§. I. *De patre Henrico.*
§. II. *De matre scriptores.*
§. III. *Principis vita, itinera regimen, mors a quibus exponantur.*
§. IV. *Scriptum equites in Variscia spectans.*

§. I.

Patrem huius Principis HENRICVM (cuius *oratio de arte militari & eius scientia Principi necessaria*, Baruthi 1677 f. & 4. latine & germanice impressa, & in Celeb. KAPPII orationum sylloge recusa est) ex linea Culmbacensi (de qua IMHOFIVS l. c. p 272. & V. C. SAM. WALTHERVS singularium Magdeb. parte V. p. 103 lectu digna adfert) eiusque historiam, natiui-

natiuitatem, mortem & funus exhibet I. E. T. Beſchreibung des Cloſters Himmelcron p. 131 ſ.

§. II.

Matrem SOPHIAM CHRISTIANAM ex gente comitum de WOLFSTEIN ortam, eiusque progeniem recenſet IO. DAV. KOELERI hiſtoria genealogica Dominorum & comitum de WOLFSTEIN p. 157. Conferantur eiusdem obſeruationes ad IMHOFII notitiam procerum parte II. l. c. & IO. SEIFERT Genealogie aller itzlebenden des H. R. Reichs Grafen u. Herren (prod. Ratisb. 1722. 8) p. 228.

§. III.

Noſtrum vero GEORGIVM FRIDRICVM CAROLVM deſcribit LONGOLIVS l. c. idemque I. E. T. l. c. p. 87 vbi de natiuitate, inſtitutione, itineribus, animi dotibus, regimine, morte, & ſepultura eius diſſerit. De auſpiciis regiminis dictus GROSSIVS l. c. conſulatur: quo etiam pertinent, quæ KOELERVS ad IMHOFIVM l. c. p. 272. & FASSMANNVS in vita Diui FRID. WILHELMI p. 347 habent. Conferatur etiam (1) IO. ADAMI FLESSA *memoria huius Principis nomine collegii* CHRISTIAN-ERNESTINI ſcripta Bar. 1735. f. pl. 4. quam auctiorem aliquando editum iri ſperare iubet auctor doctiſſimus. (2) IO. CHRIST. SILCHMÜLLER *erbauliches Denkmahl der letzten Stunden des Durchl. Herrn* GEORG FRID. CARL *regierenden Marggr. zu Brandenb.* Augſp. 1735. 8. pl. 3½. Appendicis loco repetit die Beſchreibung des Cloſters Himmelcron p. 140.

§. IV.

Denique ad hiſtoriam huius Principis referendum videtur ſcriptum IO. PETRI a LVDEWIG, quod conſilia ICtorum Hallenſium parte II. p. 931. ad

ad p. 2026 vsque exhibent, hoc titulo: *de ordine equeſtri in Variſcia, nexum ſubiectionis & fidelitatis ſuo principi ac feudi domino, temerario auſu denegante. Von des Erbgebuldigten Lehen-Adels im Voigtlande anmaßlichen Wiederſetzlichkeit gegen ihren Landes- u. Lehens-Herrn.*

CAP. TRIGESIMVM QVARTVM.

DE VITA FRIDRICI.

Inter res Sereniſſimi Principis laude digniſſimas refertur condita Academia *Fridericiana.* Proſtat hanc in rem intimatio auſpiciis Sereniſſimi Conditoris edita, Baruthi 1742. d. 14. Mart. f. pl. 2. cuius contenta recenſent noua litteraria Göttingenſia a. 1743. p. 332. & ERN. LVD. RAHTLEFF Germania erudita parte V. p. 267. ſ. Eod. anno prodiit GERMANI AVGVSTI ELLRODII Programma, quo inauguratio ipſa d. 21. Mart. ei. anni inter ſolemnia publica inſtituenda indicitur, lb. f. pl. 1.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

DE VITA IOACHIMI ERNESTI.

§. I. Vita Principis a Chriſto deſcripta.
§. II. Labores Strebelii promiſſi.
§. III. Genealogiam eius debemus Iungio.
§. IV. Hiſtoria mortis & funeris.
§. V. Numi eius hiſtoriam illuſtrantes.
§. VI. Hiſtoria coniugis,
§. VII. & filia.

§. I.

Vitam diui Principis elegantiſſime deſcripſit CL. V. GOTTL. PAVLVS CHRIST, Conſiliarius Brandenb. cuius proſtant *Branden-*

denburgische Merckwürdigkeiten, *oder Sammlung verschiedner Nachrichten*, *wodurch insonderheit die Geschichte des Durchl. Hauses Brandenburg-Onolzbach erlæutert*, *u. mit Münzen*, *Sigillen*, *u. andern noch vngedruckten Vrkunden bestærcket werden*, Onolzb. 1737. 4. pl. 3. prodiit pars I. ib. e. pars II. 4. pl. 3. pars III. & IV. ib. 1739. 4. pl. 5½. Optandum esset, vt singulorum Principum vitae eadem ακριβεια ederentur: insignis sane ad incrementum rei historicæ fieret accessio.

§. II.

Eumdem laborem in describenda Principis huius vita in se suscepturum promisit Amplissimus IO. SIGISMVNDVS STREBELIVS, vir litterariæ rei & historiæ in primis patriæ callentissimus, cui vt propositum feliciter exsequatur, vitam & felices successus precamur.

§. III.

Genealogiam tabularii fide corroboratam debemus Amplissimo IVNGIO. Conf. eius Miscellaneorum Tomus I. p. 349. s.

§. IV.

Ad mortis funerisque historiam pertinent IO. MEELFÜHRERI & LAVR. LAELII *Leichpredigten bey dem Hochf. Begr. Marggr. IOACHIM ERNST*, 1624. & 25. 4. Monimentum splendidum Heilsbronnæ conspicuum describit HOCKERI Antiquitæten-Schatz. p. 21.

§. V.

Numos huc pertinentes recenset TENZELIVS l. c. Adde cel. CHRISTII obseruationes doctissimas in diurnis Onoldinis a. 1741. n. 42. Conf. etiam KOELERI Munzbel. P. VI. præf. p. 23.

§. VI.

§. VI.

Ad nuptiarum historiam facit *Cartel zum freyen Roß-Thurnier*, ib. e. 4. pl. 2. Cui adhæret *Cartel zum Ringel-Rennen*, ib. e. 4. pl. 1. it. *Furierzettul aller u. ieder anwesenden Churfürsten, Grafen, Herren und Adels-Personen, u. der abwesenden Churf. und Stædte Gesandten bey IOACH. ERNSTEN mit SOPHIA Gr. zu Solms Fürstl. Beylager*, Onolzb. 1612. 4. pl. 3. Coniugis vero vitam pluribus describunt diurna Onoldina a. 1740. n. XVII. f. Eamdem contutricem fuisse IO. LIMNAEVS docet in additionibus ad ius publ. Tomo V. p. 303.

§. VII.

Historiam filiæ ERDMANNO AVGVSTO, cuius capite XXX. mentio facta est, nuptæ illustrat *das unsterbliche Ehren-Gedæchtniß, Klag- Trauer- u. Leich-Predigten der Durchl. SOPHIAE M. zu Br.* Hof 1648. f. Alph. 2. pl. 12. Continentur præter vitam defunctæ (1) WOLFG. ERHARDI *Threnologia de vita ac obitu SOPHIAE* (2) IO. WOLFG. KLEESATTELII *oratio Byruthi habita, & (3) Memoria SOPHIAE Wittebergæ instaurata.*

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

DE VITA ALBERTI.

§. I. Genealogia, vita & mors Principis.
§. II. Historia coniugis.
§. III. Historia filii.
§. IV. Numi.

§. I.

Genealogiam huius Principis præter scriptores, quos generales dixi suo loco, exhibet IVN-

GIVS l. c. vitam vero (1) biographia adiuncta den *Klag-u. Trauer Predigten über den Todes-Fall des Durchl. ALBERTI M. zu Br.* Onolzb. 1668. fol. Alph. 2. pl. 17. (2) IO. CHRIST. MEELFVHRERI *Panegyricus funebris Diuo ALBERTO in alma Argentoratensi dictus*, Arg. 1667. f. pl. 7. Bibliothecæ Vffenbachianæ Catalogus parte III. p. 401. commemorat SOPHONIAE ECCII Pastoris & decani Hydrothecani *elegiam de speculo heroum Brandenburgicorum ad ALBERTVM March. Brand. a. 1639. iuramentum fidelitatis a subditis hereditariis Gunzenhusii postulantem, vena puero-senili scriptam.* Nonnulla etiam, generalia tamen, de hoc principe referunt diurna Onoldina a. 1740. n. I. p. 4. f.

§. II.

Historiam coniugis illustrat vita sermonibus exequialibus adhærens iunctim editis, quibus pompa funeris additur sub tit: *Procession u. Ordnung bey Fürstl. Leichb. SOPHIAE M. zu Br.* 1664. & IO. GEORGII PFEIFFERI *templum æternitatatis consecratum Diuæ* SOPHIAE MARGARETHAE, Onolzb. f. Alph. 2. In catalogi bibl. Vffenb. parte III. p. 436. exhibetur *Descendenz Fr. SOPHIEN MARGARETHEN M. zu Br. geb. Gr. zu Oetingen.*

§. III.

Ad historiam ALBERTI ERNESTI facit *Lob-u. Ehrengedæchtniß in gehaltenen Leichpredigten, u. geschehenen Trauer-u. Trost-Gedancken über den Todes-Fall des Durchl. ALBRECHT ERNST abgestattet*, Onolzb. 1675. f. Præter curriculum vitæ Principis occurrit GEORGII SINDERS-

DERSBERGERI *Panegyricus funebris ALB. ERNESTO nuncupatus.*

§. IV.

De numis ALBERTI conf. KOELERI Münz-Belustigung in præfatione parti VI. præmissa p. 24.

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

DE VITA IOANNIS FRIDERICI.

§. I. Scriptores genealogiam & vitam Principis,
§. II. Numi historiam eius illustrantes,
§. III. Historia coniugis. I.
§. IV. & II.
§. V. Nec non filiorum & filiarum.

§. I.

Ad historiam Principis laudatissimi referuntur (1) Genealogia ab Ampliss. IVNGIO l. c. p. 353. repræsentata, (2) IO. ACHATII LÖSCH *Weltgepriesener Helden-Ruhm des Chur-u. Fürstl. Hauses Brandenb. hervorblühend in dem Durchl. IO. FRIDERICH*, Iena 1678. 4. pl. 4. (3) Vitæ curriculum adhærens sermonibus exequialibus, quorum primus est GOTTFR. HAENDEL *der an seinen GOtt u. IEsum sich haltende Iacob*, Onolzb. 1686. f. Alph. 3. pl. 5. (4) HECT. SIGISM. VON HESSBERG *Panegyricus memoriæ IO. FRIDERICI consecratus*, Marp. e. f. pl. 4. (5) SIM. FRID. WOLFFHARDI (Adi. Fac. phil. post Abb. Bergensis) *Panegyricus funebris memoriæ IO. FRIDERICI March. Brand. sacer*, Witt. 1686. f.

§. II.

Numos principis huius historiam illustrantes recensent diurna Onoldina a. 1741. n. 46.

§. III.

Coniugis primæ IOANNAE ELISABETHAE historiam illustrat (1) *Bericht von der Geburth, Wandel u. Leben, auch seel. Absterben derselben,* adnectitur sermonibus exequialibus, Onolzb. 1680. f. Alph. 2. (2) IO. FRID. KREBSII *oratio de Marchionum Badensium origine ac magnitudine, virtutibus diuinis acquisita & connubiis cum summis familiis & augustissima gente Brandenb. contractis firmata memoriæ IO. ELISABETHAE in Gymn. Heilsbronnensi dicta.* ib. f.

§. IV.

Coniugis secundæ ELEONORAE, quæ post fata Marchionis Electori Saxoniæ IO. GEORGIO IV. nupsit, multa habent historiæ Saxonicæ scriptores.

§. V.

Historiam filiorum partim sequentia capita XXXII. & XXXIII. illustrabunt, partim huc pertinent, quæ de CHRISTIANO ALBERTO ad manus sunt, nimirum (1) CHRISTOPHORI CHRIST. HAENDELII *oratio panegyrica tum augustis virtutibus FRID. GVILIELMI El. Brand. tum feriis nominalibus CHRIST. ALBERTI Princ. hæredis Onoldo-Brandenburgici dicta,* Altd. 1688. f. pl. 12. (2) VITI BENED. HEVBERI *iusta funebria CHRISTIANO ALBERTO March. Br. ex itinere ad Belgas & Anglos feliciter redituro 1692. immatura morte in libera Cæs. & imperiali Francofordia erepto persoluta,* Ien. f. pl. 4.

§. VI.

Ex filiabus, quas suscepit, immortali laude digna est WILHELMINA CAROLINA Angliæ nuper

Regina

Regina, ad cuius historiam pertinet CHRIST. CHRISTIANI HAENDELII homilia solemnibus nuptialibus præmissa, quæ prostat sub titulo: *das beste, so ein rechtglæubiges Beichtkind von seinem Seelsorger begehren, u. ein getreuer Beichtvater seinem auserwæhltestem Seelenkinde geben u. lassen kan d. 23. Aug. 1705. da Dienstags darauf die Durchl. WILHELMINA CAROLINA zu dero Vermæhlung mit dem Durchl. GEORG AVGVST von uns solte genommen werden*, Onolzb. f. pl. 10. Elogium huius Principis in compendio exhibet KOELERI Münzbelustigung, Parte XI. p. 12.

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

DE VITA GEORGII FRIDERICI.

Lectu dignissima sunt, quæ Amplissimus IVNGIVS Miscellaneorum Tomo I. p. 355. adfert, vitamque, virtutes, & mortem recenset. Præterea est ad manus IO. CHRIST. BAVMGAERTNERI *oratio panegyrica in diuum GEORGIVM FRIDERICVM S. Cæs. Mai. summum militiæ equestris Mareschallum acerbissima morte raptum*, Lips. 1703. f. pl. 3½. De numis huc pertinentibus adeas TENZELIVM l. c. eiusque commentatorem doctissimum in diurnis Onoldinis a. 1741. n. 46. p. 362. s. Conf. KOELERI præfatio aliquoties citata p. 24.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

DE VITA WILHELMI FRIDRICI.

§. I. *Vita & mors Principis.* §. II. *Eiusque coniugis.*

§. I.

Ad historiam huius Principis pertinent (1) *Lebens-u. Sterbens-Bericht des Durchl. M. zu Br. WILHELM FRIDRICH* (2) *IO. WILH. FRIDRICH Freyherrn von SECKENDORFF Trauer-Rede,* (3) BEN. ANDR. STAVDACHER *Leichpr. u. Trost-Rede.* Iunctim prodierunt Onolzb. 1723. f. Alph. 2. pl. 5. (4) IO. LVDOV. HOCKERI *laudatio funebris.* Conf. eiusdem Antiquitæten-Schaz, p. 22. f. Conf. etiam I. G. DIETERICI oratio de litteratis Marggrauiis Brand. p. 50. Lectu quoque digna sunt, quæ Amplissimus IVNGIVS habet miscellaneorum Tomo I. p. 358.

§. II.

Coniugis historiam illustrant IVNGIVS l. c. & IO. MATTH. GESNERI *programma de vita ac morte Ser. Pr.* CHRISTIANAE CHARLOTTAE, Onoldi 1730. 4. pl. 1½. In eius tutela CAROLVM WILH. FRIDRICVM fuisse, docet ANTONII FABRI Staats-Canzelley, Parte XXII. p. 746. Vncialem CHRISTIANAE CHARLOTTAE isto tempore tutricis recenset KOELERI Münz-Belustigung, parte VI. p. 17. cui recensioni schema Principis genealogicum adiungitur, deque vita eius lectu digna adferuntur.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

DE VITA CAROLI WILHELMI FRIDRICI.

§. I.

Schema Genealogicum Ser. Principis exhibet IO. HIER. LOCHNERI Sammlung merckwürdiger Medaillen a. 1738. p. 249. recensioni numi tædis optimi Principis dicati adiunctum. Idem LOCHNERVS eodem anno p. 73. numum in memoriam diei, quo filius Principis primogenitus alterum ætatis annum ingressus est, cusum sistit, & recenset. Ceterum ad historiam Serenissimi Principis referuntur (1) GEORGII FRIDERICI L. B. de PREVSING *oratio gratulatoria* a. 1714. *dicta* Altd. f. pl. 4. (2) SAM. ANDR. HOEPPEL *das beglückte Anspach, als der Durchl. CARL WILH. FRIDERICH seinen Geburts- Tag glückseligst begienge,* ib. 1720. f. pl. 8. (3) IO. MATTH. GESNERI *oratio de Principe iuuene magno reip. bono, qua Ser. Principi nomine Gymnasii Onoldini sacramentum dixit,* Onoldi 1730. 8. pl. 2. Confer. IVNGII Miscell. Tomo I. p. 359.

§. II.

Coniugii historiam illustrantia scripta capite XXIV. commemorauimus. Ad principis vero iuuentutis historiam pertinent (1) BENED. ANDR. STAVDACHER *Rede bey der Tauffe des Hochf.*

Erb-Prinzen CARL FRIDRICH AVGVST, Onolzb. 1733. 4. pl. 8. (2) IO. CARL von der LITH *das mit den vnuergleichlichsten Prinzen aus dem Durchl. Brandenburg. Hause prangende Anspach, am Geburts-Feste des Erb-Pr. in einer Glickwünschungs-Rede gepriesen*, Altd. 1736. f. pl. 7.

§. III.

Quum legibus æquis Princeps optimus regionibus suis prospexerit, iuuabit præcipuas, quæ quidem nobis innotuerunt, hoc loco commemorare. Sunt vero (1) *Hochf. Brand. Onolzbachischen Hof- und Iustiz-Raths, dann Herren- und Canzley, wie auch Canzley-Sportuln-Tax; ingl. Commissions-Aduocaten- und Procuratorn-Tax*, Onolzb. 1729. f. (2) *Hochf. Brandenb. Onolzb. Civil- und Malefiz-Tax*, ib. f. (3) *Vnser* CARL WILHELM FRIDRICH *von G. G. M. zu Br. Verordnete Instanzen, so wohl bey den Ober-und Aemtern in den Stædten, und auf dem Lande, als bey Vnserm Iustiz-Collegio, und dem Appellations-Gericht in vorfallenden Rechts-Sachen zu verhalten haben*, ib. 1730. f. (4) *Landesfürstl. neue Einricht- und Vertheilung Dero bisher beysamm gestandenen Fürstl. Hof- und Iustiz-Raths in distincte und ganz separirte Collegia, samt des neu-eingerichteten, und zu Beobachtung der Landesfürstl. Regierungs Sachen quoad interna authorisirten Hofrahts-Collegii neuen Ordnung publicirt*, ib. eod. f. (5) *Hochf. Brandenb. Onolzb. Neues Canzley-Reglement, wie solches nach Vertheilung des Hochf. Hof-Raths in 2 distincte Collegia auf die zugl. separirte Hof- und Iustiz-Raths-Canzleyen eingerichtet und publiciret worden*, ib. e. f. (6) *Instruction und Ordnung, wornach man sich bey den Aemtern und Gerichten des Fürstenthums Brandenb.*

denb.

denb. Onolzb. bey ſich ereigneten Concurſen, und Schuld-Austheilungen, ſo wohl ratione proceſſus, als locationis Creditorum zu achten, ib. 1731. f. (7) *Hochzeiten- Kindtauf- Leichen- und Trauer-Reglement*, ib. f.

§. IV.

Egregia Principis in litteras merita docet fundatio Collegii, quod a munificentiſſimi Conditoriis nomine appellatur, Carolini. Hiſtoriam eius exhibet GEORG. LVD. OEDERI *kurze Nachricht von Stifftung u. Einweyhung des Hochf. Brandenb. Carolini illuſtris zu Onolzbach*, ibid. 1738. f. pl. 15. Continentur hoc faſciculo præter (1) *relationem modo dictam*, (2) eiusdem OEDERI *programma inaugurationi præmiſſum*, (3) *des Geh. Raths u. Conſiſtorial-Præſid. von* SCHEMEL *Vortrag bey Inauguration des Onolzb. Gymnaſii*, (4) *Copia Vidimata des Fundations-Briefes*, (5) OEDERI *oratio in ſolemni panegyri habita*, (6) IO. GEORGII GERET *oratio de ſummis Auguſtæ domus Brandenburgico-Onoldinæ in rem litterariam meritis*, (7) *aliæ iuuenum orationes*.

§. V.

Comitatum Saynenſem & Wittgenſteinenſem mortuo Duce Iſenacenſi regionibus Onoldinis adiectum eſſe notum eſt. Confer hoc de negotio *Hochfürſtl. Ausſchreiben, den erfolgten Anfall u. nach ergriffener Poſſeſſion der Gräffl. Sayn- u. Wittgenſtein. Lande, angenommenen Titul betreffend*, in diurnis Onoldinis a. 1741. n. 32. it. *Hochfürſtl. Ausſchreiben, das angeordnete Sayniſche Adminiſtrations-Collegium betreffend.* ibid. n. 40. Omnino etiam huc pertinet *Standhaffte Vertheidigung des Hochf. Brandenb. Onolzbachiſchen Succeſſions-*

Rechts in die Reichs-Graffschafft Sayn-Altenkirchen, gegen den vngegründeten Anspruch der Fr. Landgræfin CAROLINAE CHRISTINAE zu Hessen-Philippsthal mit Beylagen von N. I. bis XII. ibid. f. pl. 19. Recensionem huius scripti, & numum hac occasione cusum exhibent diurna Halensia a. 1743. p. 53. seqq.

§. VI.

Numos Serenissimi Principis historiam illustrantes recenset KOELERI præfatio sæpe nobis laudata parti VI. der Münz-Belust. præmissa p. 25. s.

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

DE VITA ALBERTI SENIORIS DVCIS BORVSSIAE.

§. I. *Scriptores genealogiam Alberti illustrantes.*

§. II. *Vita & mors descripta a pluribus.*

§. III. *Scripta, quæ singularia quædam & memorabilia Principis attingunt.*

§. IV. *Scriptores, qui ad res eius bellicas pertinent.*

§. V. *Scripta, quæ de rebus ecclesiasticis agunt.*

§. VI. *Alia quædam scripta, quæ ad vitam Principis illustrandam faciunt.*

§. VII. *De coniugio primo scriptores.*

§. VIII. *Varillasii error hac occasione commissus.*

§. IX. *De coniugio secundo scriptores.*

§. X. *De numis Alberti.*

§. XI. *Mortis historia.*

§. XII. *De prole Alberti.*

§. XIII. *Scriptores de testamento Alberti.*

§. XIV. *Monimentum eius sepulcrale.*

§. I.

Genealogiam ALBERTI illustrant RENSCHELIVS, aliique scriptores genealogici suo loco commemorati. Huc quoque pertinent

nent HEILRICHII ZELLII *maiores ac progenitores illustriss. Principum* ALBERTI *senioris*, & ANNAE MARIAE, Regiom. 1563. 8. Conf. eiusdem genealogias, quas supra recensuimus. Spectat quoque huc *Genealogische Deduction der meisten in Europa regierenden Fürstl. Hæuser von ALBERTO ersten Herzoge in Preussen.* Vide das erlæuterte Preussen Tomo IV. p. 751. Habent etiam nonnulla huc pertinentia HOCKERVS l. c. p. 12. & IVNGIVS l. c. p. 342. it. DIETERICVS de litteratis Marggrauiis Brand. p. 35.

§. II.

Vitam ALBERTI illustrat inprimis *libellus continens orationes quasdam de vita, pia & constanti confessione, & obitu ALBERTI Senioris March. Brand. primi Ducis Borussiæ, collectus atque editus* a DAV. VOITO. Witteb. 1572. 8. pl. 17. Continet hic libellus (1) DAV. VOITI *orationem funebrem in exequiis ill. Principum Ducum Bor. coniugum, antequam funera ad locum sepulturæ efferrentur.* Inserta est hæc oratio SAM. FVCHSII scriptis academicis in honorem Diuorum Principum Borussiæ Brandenb. r. 2 seqq. (2) MATTH. STOII *orationem in parentalibus anniuersariis Diuo ALBERTO a. 1569 factis*, apud FVCHSIVM Hh. 3. (3) DAV. VOITI *Predigt von dem christl. u. seeligen Abschied* ALBRECHT *des Eltern, u. S. F. D. Gemahl*, itidem apud FVCHSIVM u. 3. (4) Eiusd. *orationem in parentalibus anniuersariis* ALBERTO *factis* a. 1570. apud eumdem mm. 2. (5) responsionem, quam illustr. Dux ad IOANNIS *legati Pontificis Rom. orationem, qua celsitudinem suam ad concilium Tridentinum inuitauit, dari iussit*, apud eumdem Oo 4. (6) *Orationem*

in

in solenni conuentu, in quo acad. Regiomontana ALBERTO FRIDERICO gratulata & successionem amplissimae hereditatis paternae postquam ab inclyto & Ser. R. Poloniae ius feudi Ducatus Borussiae in comitiis Lublinensibus collatum esset, habita a. 1569. Reperitur etiam apud FVCHSIVM l. c. Tr. 2. (7) *orationem ante & post lectionem statutorum acad. Regiom.* Excerpta ex VOITI & STOII oratione, sermone sacro, & parentalibus anniuersariis dabunt acta Borussica Tom. I. p. 615 s. vbi & inscriptiones nonnullae & epitaphia adduntur. Prostat quoque *Marggr.* ALBRECHTS *Leben in alten Reimen, verfertiget von* HANS FEYERABENDT. Conf. das erleuterte Preussen, Tom. I. p. 17. s. Nec praetereundum est, vitam huius Principis in dem Preussischen Todes-Tempel, aliquot sectionibus exhiberi. Prostat etiam *Gespraech im Reich der Todten zwischen* ALBERTO *ersten* Herzoge *in Preussen, u.* CHRIST. ERNESTO, *M. zu Br.* Leipz. 1732. 4. Belgica translatio prodiit Amst. 1733. 8. Dignus quoque est, qui conferatur, HARTKNOCHIVS im Alten u. Neuen Preussen, p. 322. s. Praeterea habet nonnulla WOLFG. KRÜGERVS in catalogo supra allegato p. 11. (b) seqq.

§. III.

Pertinent, vt quaedam vitae Principis memorabilia indicemus, in censum nostrum (1) *Vertrag im 1525. Iahr der Lande Preussen halber, zwischen SIGMVND K. in Polen, u. Marggr. ALBRECHT von Brand. etwan Hochmeister.* 4. (2) *Christl. Verantwortung des D. Fürsten Hrn. ALBRECHTS M. zu Br. Herz. in Pr. auf Hrn. DIETRICH von CLEE, Meisters deutschen Ordens, ausgebrei-*

gebreiteten Druck, u. angemaſte Verunglimpfung des verænderten deutſchen Ordens, als eines geiſtl. Standes, u. veræusſerten Landes Preuſſen wegen ausgegangen. 1529. 4. Proſtat etiam latine. 4. Inſeruit hunc libellum HORTLEDERVS pag. 1949. de cauſſis belli Germanici. (3) *Defenſio ALBERTI primi Pruſſiæ Ducis, contra citationem ab Imperio factam, a legato Poloniæ Regis, in S. R. I. comitiis exhibita,* Ratisb. 1532. Vide *das Vertheidigte Preuſſen*, in additionibus n. 7. (4) *Innocentia ALBERTI I. Pr. Ducis de crimine ordinis ſui a. 1525. deſerti, quod ipſi maleuoli obtrectatores exprobarunt in S. R. I. comitiis a. 1548. Auguſtæ expoſita & demonſtrata, a legato Regis Poloniæ.* Vide das Vertheid. Preuſſen, n. 6. (5) WOLFGANGS, *Adminiſtratoris des Hochmeiſterthums in Pr. Bericht von der Execution der Preusſiſchen Acht* 1550. 4. (6) *Erneuerter Bericht vom Preußiſchen Abfall, u. was wegen würkl. Execution der Preuſſ. Achtserklærung biebeuor gehandelt*, Mainz 1627. rec. 1701. 4.

§. IV.

Ad res eius bellicas pertinent (1) *Anonymi Beſchreibung des Krieges zwiſchen Marggr. ALBRECHT lezten Hohemeiſter in Preußen, u. SIGISMVNDO I. König in Polen, zuſamt den Friedens*-Handlungen. MSCtum hoc Regiomonti adſeruari docet cel. LILIENTHALII Preusſiſche Bibliothec p. 10. n. 19. (2) *ALBERTI Marchionis Brand. reſponſio ad orationem MAXIMILIANI I. Cæſaris de bello contra Turcos ſuſcipiendo*, inter orationes Turcicas REVSNERI Tomo I. p. 63. (3)

VAL.

VAL. SCHRECKII *carmen gratulatorium in felicem e castris a. 1563. reditum illustr. Princ. ALBERTI Senioris*, apud FVCHSIVM l. c. n. 4.

§. V.

Ad ecclesiastica referimus (1) *Margg. ALBRECHTS H. in Pr. Ausschreiben an alle liebe getreuen u. Landschafften, vorneml. auch Theologen, Pfarren, Predicanten, u. Kirchen-Diener, darinnen, wie sich der ergerl. Zwiespalt, über den Artikel von unser armen Sünder Rechtfertigung u. wahrer ewigen Gerechtigkeit erhalten, u. was dabey vorgegangen, dargethan wird*, Königsb. 1553. 4. (2) *des Durchl.* - - ALBRECHT *des Eltern Vermanung zur Buss an alle I. F. G. Vnterthanen im Herzogthum Preussen, in Gegenwertigkeit hochged. I. F. D. samt derselben F. Gemahl, Hofræthen, Ræthen, u. Gemeinen der 3. Stædte Königsberg öffentlich in der Thum-Kirche daselbst d. 23. Dec. a. 63. durch* M. IO. FVNCK *abgelesen*, Königsb. 1564. 4. pl. 13.

§. VI.

Sunt præterea scripta quædam, quibus historiam ALBERTI illustrari posse existimauerim, nimirum (1) MICH. HECHTI *carmen panegyricum ad* ALBERTVM *scriptum a. 1545.* apud FVCHSIVM a. (2) MART. PRAETORII de ALBERTO *March. Brandenb.* apud eundem b. 4. (3) PETRI SICKII *apologia pro Marchione contra* SCALICHIVM, vide acta Borussica, T I. p. 713. (4) *Böse und gute Vrtheile von ALBERTO*, ibid. p. 717.

§. VII.

Nuptias bis celebrauit. Ad prioris coniugii historiam pertinent (1) *das erste eheliche Beylager, welches ALBRECHT M. zu Brand. erster* Her-

Herzog in Preußen, zu Königsberg gehalten, u. dazu unter andern auch D. LUTHERN eingeladen, Königsb. 1546. 4. (2) GEORGII SABINI *oratio in funere* DOROTHEAE, (quam nonnulli male vocant ANNAM DOROTHEAM) ALBERTI *Sen. coniugis a. 1547. habita*, declamationum MELANCHTHONIS Tomo III. p. 423. item apud FUCHSIUM l. c. c. 2. (3) ANDR. MUNZERI *elegia consolatoria ad* ALBERTUM, ibid. f. 2. (4) FELICIS FIDLERI & BERNH. HOLTORPII *Idyllion de obitu DOROTHEAE*, ibid. g.

§. VIII.

Errorem ridiculum, quem VARILLASIUS in narratione huius coniugii commisit, reprehendit & confutat OELVENIUS in den Staats- u. Sitten-Praesenten a. 1708. p. 169.

§. IX.

Votorum secundorum historiam illustrant (1) PHIL. MELANCHTHONIS *epistola de nuptiis* ALBERTI & ANNAE MARIAE *filiae* ERICI *Brunsuicensis*, apud FUCHSIUM n. 2. (2) GEORGII SABINI *ecloga de nuptiis* ALBERTI *cum* ANNA MARIA, apud eumdem, n. 4. Hanc ANNAM MARIAM speculum Principum elaborasse, idque inter MSCTA bibliothecae WALLENRODIANAE Regiomonti delitescere docet HALLERVORDII bibliotheca curiosa p. 13.

§. X.

Numos ALBERTI quod spectat, illos recensuit HARTKNOCHIUS l. c. p. 538. 39. & TENZELIUS l. c. Confer diurna Onoldina a. 1740. n. XLVI.

§. XI.

ALBERTI huius, itidemque coniugis, quum in eundem diem incidat, mortem illustrant (1) *intimatio academica in obitum ac abitum tum* AL-

BER-

BERTI SENIORIS, *tum etiam* ANNAE MARIAE apud FVCHSIVM l. c. q. 2. (2) FRID. a NOSTIZ *carmen funebre*, apud eumdem Cc. (3) VAL. SCHRECK *parentalia in obitum* ALBERTI *eiusdemque coniugis ANNAE MARIAE, una cum elegiis & epicediis*, Regiom. 1568. 4. (4) HARDVICI BRYONIGERI *in obitum* ALBERTI & ANNAE MARIAE ib. 4. pl. 1. Addimus hisce (5) PETRI SICKII *orationem* ib. e. 4. (6) *parentalia facta a* PAVLO WEIS 1573. apud FVCHSIVM Qq 4. (7) SIM. TITII *orationem in laudes* ALBERTI *Ducis Bor.* Reg. e. 4. (8) IO. CASELII *or. de meritis* ALBERTI *in bonas litteras* Rost. 8. (9) MICH. FALCKII *or. secularem in laudem Principis ALBERTI*, Regiom. 1644. 4.

§. XII.

Ad prolem ALBERTI quod attinet, apud eumdem FVCHSIVM legitur *intimatio academiae Regiomontanae in funere* ELISABETHAE, ALBERTI *filiae*. ANNAM vero SOPHIAM quod spectat, prostant de ea (1) VAL. CVRTII *carmen grat. ad ill. & inclytum Principem* IOANNEM ALBERTVM *Ducem Megapolensem de nuptiis*, Witt. 1555. 4. pl. 2. recensetur in dem Rostockischen Etwas de a. 1739. p. 436. (2) NATH. CHYTRAEI *memoriae illustr. Pr. ANNAE SOPHIAE natae ex generosiss. Ducum Borussiae prosapia illustriss. Pr.* IO. ALBERTI *Ducis Megap. coniugis epicedion*, Rost. 1591. 4. pl. 1½. Carmen, quo multa memoratu digna contineri refert das Rostockische Etwas l. c. p. 282. (3) CHRISTOPHORI STVRCII Livoni *or. de laudibus* ANNAE SOPHIAE *Borussae, & inclytae fam. Ducum Megapolensium*, Rost. 1591. 4. pl. 4. Recenset hanc or. das Rostockische Etwas de a. 1740. p. 140. Orationem hanc praesente

te Principe Megap. recitatam, STVRCII patrem in aula WILHELMI Archi-Episcopi Rigensis Cancellarium fuisse, & multa ex Liuoniæ & Curlandiæ historia notatu digna hic afferri, commemoratur. (4) DAV. CHYTRAEI *or. habita in funere* ANNAE SOPHIAE - - habita Suerini d. 17 Mart. 1591. 8. pl. 2 insetta CHYTRAEI Saxoniæ p. 826 sqq. & eiusd. oratt. iunctim editis p. 153 sq.

§. XIII.

Superest, vt de testamento ALBERTI addamus. Huc pertinet (1) ZACH. HESSE dissertatio *considerans testamentum* ALBERTI *March. Br. primi Ducis Prussiæ*, Reg. 1722. 4. pl. 5. (2) HOLGER ROSENCRANZ *Fürstenspiegel aus dem Leben u. Briefen Marggr. ALBRECHTS* Herz. *in Pr.* Aaxhausen 1636. 4. Alph. 1. pl. 3. (3) *Vnterweisung u. Lehre* ALBRECHTS *des I. Herz. in Pr. an seinen Sohn als ein Testament vorgeschrieben MSC.*

§. XIV.

Monumentum sepulcrale ALBERTI, eiusque coniugum exhibet cel. LILIENTHALII historische Beschreibung des Thums zu Königsberg p. 35. s.

CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

DE VITA ALBERTI FRIDERICI.

§. I. *Scriptores regiminis auspicia illustrantes.*
§. II. *Historia coniugis.*
§. III. *Historia mortis.*
§. IV. *Epitaphium.*
§. V. *Mors coniugis.*
§. VI. *Historia filiorum,*
§. VII. *& filiarum.*

§. I.

Præter HARTKNOCHIVM l. c. p. 334. & KRÜGERVM l. c. p. 13. ſcriptores regiminis auſpicia illuſtrantes primo loco nominandos duco. Huc pertinent (1) *Verzeichniß des gehaltenen Proceſſes der a. 1569 empfangenen Belehnung Marggr.* ALBRECHT FRIDRICH *auf das Land Preuſſen.* Vide das erlæuterte Preuſſen Tomo IV. p. 640. (2) DAV. VOITI *oratio in ſolenni conuentu &c.* Integrum titulum exhibuimus capite XLI. §. 2. n. 6.

§. II.

Hiſtoriam coniugis illuſtrant (1) PETRI SICKII *oratio de veſtigiis ſapientiæ diuinæ, quæ coniugio diuinitus impreſſa ſunt in honorem nuptiarum* ALBERTI FRIDRICI *ſecundi in Boruſſia Ducis, & MARIAE ELEONORAE a. 1573 recitata,* Regiom. 4. pl. 4. item apud FVCHSIVM (2) *Herrliche vnd warhaffte Beſchreibung der hohen Fürſtlichen Heimfarth, ſo mit des Durchl. Fürſten, Herrn WILHELMEN, Herz. zu Cleue zweyen ältern Tochtern, Herz. MARIA ELEONORA in dem Land Preuſſen, u. Herz. ANNA im Fürſtenthum Neuburg in der Ober-Pfaltz geſchehen,* Ff. am Mayn 1576. 8.

§. III.

Mortis hiſtoriam illuſtrant (1) IO. BEHM *drey chriſtl. Trauer- vnd Leich-Predigten bey dem recht ſeel. Abſchied, Beyſetzung, Herführung, u. darauf folgenden Leichbegængniß Hrn.* ALBRECHT FRIDERICH *Marggr. zu Brandenb. Erbfürſten in Preuſſen, welcher a. 1618 d. 28 Aug. zu Fiſchhauſen*

ſen verſchieden, den 31. in die Schloß-Capelle daſelbſt beygeſetzt, u. d. 5 Febr. 1619 gen Königsberg Fürſtl. geführet, begleitet, in die Schloß-Kirche niedergeſetzt, und des andern Tages in die Kneiphöfiſche Thum-Kirche zu ſeinen hochlöbl. Eltern mit Fürſtl. Comitat gebracht worden. Königsb. 4. pl. 21. (2) *Leichen-Proceſſion, u. Begräbniß ALB. FRIDERICH M. zu Brand.* 1619. fol. (3) SAM. FVCHSII *intimatio in exequiis ALB. FRIDERICI nomine Rectoris & Sen. acad. Regiom. ſcripta* ap. FVCHSIVM l. c. (4) ERNESTI RAPPEN *Parentatio* ap. FVCHSIVM l. c. (5) CHRISTOPH. EILARDI *declamatio funebris* ap. eund. (6) ANDR. SCHEFFLER *iuſti memoria Inſulo-Mariana des Durchl. Fürſten Hrn.* ALBRECHT FRIDRICHEN, Elbing. 1619. 4. pl. 8. (7) ANDR. VOGLERI *Pregela fluuius Boruſſiæ nobiliſſimus obitum* ALBERTI FRIDERICI *deplorans*, Regiom. 1619. 4. pl. 2.

§. IV.

Epitaphium ALBERTI FRIDERICI itemque coniugis exhibet MELCH. LÜBECK l. c. p. 2. ſ.

§. V.

Coniugis mortem illuſtrant (1) ANDR. CREBS *or. pan. in fun. Illuſtriſſ. Pr.* MARIAE ELEONORAE *recitata*, Regiom. 1609. 4. pl. 4½. it. apud Fuchſium l. c. (2) *Rectoris & Senatus acad. Regiom. intimatio in exequiis* MARIAE ELEONORAE *e.* 4. pl. 2½. it. ap. eumdem l. c. (3) IOACH. CIMDARSII *Epicedion Illuſtr. Pr.* MARIAE ELEONORAE *ſcriptum*, ib. 4. pl. 1½. it. ap. eundem l. c.

§. VI.

Filios quod ſpectat, huc pertinent (1) *intimatio acad. in fun. ALBERTI March. Br. in flore ætatis demortui a. 1581.* ap. Fuchſium l. c. (2)

Intimatio in funere WILHELMI FRIDERICI ap. eund.

§. VII.

Ad filias quod attinet, ſuo loco ſcriptores ad hiſtoriam ELEONORAE, ANNAE, & MARIAE facientes allegauimus, nimirum capite XVI. §. 14. item cap. XVII. §. 10. & cap. XXX. §. 5. De MAGDALENA SIBYLLA conſulantur ſcriptores Saxonici e. g. RÜDIGERI Sæchſiſche Merckwürdigkeiten p. 930. Deque numis eius TENZELIVS l. c. in diurnis Onoldinis a. 1740. n. XLVI. Ad SOPHIAE hiſtoriam referas perſonalia adiecta PHIL. ARNOLDI *Leich- u. Ehren-Pred. der Durchl.* SOPHIEN, *Herrn* WILHELM *in Liefland, Curland u. Semgallien Herzogs Gemahlin*, Königsb. 1611. 4. pl. 7.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

DE VITA ALBERTI ARCHIEP. MOGVNTINI & MAGDEB.

§. I. *Scriptores vitam Alberti illuſtrantes.*
§. II. *Dignitates Alberti.*
§. III. *Eloquentia eius.*
§. IV. *Numi.*
§. V. *Dicterium, & lites cum Schenizio.*

§. I.

Quum a ſcriptoribus generalibus, quos alio loco commemorauimus, huius etiam Principis mentio fuerit iniecta: illos tantum nunc indicabimus, qui ſpeciales audiunt. Præter KRÜGERVM, quem l. c. p. 12. conſulas, & BAKIVM loco ſeq. capite allegando huc inprimis pertinent CASP. SAGITTARII *hi-*

ſtoria

ſtoria Halberſtadienſis (prod. Ien. 1675. 4. pl. 14) p. 85 ſ. PAVLI LENZII hiſtoria archiepiſcoporum Magdeb. (prod. Magd. 1738. 4. Alph. 1.) p. 138 ſ. & SAM. WALTHERI ſingularia Magdeburg. parte III. p. 66. Multa lectu digna de ALBERTO habet IO. PETRVS a LVDEWIG in præfatione Tomo II. conſiliorum ICtorum Halenſium præmiſſa, item in diurnis Halenſibus iunctim nuper editis p. 460. & alibi paſſim, nec non in oratione ſæculari, cuius mentionem ſuo loco fecimus. Breue quoddam elogium huius Principis exhibet IO. GEORGIVS DIETERICVS de litteraris Marggrauiis Brandenb. p. 36. Vt non dicam, ſcriptores rerum Moguntinarum, itemque illos, qui repurgatorum ſacrorum hiſtoriam referunt, haut pauca de ALBERTO habere, quibus enumerandis nunc non immorabor.

§. II.

Eum dioeceſi Halberſtadienſi, & Archiepiſcopatui Magdeburgenſi ac Moguntino cum eminentiſſima præſulis dignitate præfuiſſe, interque patres curiæ Romanæ purpuratos adſcitum fuiſſe, ſatis conſtat. Proferam hoc loco nonniſi bina ſcripta, IO. MANLII nimirum *hiſtoriolam 2 actuum a. 1518. Auguſtæ habitorum, quos inter primus fuit inueſtituræ actus Cardinalitiæ dignitatis ALBERTO Brand. oblatæ.* Addatur ALBERTI Archiep. Magdeb. Capitulatio de a. 1513. in IO. CHR. LÜNIGII continuatione ſpicil. eccl. p. 288 ſ.

§. III.

Eloquentiam facundiſſimi Principis teſtantur orationes quamplurimæ. Huc pertinent (1) eiuſdem *reſponſio ad orationem Imp.* MAXIMILIANI I. *de bello contra Turcas ſuſcipiendo, quæ in-*

ter orationes Turcicas REVSNERI Tomo I. p. 63. legitur. (2) eiusd. *responsio ad orationem legati Pontificii*, ibid. p. 155. (3) eiusd. *responsio ad orationem Imp. de bello Turcis inferendo* apud GOLDASTVM in den Reichs-Hændeln. Refertur etiam huc BENED. CARPZOVII *discussio voti septemuiralis, quod post obitum* MAXIMILIANI I. *pro* CAROLO V. *contra Galliæ Regem* ALBERTVS *dixit*, Lipſ. 1650. 4. pl. 13.

§. IV.

Numos ALBERTI recenſent diurna Onoldina a. 1740. n. 43. ſ.

§. V.

Dicterium, quo crebro vſus eſt, habet IO. AGRICOLA in prouerbiis germanicis p. 138 quem librum recenſent die ſummariſche Nachrichten aus der Thomaſiſchen Bibliothec Tom. II. p. 926. Eodem Tomo II. p. 727. ſ. habentur, quæ lites ALBERTI cum SCHENIZIO ſpectant. Scriptum a LVTHERO in hac cauſſa ALBERTO oppoſitum a. 1539. 4. Wittebergæ prodiit. Huc pertinent ANT. SCHENIZ *warhafter Bericht, wie sich die Sachen zwischen dem Cardinal von Meinz, und seinem Bruder* HANS SCHENIZ *zugetragen, u. er vom Cardinal on Recht getödtet, u. seine Güter mit Gewalt eingezogen, u. zur Vnbilligkeit gehemmet worden*, Witt. 1538. 4. pl. 8. Eiusd. *Nothwehre auf das ertichte Buch, vnter Graf* PHILIPS *von Mansfeldt Stadthalters, u. beider Stiffte Magdeburg und Halberstadt Hofræthe Nahmen ausgegangen.* 1539. 4. pl. 17.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVM QVARTVM.

DE VITA IOANNIS ALBERTI.

§. I. *Genealogia.* §. II. *Dignitas.* §. III. *Fata.* §. IV. *Mors.*

§. I.

Genealogiam illius RENSCHELIVS im Stammbaum p. 80 & IVNGIVS Miſcellaneorum Tomo I. p 342 itemque reliqui Genealogiarum Brandenburgicarum ſcriptores illuſtrant.

§. II.

Dignitatem, qua ornatus fuit in vtraque eccleſia, & Halberſtadenſi & Magdeburgenſi, primum Coadiutoris deinde Epiſcopi adſerunt ANDR. WERNERVS in chronico Magdeburgenſi, REINH. BAKIVS in expoſitione Euangeliorum Tomo II. eiusque præfatione, qua Archiepiſcopos recenſet, n. XLIII. SAGITTARIVS in hiſtoria Halberſtadenſi p. 95. PAVLVS LENZIVS in hiſtoria archiepiſcoporum Magdeburgenſium p 148. & V. C. SAM. WALTHERVS ſingul. Magdeb. Parte III.

§. III.

Fata eius enarrant SLEIDANVS de ſtatu religionis libro XIX. p. 684. & CHYTRAEVS in Saxonia. p. 470. ſ.

§. IV.

Mortem refert præter CHYTRAEVM l. c. GOTTFR. OLEARIVS halygraphiæ parte I. p. 263 Integram vero Principis vitam in compendio exhibet celeberrimi KOELERI Münzbeluſtigung Parte XI. p. 128. ſ.

§. V.

Ad historiam fratris attinet IO. LIDCII *epicedion de obitu tristissimo GVILIELMI Archiep. Rigensis, Marchionis Brand.* Regiom. 1563. 4.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM. DE VITA FRIDERICI.

§. I. *Scriptores Friderici vitam,* §. II. *& mortem illustrantes.* §. III. *Dotes, quibus excelluit.*

§. I.

De hoc IOACHIMI II. Electoris Brand. filio præter scriptores superiori capite §. II. allegatos multa habet LEVTINGERVS opp. p. 249. Inprimis SAGITTARIVS l. c. p. 96 memorabilia de eo adfert.

§. II.

Ad mortis historiam referuntur (1) SABINI epitaphium (2) IO. SCHOSSERI *ecloga Daphnis, continens encomion FRIDERICI Marchionis Br. Archiep. Magdeb.* Witt. 1559. 4. Vide etiam eius carmina iunctim edita. (3) PAVLI PRAETORII *oratio de FRIDERICO* Archiep. Magdeb. IOACHIMI filio, *vbi simul adiecta est consolatio ad Electorem de morte filii*, ib. 1560. 8.

§. III.

Eruditionem, pietatem, aliasque animi dotes, quibus excelluit, prædicat IO. GEORG. DIETERICI oratio *de litteratis Marggrafiis Brandenburgici* p. 37.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

DE VITA SIGISMVNDI.

§. I. *Parentes.* §. III. *Mors*
§. II. *Dignitas.* §. IV. *Numi Principis recensentur.*

§. I.

Parentes Principis ſuo loco enarrauimus, capite nimirum huius Sectionis XIII. Eum aui, Regis Poloniarum ora vultumque retuliſſe SABINVS auctor eſt in epigrammatibus.

§. II.

De dignitate archiepiſcopi Magdeburgenſis & epiſcopi Halberſt. conſulendi ſunt CHYTRAEVS, BAKIVS, SAGITTARIVS, LENZIVS, ll. cc. De ſtudio ipſius eccleſiam a ſuperſtitionibus repurgandi, deque conquiſita eius iuſſu eceleſiarum emendatarum forma confer GEORGII COELESTINI ſtatuta p. 146 huius bibliothecæ a nobis commemorata. Suaſorem ei in abolendis erroribus Pontificiis WOLFGANGVM Principem Anhaltinum fuiſſe BECMANNVS auctor eſt in hiſtoria Anhaltina, parte V. libro II. cap. XII.

§. III.

Ad hiſtoriam mortis pertinent (1) WERNERVS l. c, (2) SEB. BOETII Superint. Halenſis *Leichpredigt über der Leiche des Erzbiſch. SIGISMVNDI*, Mühlhauſen 1566. 4. (3) MICH. HASLOBII *carmen in obitum SIGISMVNDI, Archiep. Magd. Primatisque Germaniæ & Halberſtadenſis Eccl. Admini-*

ministratoris, Marchionis Brandenb. Ff. 4. pl. 5. Conferantur quoque SABINI poëmata.

§. IV.

Numos huius Principis refert TENZELIVS loco supra allegato. Confer diurna Onoldina a. 1740. n. XLIX.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEPTIMVM. DE VITA CHRISTIANI WILHELMI.

§. *I. Scriptores speciales vitam Principis illustrantes.*
§. *II. Litteris Francofurti operam dedit.*
§. *III. Scripta electionem,*
§. *IV. inaugurationem,*
§. *V. & Capitulationem illustrantia.*
§. *VI. Edictum ab eo publicatum.*
§. *VII. Sacra mutat,*
§. *VIII. & praesulis dignitate priuatur.*
§. *IX. Coniugium,*
§. *X. Filia.*
§. XI. *Numi.*
§. XII. *Adlitamentum.*

§. I.

Praeter historiae Brandenb. scriptores, quos generales vocamus, quosque suo loco commemorauimus, in describenda Principis huius vita occupati fuerunt ANDREAS WERNERVS & REINH. BAKIVS ll. cc. CASP. SAGITTARIVS in historia Marchionum ac Electorum Brandenb. p. 77. s. quem fere κατα ποδα sequitur LENZIVS l. c. p. 169. Conf. KOELERI Münz-Belustigung, Parte II. p. 226. s. Nos igitur speciales scriptores, id est, eos, qui vnum alterumque singulare vitae eius momentum illustrarunt, indicabimus.

§. II.

Studiis eum in alma Viadrina operam dedisse testatur

testatur IO. CRVGERI *chorus Musarum gratulantium* CHRIST. WILHELMO *Archiep. Magd. in Academiam Francofurtanam studiorum gratia a. 1600 se conferenti dedicatus*, Ff. 4. pl. 1.

§. III.

Historiam electionis illustrant (1) HIER. GALLI filiorum Electoris praeceptoris *gratulatio CHR. WILHELMO, cum Primas Germaniae & Archiep. Magdeb. solenniter declararetur, & inauguraretur*, Ff. 1698. 4. pl. 1. (2) Eiusd. *Glückwünschung, als S. F. G. durch sonderbare Schickung des Allmaechtigen zuuor einhelliglich zu einem Erzbischoffen zu Magdeb. erwehlet, u. hernacher d. 25. Apr. 1598 zu Cölln an der Spree solenniter publiciret worden*, ib. e. 4. pl. 2.

§. IV.

Inaugurationem vero ipsam docent (1) PHIL. HAN Dompred. zu Magd. *Christl. Landtags-Predigt am 27. Sept. 1608. auf dem Landtag zu Hall in Sachsen bey Antretung u. Befestigung der Erzbischöfl. Regierung Hrn. CHRISTIAN WILHELMEN Postul. Erzbisch. zu Magdeb.* Magd. 1608. 4. pl. 10. (2) ARNOLDI de REYGER *oratio de Archiepiscopi & Principis boni dignitate & officio, qua* CHRIST. WILHELMO *Archipraesulatum gratulatur*, Magd. 1608. 4. pl. 6. (3) PETRI BECCERI *celeusma Phoebi triumphantis super felicem inaugurationem CHR. WILHELMI Marchionis Brand. electi Archidioeceseos Magd. Episcopi a. 1608. tuba poëtica decantatum*, Halae 4. pl. 3. De sacramento, quo Halenses CHR. WILHELMO se obstrinxerunt, habent quaedam CHRIST. THOMASII ernsthaffte aber doch muntere u. vernünfftige Gedanken, über allerh. Iuristi-

Iuriſtiſche Hændel, Parte II. pag. 240.

§ V.

Neque tamen prætereundum eſt, Archiepiſcopum hunc ad certas quasdam conditiones, Capitulationem vocant, adactum eſſe. Confer LÜNIGII ſpicilegium eccleſiaſticum, T. I. de Archiepiſc. Magdeb. n. cxx. Idemque hoc patet ex relatione quadam, quæ in SETHI HENR. CALVISII zerſtörten u. wieder aufgerichteten Magdeburg p. 12. ſ. legitur, ſub titulo: *Relation u. Beylagen, womit zu beweiſen, wodurch, u. aus was Grund, Anfang, Mittel u. Ende die vralte u. gute Stadt Magdeb. zu dem erbærml. Vntergang veranlaſſet worden.*

§. VI.

Anno 1630 prodiit edictum, quod CHR. WILHELMVS Magdeburgi publicari iuſſit, quodque theatri Europæi pars II. p. 265. repetit. Argumentum ſcriptores hiſtoriæ illorum temporum, inprimis SAGITTARIVS & LENZIVS ll. cc. exhibent.

§. VII.

Quum anno ſequenti, quem & ſibi & Magdeburgenſibus funeſtisſimum expertus eſt, in captiuitatem duceretur, ſuadentibus Pontificiis ad caſtra Romanenſium tranſiit, &, ne libertatis cauſſa id feciſſe videretur, ſcriptis in publicum emiſſis ſententiam mutatorum ſacrorum aperuit. Celeb. VAL. ERN. LOESCHERVS in bibliotheca purpurata huius libri mentionem facit: addit tamen, Loiolitis eumdem a quibusdam tribui. Eſt vero hic liber: *Speculum veritatis, Vnſer von GOttes Gnaden CHR. WILHELM M. zu Br. in welchem der hiſtoriſche u. gründl. Verlauff, auch chriſtl. penetrirende Motiven u. Vrſachen verfaſſet, ſo durch ſonderbare Gnade*

Gnade u. Güte des Allerhöchsten der Luther. Religion, darinn wir von Kindheit auf erzogen, zu valediciren, u. dagegen zu der Röm. Cathol. Kirche zu treten vnser Gewissen angestrenget, Wien 1633. 8. it. Cölln 1653. 4. Alph. 1. pl. 15. Theologus Hafniensis CASP. ERASMVS BROCHMANDVS opponebat *lychnum verbi Prophetici veritatis Pontificio speculo oppositum*, Hafn. 1634. 4. Alph. 1. pl. 13. qui quidem liber in vernaculam translatus prostat sub titulo *Euangelisch Licht u. Recht, entgegen gestellet dem Spiegel Pæpstlicher Warheit, izo ins deutsch übersezt*, 1638. 8. Alph 1. pl. 3. Quumque nouem interiectis annis prodiret *Apologia speculi veritatis, an die Königl. Würden in Dænnemarck u. dero Königl. Successoren*, CASP. ERASMI BROCHMANDI *Læsterschrifft entgegen gesezt*, Cölln 1653. 4. Alph. 2. pl. 18. BROCHMANDVS caussam suam tuitus est. Edebat quippe *confutationem Apologiæ* Ducis CHR. WILHELMI, Hafn. 1653. 4. Alph. 14. Partibus quatuor constat hoc opus, idque raro obuium. Edidit quoque MELCH. NICOLAI *gründliche aus heil. Schrifft u. Antiquitæt hergenommene Beantwortung zweyer Schrifften, so unter dem Nahmen des Durchl* CHR. WILHELMI *in den Druck gegeben, u. theils der Brandenburgische Warheit-Spiegel, theils eine Apologie derselben wieder* BROCHMAND *tituliret*, Tub. 1643. 4. Alph. 6. pl. 4.

§. VIII.

Quod archipræsulis dignitate orbatus, & certis quibusdam reditibus annuis ei prospectum fuerit, præter SAGITTARIVM & LENZIVM ll. cc. docet v. c. SAM. WALTHERVS singularium Magdeburgensium, parte IX. p. 394. f. Huc facit eiusdem

eiusdem Marchionis *Instruction u. Nachrichtung, darauf in Vnserm Erzstifftischen Prætension-u. Alimentation-Sachen vnser Geuollmæchtigter bey izt angestellten allgemeinen Friedens-Handlungen hauptsæchlichen zu sehen.* Tandem vero post varias consultationes & tractatus de conditionibus, quæ articulo XIV. pacis Westph. continentur, conuentum fuisse docent LONDORPII acta publica Tomo VII. p. 283. Ceterum ad historiam huius Archi-Episcopi pertinet etiam V. C. SAM. WALTHERI *historia litteraria excidii Magdeburgici a. 1631. MS.* cui hæc præmittuntur; *diese Nachricht ist deswegen aufgesezt, weil CALVISII hist. excidii Magd.* ed. 1727. *die eine Historie seyn soll, nichts anders, als eine Collection etl. Piecen hat, die nur von der Belagerung u. Zerstörung selbst geschrieben sind. Daher allhier mehr Vmstænde angeführet werden.*

§. IX.

Quod ad coniuges attinet, de prima modo, nempe DOROTHEA in oppido Marchiæ *Ziesar* mortua (de reliquis enim præter nomen nihil habeo, quod adferam) HENRICI IVLII Brunsu. filia innotuit MART. CASELII *Leichpred. bey Fürstl. u. Volckreicher Versamlung, als der abgelebte Cörper der Durchl. DOROTHEEN Fürstl. Gebrauch nach zu Altenburg beygesezt worden,* Altenb. 1644. 4. pl. 7½. Mortua est cal. Septembris 1643. male igitur SAGITTARIVS annum 1649. nominat. Idem ille coniugem tertiam ex familia TRAVTMANSMANSDORFIORVM ortam dicit, quam LENZIVS ad familiam comitum de SOLMS refert. Curatius in hanc rem inquiret, nodumque vt spero, soluet

noua,

noua, quam meditamur, RENSCHII editio. Confer præterea de hac DOROTHEA chronicon Brunsuicense REHTMEIERIANVM p. 1192.

§. X.

Filiam habuit SOPHIAM ELISABETHAM, FRIDERICO WILHELMO Altenburgensium duci nuptam, ad cuius historiam quodammodo pertinet *Repræsentatio der Fürstl. Aufzüge, Ritterspiel, auch Feuerwerck u. Ballet, welches der durchl.* CHRISTIAN WILHELM *auf deroselben Fürstl. Fræuleins* SOPHIEN ELISABETH *Kindtauffen zu Halle d. 8. biß 12. Apr. gehalten u. angeordnet 1616. benebst den dazugehörigen Carthelen, Versen, u. schönen Kupfer-Stücken,* Halle 1617. fol. De hac ELIS. SOPHIA conferatur SPENERI sylloge historico-genealogica p. 365. nec non scriptores Saxonici.

§. XI.

Numos historiam CHR. WILHELMI illustrantes recensent diurna Onoldina a. 1740. n. 50. p. 394. s.

§. XII.

Priusquam vlterius progrediar, vnum addere liceat. Regimen CHRIST. WILHELMII admodum perstringit auctor scripti a. 1630. 4. editi sub titulo: *Ein wohlmeinendes Bedencken eines Patrioten, welches er einer hohen Standesperson ertheilet, darinnen enthalten: welchergestalt das Erzstifft Magdeburg nunmehro in einen andern Wohlstand gebracht u. administriret werden könne?* Autorem hunc nouo Archiepiscopo LEOPOLDO LVDOVICO fauisse IO. PET. a LVDEWIG arbitratur in præfatione parti II. ICtorum Halensium præmissa, p. 36.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

DE VITA IO. GEORGII EPISC. ARGENTIN.

§. I. *Scriptores de vita Principis.*
§. II. *Turbae Argentinenses ex electione eius ortae,*
§. III. *Negotium Carrouiense.*
§. IV. *res fortiter gestae,*
§. V. *Numi.*

§. I.

Genealogiam eius quod ſpectat, parentes ſuo loco, capite nimirum XVI. enarrauimus. Vitam eius deſcripſit SAGITTARIVS in hiſtoria Marchionum ac Ell. Brand. p. 76. Conf. DITHMARI, Nachricht von den Herren-Meiſtern p. 91. Paucis lineis incluſam vitam huius Principis exhibet ADAMI PANTKII diatribe de Sileſia Marchicorum fotrice. Præcipuorum in vita ipſius memorabilium momentorum ſcriptores vt hoc capite addamus, inſtituti noſtri iubet ratio.

§. II.

Primo loco nominamus turbas Argentoratenſes, ex electione IO. GEORGII ortas. Hiſtoriam SAGITTARIVS l. c. breuitate concinna enarrat. Plurima vero ſcripta huc pertinentia indicat CHRISTIANI GOTHOFR. HOFMANNI Einleitung in das Ius publicum p. 182. ſ. Huc inprimis faciunt (1) IO. PAPPI *chriſtl. Predigt von dem Amt, Tugenden, u. Wahl eines chriſtl. Biſchoffs vor der Wahl des Hochw. Durchl. Herrn IO. GEORGEN poſtulirten Adm. des Stiffts zu Strasb. gehalten daſelbſt im Münſter, 1592.* Ff. am Mayn eod. 4. (2) *Warhafftige*

hafftige u. eigentl. Vertrags- Articuln zwischen den Römisch- Catholischen, u. der Augsp. Conf. Verwandten dero Stadt Strasburg, und hohen Thumstifts daselbst, angehend eines theils den Hochw. Durchl. Herrn CARL Cardinal zu Lottringen Bischof daselbst, andern theils den Durchl. Hochg. Fürsten und Herrn IO. GEORGEN M. zu Brand. gehalten, mit Vermeldung, was für Fürsten, Grafen und Herren, mit Nahmen und Zunahmen hierinnen benandt sind, diese gütl. Vergleichung vnterfangen, bekræftiget, beeydet und versiegelt haben, in der löbl. Reichs-Stadt Hagenaw, Cölln 1604. 4. pl. 2.

§. III.

Sequitur negotium Ducatum Carnoviensem (Iægerndorf) spectans, quo pertinent (1) *Abschriften etl. denckwürdigen Schreiben, welche FRIDRICH König in Böhmen an den Marggr. von Iægerndorf abgehen lassen.* 4. (2) IO. GEORGII *Notifications-Patent wegen seiner Zurüstung, daß solche auf Ordre König FRIDRICHS geschehe, und keineswegs auf und wieder die standhaften Fürsten und Stænde abziele* d. d. Neyss 3. Iul. 1621. (3) Eiusd. *Ermahnungs-Schreiben an die Schlesier, K. FRIDRICO treu zu verbleiben, und die Confæderation vnuerbrüchlich zu halten, mit beygefügter Nachricht von der Pragischen Execution*, eod. d. & a. (4) Eiusd. *Patent an Fürsten und Stænde, von der Confæderation nicht abzuweichen, nebst beygefügter Instruction des Gen. WALLENSTEIN Schlesien zu ruiniren, und Nachricht, daß er etliche bi-*

schöfliche Administratores von Neyß, zu Geisseln mitgenommen, und warum solches geschehen, ib. d. 10. Iul. e. a. Singula extant in LONDORPII actis ed. in 4to Tom III. cap. 23. edit. autem in fol. Part. II. libr. 6. cap. 3. & in Theatro Europæo Tom. I. p. 524. Hoc vero negotium male successit. Prodiit nimirum *Copia Kayserl. Achts-Erklærung wieder Pfalzgr. FRIDERICH Churf. wie auch wieder HANS GEORGEN den Eltern, M. zu Brandenb. CHRISTIAN Fürsten zu Anhalt, und GEORG FRIDRICHEN Gr. zu Hohenloe, 1621.* 4. pl. 4.

§. IV.

Rerum Principis huius fortiter beneque gestarum mentionem facit NIC. BELLVS im Oesterreich. Lorber Cranz, lib. IV. sq. Confer. etiam DITHMARI Nachricht von den Herrenmeistern, p. 194.

§. V.

Numos historiam eius illustrantes recenset TENZELIVS l. c. Vide diurna Onoldina, a. 1740. n. 50. p. 393. f.

CAPVT QVADRAGESIMVM NONVM.

DE VITA ERNESTI MARCHIAE GVBERNATORIS.

§. I.

Patri filium adiungimus, & scripta vitam eius illustrantia, eo ordine, quo edita sunt, communicamus. Sunt vero præter SAGITTARIVM & DITHMARVM l. c. sequentia (1) *IOACH. SIG. von BOCK fröl. Gespræch 2. hohen Fürstl.*

Fürstl. Personen in verhoffter Zusammenkunfft und Gegenwart zu Königsberg in Preußen einander zugedacht, aber von neuer entstandner Kriegs-Unruhe und obhandenen Gefæhrlichkeiten, das liebe Vaterland betreffend leider verhindert, abgefaßt u. fürgestellet. Berlin 1642. 4. pl.1. (2) Eiusd. *schmerzl. Trauerklage, als die Hand GOttes den einen grünen und frisch-blühenden Zweig von dem hochlöbl. Stamm Brandenb. plözl. und unverhofft mit hochempfindl. Schaden herunterriß, nebst angehængter herzl. Bitte, GOtt wolle nicht allein der beste und kræftigste Tröster seyn, sondern auch die übrigen grünen Zweige in allen Gnaden erhalten, Königsb.* e. 4 pl. 1. (3) *Fortuna potentiss. domus Brandenb. perpetua cum gente Fabia inter Romanos collatione expressa ac FRID. WILHELMO tum serii super obitu ERNESTI March. Br. luctus testandi; tum boni ominis quo felicius potentiss. domus incrementum ab illo quam ab impubere FABIO superstite sua gens vidit auguramur exhibita ab aliquot nobilitatis iuuenibus dirigente VAL. THILONE,* ib. e. f. pl. 5. ½. (4) IAC. HELLWIG *Fürstl. Ehren-Preiß zu sonderbarem unsterblichen Ruhm Hrn. ERNSTS Marggr. zu Brand. der Chur- u. Marck-Brandenb. hochansehl. Stadthalters, Mont. nach dem Fürstl. Begræbniß den 10. Apr. 1643. auf Begehren der hochbetrübten Frau Mutter in S. Peters-Kirchen zu Cölln an der Spree nach geprediget,* Berlin 1643. 4. pl. 6. (5) IO. BERGII *Fürstl. Leich-Pr. Hn. ERNSTEN Marggr. zu Brandenb. als derselbe a. 1642. am 24. Sept. auf dem Churf. Hause*

zu Cölln an der Spree seelig verschieden, und a.1643 am 7. Apr. sein Fürstl. Cörper in der Thum Kirche in das Churfürstl. Erb-Begræbniß beygesezt worden, gehalten. Frf. eod. 4. pl. 9. (6) BENED. REICHARDI *Reip. Berol. Consulis epitome ex registraturis & annalibus Marchicis, h. e. memoriæ, vt & adoriæ vel gloriæ Dn. ERNESTI March. Br. d. 24. Sept. 1642. pie defuncti & 7. Apr. 1643. splendide sepulti cupressus exequialis generosa, continens (1) Prologum ad lectorem (2) Præfat. ad El. Br. FRID. WILHELMVM (3) Relationem vitæ, & fati Marchionis ERNESTI (4) epist. consolatoriam ad Illustr. Matrem EVAM CHRISTINAM Wirtenbergensem Ducissam (5) epist. consolatoriam ad relictam Illustr. sponsam LOYSAM CHARLOTTAM (6) Alloquium defuncti ad consanguineos superstites*, Berlin e. 4. pl. 8½. (7) *Oratio s. Tropæa μνημονευτικα in mem. ERNESTI March. Br. nec non GEORGII WILHELMI Heredis Br. erecta per* IO. PISTORIVM *Ombaco-Palatinum, ludi moderatorem & verbi administrum Wassenburgi Iuliacorum*, Düsseldorpii 1614. 4.

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

DE SEPVLCRIS ET CONDITORIIS PRINCIPVM.

§. I. Sleuogtii de sepulturis Principum liber habet huc pertinentia.

§. II. Speciatim dormitoria Marchionum & Ell. Brand. recensent Angelus,

§. III. & Cernitius.

§. IV. Dormitoria primorum Ell.

Ell. ex gente Zollerana, & Ducum Borussiae.
§. V. *Electorum Brand. dormitorium Coloniae.*
§. VI. VII. *de dormitoriis Marchionum lineae Baruthinae.*

§. I.

Generatim de hoc argumento egit GOTTL. SLEVOGTIVS libro de *sepulturis Imperatorum, Regum, & S. R. I. Electorum in monasteriis, templisque* Ienae 1722. edito, ibidemque a p. 422. ad p. 441. vsque habet *recensionem Sereniss. & Potentiss. Electorum Brandenb. in monasteriis & templis sepultorum.* Recensionem hanc ita instituit, vt plurimorum gentis Brandenburgicae Principum dormitoria memoret, SAGITTARIVM in plerisque secutus.

§. II.

Si speciatim dormitoria designari velis Marchionum, Electorum, atque Regum ex stirpe Brandenburgico-Borussica: sub singulis fere Principibus ea indicauimus, vt vel hac de caussa necesse non sit singularia quaedam proferre. Ne tamen plane ασυμβολοι simus: de primis Marchiae Principibus, Arneburgi, Berolini, Brandenburgi, Chorini, Coloniae, Lehnini, Stendaliae, Struthiomonti, sepultis consulatur ANGELVS, qui in annalibus passim huc pertinentia refert. HENR. SCHMIDII Einleitung zur Brandenb. Kirchen-Historie habet p. 68. quaedam, digna, quae conferantur. GARCAEVS quoque, BIERSTEDIVS in chroniciolo, et MICH. NICOLAI descriptio vrbis Brandenburgi adferunt huc pertinentia.

§. III.

Memini IO. CERNITIVM, de quo suo loco diximus, hoc de argumento interrogatum lineas quasdam duxisse, quas in bibliotheca PLOTHOIANA

 (cuius

(cuius catalogum ſub n. 10000. confer) vidi: ſed vix operæ erat pretium.

§. IV.

De primis Electoribus e gente Zollerana ortis habet HOCKERI Heilsbronniſcher Antiquitæten-Schaz non pauca lectu digna. De Boruſſiæ Ducibus conſulendus eſt v. c. MICH. LILIENTHALII *Beſchreibung des Thums zu Königsberg*, prod. ib. 1716. 4. pl. 10. Adde MELCH. LÜBECKII additamentum, quod ibid. prodiit 4. pl. 2.

§. V.

Principum Electorum, itemque Diui Regis FRIDERICI & coniugum conditorium Coloniæ Brandenburgicæ reperiri, docet das Alte und Neue Berlin, Parte I. p. 53. ſ. vbi FRANC. HILDESHEIM *inſcriptiones ſepulcrales, quæ vulgo ſunt Epitaphia Electorum & Marchionum quorundam Brandenb.* (quæ primum prod. Berol. 1608. 4. pl. 3.) recuſæ exhibentur.

§. VI.

Digna etiam ſunt IO. FICKENSCHERI verba in oratione de fatis Baruthi §. 3. quæ hoc loco repetantur. *Glorioſum*, inquit, *templi noſtri monumentum eſt ſepulchrum pro funeribus ex Ser. domo Brandenb. Norici Burggrauiatus ſuperioris. Cuius ſiue ſtructura artificioſiſſima perſpiciatur, ſiue pulcritudo & formoſitas interior accuratius paulo attendatur, Mauſoleum Brandenburgicum recte nuncupabitur hoc ſepulcrum illuſtre: per quod, vt liberius aër vagetur, duabus a. 1676. menſe Martio adornabatur feneſtris, rubiginem cum putredine auertentibus.* Funera, quæ ordine ſuo illuſtre ſepulcrum in templo baſilico Baruthino recepit, recenſet in ſequentibus. Primo loco occurrit FRID. WILHELMVS a. 1620. mor-

mortuus. Duodecimum locum occupat CLAVDIA ELEON. SOPHIA a. 1676. mortua.

§. VII.

De Marchionibus, quorum ossa in coenobio *Himmelscron* requiescunt, fecit mentionem I. E. T. *Beschreibung gedachten Closters*. Conf. supra suo loco.

CAPVT QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

DE SCRIPTORIBVS QVI ICONES PRINCIPVM COLLEGERVNT.

§. I.

Primo loco recensetur tabula, quae Noribergae in forma grandiori quam vocant (Regal) prodiit, icones & breuem quamdam biographiam Marchionum atque Electorum Brandenb. sistens. Titulus hic est: *Kurzgefaste Lebens-Beschreibung und Conterfey aller Churfürsten von Brandenburg.* it. *Succession der aus dem Hause zu Nürnberg entsprossenen Churfürsten zu Brandenburg.*

§. II.

Ex familiis antiquissimis, Saxonica inprimis, Principum icones repraesentat MENZIVS. Ascaniae domus Principes sistit BECMANNVS. Zolleranos Principes & Electores, & terrarum Baruthinarum atque

atque Onoldinarum dominos RENSCHIVS sistit. Electorum Brandenburgicorum icones exhibet CERNITIVS, & qui eum lingua gallica donauit, ANT. TEISSIERIVS, nec non auctor cl. des Kön. Preuss. und Chur-Brandenb. Geschichts-Calenders Baruthinorum denique imagines DAN. PAVLVS LONGOLIVS ære expressas offert. De singulis scriptoribus quum alio loco fuerit expositum, plura nunc non attinet dicere.

§. III.

In catalogi bibliothecæ Plothoianæ parte II. n. 10866. occurrunt *Bildnisse der Churf. und Marggrafen von Brandenburg zusammen gebracht von* MART. FRID. SEIDEL. Ibid. n. 10872. *habes unterschiedl. Bildnisse Chur- und Fürstl. Gemahlinnen, auch anderer vornehmen Manns und Weibs-Personen, welche bey der Mærckischen Historie zu gebrauchen, zusammen gebracht durch* MART. FRID. SEIDEL.

§. IV.

Pertinent huc etiam quoddammodo WOLFG. KILIANI (ciuis August. Vindel.) imagines Imp. & Principum genuinæ æri incisæ. Ibi enim imago GEORG. WILHELMI Electoris Brandenb. & CHRISTIANI WILHELMI nec non IO. GEORGII Marchionum Brandenb. repræsentatur, additis cuilibet iconi binis distichis non inuenustis.

§. V.

Denique huc spectat IO. HENRICI von FALCKENSTEIN antiquitatum & memorabilium Nordgauiæ veteris pars III. Ibi enim exhibentur icones Serenissimorum Principum Onoldinorum IOACH. ERNESTI, ALBERTI, IO. FRIDRICI, GEORGII FRIDRICI, WILH. FRIDRICI, CAROLI WILH. FRIDRICI.

CAPVT

CAPVT QVINQVAGESIMVM SECVNDVM

DE MERITIS ELECTORVM ET MARCHIONVM BRAND. IN IMPERIVM ROMANO GERMAN.

Huc pertinent (1) *das des Reichs allezeit mehr, als sein eigenes Interesse suchende Chur Hauss-Brandenburg*, 1675. 4. Conf. Diarium Europæum Parte XXXI. (2) DAV. REIMARI de BERTKOW *or. de fide & meritis Serenissimorum Electorum Brandenb. in sacratissimum Imperatorem, & Romanum imperium*, Ff. 1689. f. pl. 2. (3) IO. CHRISTOPHORI de HÜNICKE *Panegyricus de illustrissimæ gentis Zolleranæ ab 800 amplius aunis, atque inde natorum Electorum Brandenb. contra Turcas & infideles rebus gestis atque expeditionibus bellicis, indeque partis victoriis amplissimis*, ib. 1687. fol. pl. 9. (4) DAN. GOTTL. PIETSCH *diss. inauguralis de meritis domus Brandenburgicæ in imperium* Altd. 1721. f. & 4. pl. 9. Recensent hunc libellum fasti vniu. Altdorfinæ p. 196. s. (5) *Brandenb. Verdienste vm das Erzhauss Oesterreich in Anbetracht der Kayser-Wahl und Erhaltung desselben bey der Kayserl. Würde.* Conf. diurna Onoldina a. 1740. n. 45. & a. 1741. n. 20. 22. it. n. 50. 52, quæ CASIMIRVM *fidelem assertorem domus Austriacæ appellari* commemorant. Adde, IO. MICH. ELLRODII *or. de meritis Ser. CHR. ERNESTI in Imp. &*

imperium Romanum in LVDOVICI Schul-Historie P. III. p. 95. allegari.

CAPVT QVINQVAGESIMVM TERTIVM.

DE TITVLIS ET INSIGNIBVS BRANDENBVRGICIS.

§. I. *Auctores, qui titulos Brand. exhibent,*

§. II. *De insignibus agunt Schosserus,*

§. III. *Limnaeus, Spenerus, Pfeffingerus,*

§. IV. *Ludewig,*

§. V. *Schmeizelius.*

§. VI. *Koelerus, Weigelius.*

§. VII. *Insignia archicamerarii explicata.*

§. VIII - X. *Auctores huc spectantes,*

§. XI. *Insignia Marcb. Onoldini explicata.*

§. XII. *Seidelii labor huc pertinens.*

§. I.

Quod ad titulos attinet, illos exhibent LIMNAEVS, IMHOFIVS in notitia procerum T. I. p. 7. ed. KOELERI, & illustris auctor Germaniae Principis p. 328. seqq. Habent etiam huc pertinentia PFEFFINGERVS in Vitriario illustrato Tom. III. p. 977. & IO. CHRIST. WAGENSEILIVS in commentatione de S. R. I. summis officialibus & eorumdem subofficialibus (prod. Altd. 1686. 4. Alph. I. pl. 17.) p. 151 s. Ceterum merentur consuli diurna Halensia de a. 1742. n. VII. vbi exhibetur *die Königl. Preussische Canzleymaessige Titulatur erlaeutert.*

§. II.

Quod insignia spectat, huc pertinent IO. SCHOSSERI

SERI *insignia illustrissimae & inclytae familiae Marchionum Brandenburgensium elegiaco carmine celebrata cum praefatione* PHIL. MELANCHTHONIS, Witteb. 1557. 4. pl. 2. Exstat quoque in poëmatibus SCHOSSERI iunctim Francofurti editis Libro I. elegiarum p. 7. absque praefatione. PHILIPPVS, dum SCHOSSERVM Electori IOACHIMO II. & reliquis Marchiae Principibus commendat, hisce verbis vtitur: *Haec cogitanda sunt, cum signa in clypeis adspiciuntur, quae sunt & testimonia antiquitatis familiarum, quae non possunt esse diuturnae sine virtute, & sunt monimenta rerum gestarum. Laudo igitur studium* IO. SCHOSSERI P. L. *in illis signis celebrandis. Cumque nobilissima familia vestra semper singulari liberalitate doctrinarum conseruationem adiuuerit, hunc quoque virum doctum & honestum Celsit. Vestrae reuerenter commendo.* Quum de SCHOSSERO hoc p. 2. bibliothecae nostrae exposuerimus: id modo addimus, quamdam vitae eius recensionem IO. HENR. ACKERVM dedisse, quam CASP. MELISSANDRI confessioni de certamine Flaciano (prod. Rudolst. 1712. 8.) p. 24 s. adiunxit.

§. III.

Elegiam hanc SCHOSSERI recudendam curauit, & historiae insignium illustrium, seu operis heraldici parti speciali p. 95 adiecit PHIL. IAC. SPENERVS, cuius integrum caput XIII. a p. 75. ad p. 97 vsque huc omnino pertinet. Quae enim SPANGENBERGIVS im Adels-Spiegel, & HÖPINGII liber de iure insignium hoc de argumento habent, is luculentissime auxit, reliquaque insignia addidit. IOANNEM quoque LIMNAEVM libro V. iuris publici p. 193. & in additionibus ad hunc

hunc librum p. 391. insignia depinxisse constat. PFEFFINGERVM quoque l. c. Tomo III. p. 972. in delineandis insignibus occupatum fuisse apparet: Conferatur etiam eius Tomus II. p. 637.

§. IV.

In Io. PETRI a LVDEWIG scriptis multa hæc argumentum quam maxime illustrantia deprehendis. Patebit id formulam ducatus Brandenburgici inspicienti p. 82. Idem in diurnis Halensibus (gelehrten Anzeigen) iunctim nuper editis p. 157 agit de aquila Brandenburgica bicipiti ita sentiens, *dass die Churf. von Brandenb. der doppelten Marck halber am ersten doppelte Adler geführet, und dieserhalb die Brandenb. Kayser* CAROLVS IV. WENCESLAVS, *und* SIGISMVNDVS *dieselbe in ihren Wapen deswegen mit gebraucht, daraus die folgenden Oesterreich. Kayser so denn ein Kayserlich Reichs-Wapen gemacht, und beständig gebraucht haben.* Idem in diurnis a. 1735. n. 33. exhibet *einige Brandenburg. Münzen mit dem doppelten Adler, worunter auch das Zossische Amts-Wapen gleichfals mit dem doppelten Adler.* Confer eiusdem reliquias Tom. VII. p. 560.

§. V.

Meretur etiam allegari MARTINI SCHMEIZELII, *Blasonirung des Preußischen Wapens.* Confer eiusd. Einleitung zur Wapen-Lehre, p. 260. f. Repetitur in Prussiæ illustratæ Tomo III. p. 835.

§. VI.

Nec prætermittenda est egregia, quam celeberrimus KOELERVS præstitit, opera. Prodiit enim eius auspiciis *der durchl. Welt-Geschichts-Geschlechts-u. Wappen-Calender*, Norib. 4. sumtibus CHRIST. WEIGELII. Insignia in hoc calen-

calendario nitidiſſime ſunt expreſſa, addita p. 74. explicatione. Adduci quoque meretur *das groſse u. vollſtændige Weigelſche Wappenbuch, worinnen die Wappen-Schilde, Helme u. Kleinodien aller hohen Potentaten, Herren u. Stænde in VI. Theilen, u. 14767. Kupfer-Tafeln enthalten*, Nürnb. 1735. f. Præfationem præmiſit idem KOELERVS. Innotuerat triginta abhinc annis, ſub tit: RVDOLPHI IO. HELMERS *Erneuertes u. vermehrtes Wappen-Buch.* Priores duos operis huius libros ediderat IO. SIBMACHER, Norib. 1605. & 1609. 4. ex cuius nomine allegari ſolet *das Siebmacheriſche Wappen-Buch.* Sequentes tres libros adiecit PAVLVS FVRST a. 1637. ad quem SPENERI opus heraldicum ſæpiſſime prouocat. Sextus liber in editione HELMERI acceſſit, cui vltimam nunc manum impoſuit laudatiſſimus KOELERVS, idemque opus hoc maxime locupletauit.

§. VII.

Inſignia Archicamerarii, quod quidem illuſtre nomen Electori Brandenburgico proprium eſt, ex arte heraldica eruit V. C. IO. FRID. IOACHIM in commentatione iuris publici de Archicamerario, Hal. 1736. 4. pl. 10½. Recenſionem dabunt diurna Halenſia a. 1706. p. 732.

§. VIII.

Proſtat etiam *Erklærung des Kônigl. Preuſsiſchen Wappens*, Magdeb. 1728. 4. pl. 1. nigrum autem rubro non reſpondet. Sed ſalua res eſt. Cl. enim SAMVEL WALTHERVS modo orationes quasdam de hoc argumento habendas ſignificaturus iſto titulo vſus eſt.

§. IX.

CHRIST. GABR. MAVERSBERGER *inſignia in*

insignia domus Brandenburgicæ ominosa, *d. i. die nachdencklichen Wapen-Bilder des Chur-Hauses Brandenburg*, prod. Starg. 1701. f. pl. 2. PAVLVS LÜVTKEMANNVS *insignia regalia Ser. Princ. FRIDERICI I. Regis Prussiæ aquilam*, *sceptrum*, *& coronam 1701. adumbrauit*, ib. f. pl. 3. Vtrumque hoc scriptum specioso quidem titulo gaudet: sed lectoris non in cortice hærentis voto haut respondet.

§. X.

Denique commemorandum duxi, in catalogo Bibliothecæ Menckenianæ, p. 82. legi MS. *von dem Preussischen Wapen.* Cui addo, in FELLERI monumentis ineditis p. 49. allegari CHR. MAXIMILIANI SPENERI opus heraldicum de insignibus Regiis Prussicis.

§. XI.

Insignia Ser. Marchionis Onoldini speciatim quod spectat, commemoratione dignus est libellus, qui inscribitur: *Probe einer verbesserten Heraldic an dem Hochf. Hessisch. u. Hochgræfl. Hanauischen, so denn Chur-Maynzisch-wie auch Hoshfürstl. Brandenburg-Anspachischen Wapen*, Giessen 1728. 8. pl. 9. Auctor huius libelli est vir celeb. IO. GEORGIVS ESTOR, ex quo in primis ad rem nostram facit *das V. Hauptstück von dem Hochf. Brandenb. Anspachischen Wapen* a p. 75. ad p. 83. vsque. IO. LVDOVICVS HOCKERVS im Heilsbronn. Antiquitæten-Schatz, & V. C. GOTTL. PAVLVS CHRIST in den Brandenb. Denckwürdigkeiten operis huc maxime spectantis spem fecerunt, quam vt impleant, optamus.

§. XII.

Nec prætermittendum duco, inter MSCta bibliothecæ

thecæ Plothoianæ n. 10882. occurrere volumen, worinnen die Chur-Brandenburgischen, u. der dahin gehörigen Prouinzen-Wapen mit ihren rechten Farben blasoniret, u. zusammen getragen von MARTIN FRID. SEIDEL.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVARTVM.

DE EMINENTIA DOMVS BRANDENBVRGICAE.

§. I. *Scriptores de hoc argumento Ludewig, Hagen, Grumbko, Struuius.*

§. II. *Discursus politicus, & consilium catholico-politicum, de cuius auctore & confutatione disseritur.*

§. I.

Illustris auctor Germaniæ principis p. 601. s. argumentum hoc excussit ad p. vsque 616. Speciatim huc pertinent sequentes libri & libelli: (1) IOACH. HENR. HAGEN *Iudicium prouinciale Noricum iuxta fontes, immunitates, iura, solennia, dignationem atque amplitudinem, nec non personas tam olim, quam hodie isthoc adornantes, dissertatione historica adumbratum*, Bar. 1677. 4. pl. 9. Adde de hoc argumento diurna Onoldina a. 1740. n. IX. & XIV. (2) Eiusd. *oratio pan. de potentissimæ domus Brandenb. dignationibus, prærogatiuis, immunitatibus, & expectantiis singularibus, maxime quantum ad Burggrafiatum Noricum spectat*, ibid. 1683. 4. pl. 5. (3) OTTONIS CHRIST. de GRVMBKO *oratio de Serenissimæ domus Brandenb. eminentia*, Vltrai. 1690. f. pl. 15. (4) BVRC. GOTH. STRVVII *commentatio de dominio directo in alieno terri-*

territorio cumprimis Ser. Marggrauiorum Brandenb. tamquam Burggrauiorum Norib. in Austria, respondente GOTTLIEB FRIED. HOEFFLICH, Ien. 1724. 4. pl. 8. Recusa est nuper hæc ipsa dissertatio bis, Ienæ nimirum separatim, & Lipsiæ sub sequ. titulo: *Illustrium duorum ICtorum* M. H. GRIBNERI *ac* B. G. STRVVII *de dominio directo in alieno territorio disquisitiones*, *ex rec.* HENR. GOTTL. FRANCKE, *qui scriptores de S. R. I. territoriis, variis eorum speciebus, acquisitione, incorporatione, condominio, superioritate, & iurisdictione territoriali, nec non seruitutibus iuris publici præmisit*, 4. pl. 17.

§. II.

Hac occasione commemorandus etiam videtur *Discursus politicus & consilium catholico-politicum von dem Aufnehmen, und der grossen Macht des Churf. Hauses Brandenb. und wie demselben zu steuren, und zu wehren, damit es den Catholischen nicht zu Haupt wachse, vor 100 Iahren von einem christl. und eifrig-catholischen Politico verfertiget, anizo aber durch einen von dessen Nachkommen aus dringenden und höchst wichtigen, in der Vorrede mit mehrern angedeuteten Vrsachen zum ersten mahl durch den Druck publiciret*, Ingolst. *in Verlegung Peter Stuhlwagens* 1718. 4. pl. 5. Epitomen exhibent LÜNIGII Europæische Staats-Consilia, Parte I. p. 1532 sub tit. *Bedencken des Reichs-Vice-Canzlers LEVIN von VLM über die Frage: Wie das Erz-Haus Oesterreich zum Besiz der Iülich-Cleu-und Bergischen Landen füglich gelangen könne*, de a. 1609. Huic oppositus est libellus sub titulo: *Eilfertige Abfertigung des zu Wien discurirenden Editoris von*

von demienigen consilio Catholico - politico, das Aufnehmen und die grosse Macht des Churfürstl. Hauses Brandenb. und wie demselben - - - Haupt wachse, betreffend, verfertiget, und anizo dieses 1727. Iahr wiederum zum Druck befördert worden. 4. pl. 4. Communicabo hac occasione, quæ Vir quidam celeberrimus de vtriusque libelli auctore scire me voluit. Prioris auctor est CHRISTIANVS THOMASIVS, qui, vt mos erat viri ingenio maximi, orbem eruditum exagitaturus, hoc quasi ænigma proposuit, &, ne quid scenæ deesset, magnificis præmiis inuitauit, qui operam suam in confutandis iniquis libri paginis collocarent. Quo facto surrexit HERNICKIVS quidam, Ratisbonensium ciuitati adscriptus, qui operoso satis conatu, multisque argumentis, vndique locorum, ex gentium inprimis iure, conquisitis certamen iniit. Is stadio hoc absoluto, laboribusque gnauiter superatis, centum aureis ornari optabat: verum spe sua excidit, maxime quum qui Ratisponæ erant, summorum principum Oratores diem HERNICKIO dicerent. Inde etiam factum, vt repulsam ferret, quum in alma Salana honoribus doctoris ornari cuperet: quos vero tandem rebus bene compositis impetrauit.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVINTVM.

DE SIGILLO MAIESTATICO.

§. I.

De origine sigillorum, quæ maiestatica vocantur, exponit IO. PHIL. KVCHENBE-

CKERVS analectorum Hassiacorum parte XI. p. 76. s. idemque argumentum, inprimis, quid sigillum maiestaticum sibi velit, tractat IO. IOACH. MVLLERVS in des entdeckten Staats-Cabinets IV. Eröfnung p. 183.

§. II.

De sigillo maiestatico Brandenburgico speciatim confer PFEFFINGERVM in VITRIARIO illustrato Tom. I. p. 391. s. IO. PET. a LVDEWIG in opusculis miscellis Tom. p. 1057. Idem in differentiis iuris Rom. & Germ. ad prooemium institut. p. 8. nec non in Commentario ad A. Bullam parte II. p. 387. habet, quae omnino huc faciunt.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEXTVM.

DE NEXV DOMVS BRANDENBVRGICAE ET SAXONICAE.

Ad historiam *Wassertrübedingæ* pertinet, quæ in iisdem diurnis a. 1740. p. 302. legitur, *Einweyhung der Kirche zu Wassertrubendingen* Conferatur relatio geographica in FALCKENSTEINII Analectis p. 355.

§. XXVI.

Wilzburgi historiam egregie illustrant CAROLI FERD. IVNGII *antiquitates monasterii* SS. PETRI & PAVLI *in Wilzburg, d. i. Historische Beschreibung der ehemal. Abt-und nachmal. Probstey zu Wilzburg*, Schwab. 1736. 8. pl. 17. Est præterea in manibus meis *Fundation des Closters Wilzburg, ein Catalogus aller Apt, so allda anfangs gewesen, und wie lange sie regieret* (2) *wenn*

wenn Graff FRIDRICH von Zollern zu dem Burggrafthum Nürnb. gekommen ist, auch was ein ieglicher dazu bracht, und erkaufft (3) *Ankunfft der Burggr. zu Nürnberg, und Marggr. zu Brandenburg, it. vom Vrsprung und Ankunfft der Marck und Chur zu Brandenburg MS.* Alphab. 2. desinit a. 1486. Varia quoque *Wilzburgensia* in catal. bibl. VFFENB. parte III. pag. 392. leguntur.

§. XXVII.

WINDSPACH. Conf. FALCKENSTEINII analecta Nordgau. p. 321.

LIBER

LIBER QVINTVS.

DE SCRIPTORIBVS AD MARCHIAM LITTERATAM FACIENTIBVS.

CAPVT I.

DE FAVORE, QVO SERENISS. PRINCIPES LITTERAS COMPLEXI SVNT.

Huc pertinent (1) IO. CASP. OERTEL *oratio, quam illustris* CHRISTIANERNESTINI *fundatio Ser. fundatori sit honorifica, toti Marchionatui fructuosa*, Bar. 1667. recenset LVDOVICI Schul-Historie P. III. p 91. (2) IO. FICKENSCHER *oratio de illustrissimis Ser. domus Brandenb. meritis in rem litterariam*, ib. 1668. recenset idem LVDOVICI ib. (3) ACHATII MVLLERI *orationes binæ de incredibili Seren. Electorum Brandenb. munificentia maxime in litteras* Ff. 1689. fol. pl. 6. (4) WILH. ERN. TENZELII *Brandenburgischer Pelican, in Stifftung der neuen Fridrichs-Vniuersitæt zu Halle*, Leipz. 1694. 8. Inseritur eiusd. dialogis menstruis d. a. p. 511. s. (5) IO. FRANC. BVDDEI *oratio de meritis Sereniss. gentis Brandenb. in philosophiam, litterasque humaniores*, Hal. 1706. fol. pl. .. (6) CAR. ANDR. HENNINGS *de fauore & amore Ser. Pr. Brand. in litteras*, Berol. 1720. f. f. pl. .. (7) IO. GEORGII GERET *orat. de summis Augustæ domus Brand. in rem litterariam meritis*. Vide supra p. 633. (8) CHR. ZACH. SCHVLZ (Insp. Potsd.) *Nothwendigkeit der Schulen, wie*

solche auch die Durchl. Regenten von dem Brandenb. Hause gründlich eingesehen, bey Einweihung der von S. K. M. von Preussen erbaueten grossen Schule zu Potsdam ib. 1739. 4. pl. 4.

CAPVT SECVNDVM
DE
ACADEMIA FRANCOFVRTANA.

§. I.

Non paucos quidem scriptores huc pertinentes Cel. CHR. AVG. HEVMANNVS in bibliotheca historica academica, nouae HERMANNI CONRINGII antiquitatum acad. editioni subiuncta p. 57. s. recensuit, adeoq. calamo nostro ferias indixisse videtur. Verum & plures ad manum scriptores sunt, quam quos HEVMANNVS allegauit, & nostrum omnino est, librorum & libellorum, qui decus hoc & cimelium Marchiae, academiam nimirum Traiectinam ad Viadrum spectant, facere mentionem.

§. II.

Omnium instar esse potest IO. CHRIST. BECMANNI *notitia vniuersitatis Francofurtanae, vna cum iconibus personarum aliquot illustrium, aliorumque virorum egregiorum, qui eam praesentia sua*

sua ac meritis illustrarunt, Professorum denique ordinariorum, qui anno seculari vniuersitatis secundo vixerunt, Ff. 1707. f. Alph. 3. pl. 17. Accedit catalogus bibliothecæ Alph. 3. pl. 10. Ediderat auctor a. 1676. 4. *memoranda Francofurtana, notitiam vniuersitatis*, & *catalogum bibliothecæ* adiecerat: noua vero editio longe est locupletior.

§. III.

Iuuabit vnum alterumque scriptorem addere, qui momenta quædam illustrat. Atque huc referimus primi acad. Rectoris CONR. de WIMPINA *inuulgationem vniuersitatis studii Francofurtani ad Oderam* 1506. recusam in BECMANNI notitia p. 4 s. Pertinet huc PVBLII VIGILANTII AXVNGIAE *Bacillarii poetæ & oratoris ad Illustriss. Principem IOACHIMVM Francofordianæ vrbis & Gymnasii litterarii introductionis ceremoniarumque obseruatarum descriptio*, Frf. 1507. 4. pl 4. Idem BECMANNVS libellum hunc antea sibi non cognitum, & a TENZELIO (qui in dialogis a. 1694. p. 589. recensuerat) communicatum auctario notitiæ p. 1. s. inseruit. Edictum Illustriss. Principis Elect. IOACHIMI II. March. Brandenb. GEORGII SABINI & aliorum quorundam Professorum carmina de instaurata acad. Fftana, it. catalogus auctorum, qui Francofurdiæ prælegunctur, prodiit, 1541. 4.

§. IV.

Pertinet quoque huc (1) ANDR. MVSCVLI *oratio de dignitate academiarum, cum quadam laudatione academiæ Francof. & honorifica mentione IO. GEORGII* El. Br. 1573. 4. (2) ABRAHAMI ROCKENBACH *oratio de anno epoches Christi 1600. a catholicis hodie iubilæo dicto, in qua non tantum de academiæ Francofurtanæ solenni in-*

troductione, sed etiam causis anni iubilaei in V. T. a Deo instituti dicitur, ib. 1600. 4. pl. 4. (3) Rectoris t. t. acad. CYR. HERDESIANI progr. quo ad *solennem legum acad. & nouissime a Ser. Elect. Brand. Vngariae & Transsyluanicae gentis popularibus in hac acad. studiorum causa nunc & olim commorantibus concessae ab onere scholasticae, quam vocant, depositionis immunitatis & priuilegii recitationem*, ib. 1622. 4. pl. 1. (4) *Leges & pacta adversus disciplinae academicae corruptores cum aliis Germaniae inita, & consensu Ser. Electoris* Brand. *publicata*, ib. 1639. 4. pl. 2. (5) CAR. GOTTL. DECHERI laudatio Hippodromi Frobeniani Francofurtensis, ib. 1642. 4. (7) TID. HENRICI a LITH *Panegyricus, quo FRID. WILH. quod acad. Fftanam vno anno Magdeburgensibus canonibus datis, feudor. caducorum decimis redditis millenisque annuis e Principatu Caminensi auxerit, gratias humillime soluit*, ib. 1684. f. pl. 13. Eiusd. *monumentum pietatis, quod Diuo FRID. WILHELMO El. Brand. ob instauratam acad. Francofurtanam nomine vniuersitasis eius ad d. 16 Febr. 1689. erexit.* ib. f. (8) HANS CHRISTOPH Freyherrn von PROMNITZ *florirende vnd beglückte Vniuersitæt zu Frankfurt an der Oder vnter dem Schutz u. Regierung Churfürst FRIDRICH WILHELMS*, ib. 1680. f. pl. 9.

§. V.

Iubilæorum academicorum non possumus non facere mentionem. Prodierunt nimirum, *solemnia anni secularis s. centesimi sacra, quae Dei O. M. fauore Ser. Pr. El. Brand. assensu voluntateque academia Francofurti ad Viadrum 21 Apr. 1606 pie publiceque*

reque celebrabat, gratitudinis debitæ & memoriæ ergo vulgata, ib. 4. Alph. 2. Singula scripra, quæ hisce solemnibus continentur, enarrat V. C. IO. HENR. STVSSIVS in progr. de natalitiis academiarum, Goth. 1740. 4.

§. VI.

Ad memoriam iubilæi anno huius sæculi sexto celebrati pertinent (1) *Reglement, wie die 2 ersten Tage des Iubilæi academici zu Franckfurth an der Oder a. 1706. d. 26. u. 27. Aprilis sollen gefeyret werden.* (2) *Das itzlebende Ffurt an der Oder bey instehenden Iubel-Iahr.* e. 8. pl. 3½. (3) *Christliches Iubel-Gebeth an dem zweyten Iubel-Fest.* ibid. 4. (4) IO. GEORGII WACHTERI *Hercules Musagetes, h. e. Ser. Princeps FRIDERICVS, nec non FRIDERICVS GVILIELMVS Musarum Francofurtensium in festo seculari a. 1706. dux & comes symbolis heroicis vtcunque depictus*, Colon. f. pl. 4. c. fig. (5) WILH. NEVHAVS *oratio in memoriam Iubilæi secularis secundi solennissime Francofurti celebrati a. 1706 habita* Hammoniæ 4. pl. 5. (6) MICH. RHODII *miracula sæculi II. Vniuersit. Viadrinæ*, Ff. 1706. f. (7) *Acad. Fftanæ ad Viadrum Encænia sæcularia Oxonii in theatro Scheldoniano d. 26 Apr. a. 1706 celebrata*, Oxon. e. f. pl. 11. Omne punctum ferunt IO. CHR. BECMANNI *secularia sacra academiæ Regiæ Viadrinæ*, Ff. 1706. f. Alph. 4. pl. 17. Quæ hic contineantur, qui scire cupit, adeat historiam bibliothecæ Fabricianæ T. II. p. 520.

§. VII.

Tria sunt, quæ silentio præterire non possum, quum ad academiæ notitiam pertineant. Primum est, *transsumtum*, quod vocant, ex THOMAE

WERLIENI testamento in gratiam illorum, qui Francofurti studiis operam nauant. Adhæret illud homiliæ in funere testatoris ab AD. THEBESIO Lignitii habitæ, ibidemque a. 1645 impressæ.

§. XIII.

Alterum, quod addendum existimaui, hoc est. Prostant, & separatim vendi solent *analecta de vitis Professorum, ac rebus gestis quibusdam in vniuersitate Francofurtana continuandæ notitiæ vniuersitatis adiecta*, fol. Verum nonnisi titulus nouus est. Vides enim hic capita sextum, septimum & octauum notitiæ BECMANNI.

§. IX.

Id etiam monendum duxi, eorum, qui a. 1703 in hac academia docuerunt, nomina recenseri in nouis litterariis Germaniæ, anno, quem dixi, Hamburgi editis p. 162. Professores a. 1733 exhibent acta academica eiusd. anni p. 340 s. Nomina professorum hodiernorum exhibet GOETTENII itzleb. Europa T. I. p. 322 nec non IO. GEORGII HAGELGANS orbis litteratus academicus. Nec prætereunda sunt, quæ LESSERVS de hac academia habet. Vide eius *besondere Münzen auf gelehrte Gesellschafften, u. gel. Leute* p. 193 s.

§. X.

Denique addendum est, in corpore constitutionum Marchicarum ill. MYLII esse, quæ ad historiam celebrrimæ Viadrinæ pertinent. Huc refero (1) priuilegium a IOACHIMO I. & ALBERTO academiæ impertitum, Tom. I. Sect. II. p. 1. (2) Mandatum IOACHIMI II. *dass dieienigen, welche studiren wollen, nach Ffurt ziehen sollen*, p. 6. (3) Ei. *dass die, so daselbst studiret haben, für andern befördert werden sollen*, ib. Idem mandatum ab Elect. IO. GEORGIO repetitum p. 9. (4) *leges & statuta*

ſtatuta academiæ c. confirmatione IO. SIGISMVNDI p. 31. & GEORGII WILHELMI p. 50. (5) *Reſcriptum das Forum der Vniuerſitæt betreffend*, parte II. p. 166. Accedit *Reſcriptum, de a. 1688. d. 20. Aug. darinnen die Vniuerſitæt Frankfurt den hohen Stifftern Brandenb. und Hauelb. æquiparirt wird.* Vide diurna Halenſia a. 1740. p. 496.

§. XI.

Nec prætereunda ſicco pede eſt *centuria ſcriptorum, qui in celeberimis, præſertim Lipſienſi, Witteberg. & Francofordiana academiis* vsque ad a. 1515. floruerunt, ed. a. IO. IOACH. MADERO, Helmſt. 1660. 4. pl. 9½.

CAPVT TERTIVM.

DE SOCIETATIBVS ERVDITIS.

§. I. *Societates eruditæ Marchiam ſpectantes.*
§. II. III. *Societas ſcientiarum Berolinenſis.*
§. IV. *Societas Anonymorum.*
§. V. *Societas Francofurtenſis.*

§. I.

Societates, quæ eruditarum nomine innotuerunt, ad vnum omnes commemorare velle inſtituti mei ratio non patitur. De iis igitur, quæ in Marchia vel floruerunt, vel adhuc florent, ſermo nobis erit. Fructiferorum ſocietati celebratiſſimæ Electores etiam Brandenb. interfuiſſe commemorandum omnino duxi. Conferatur GEORGII *Neumarck neuſproſſender deutſcher Palmbaum* (prod. Norib.) 8.

§. II.

Societas Regia ſcientiarum a diuo FRIDRICO I. con-

condita inprimis commemoratione digna est. Pertinent ad historiam illius (1) *epistola ad amicum de instituta academia scientiarum Brandenburgica*, Berol. 1701. 4. pl. 2. Inseritur Regium diploma fundationis, quod etiam repetit OELVENIVS. Vide eius *Natur-Kunst-Staats- und Sitten-Præsent*, a. 1709. M. Apr. p. 2. sq. (2) *Erzæhlung, welchergestalt von S. Maiest. in Pr. FRIDERICH daml. die Societæt der Wissenschafften, oder zu mehrer Aufnahme des gelehrten Wesens abzielende Gesellschafft gestifftet worden, und wie dieselbe zu ihrer völligen Niedersezung gediehen. Mit Beyfügung des Stifftungs-Briefes, der Einrichtungs-Geseze, derer bey der Niedersezung gehaltenen Reden, und des Catalogi Membrorum Societatis*, Berl. 1711. 4. pl. 10. (3) *kurzer Bericht, wie die Königl. Pr. Societæt der Wissenschafften allhie am 19. Ian. 1711. feyerlich niedergesezt worden*, ibid. e. 4. pl. ½. Adde, quæ FRIDR. CHR. LESSERVS habet l. c. p. 287.

§. III.

Ex scriptis societati scientiarum oblatis nata sunt, quæ vocantur, Miscellanea Berolinensia, quorum septem tomi hactenus prodierunt. Tomum I. recensent Acta Lipsiensia a. 1711. p. 1. s. Tomum II. a. 1723. p. 521. Tomum III. a. 1727. p. 452. T. IV. a. 1735. p. 271. Tomus V. Halæ prod. a. 1731. Tomus VI. Berolini a. 1740. & Tomus VII. ibidem a. 1743. editus est.

§. IV.

Floruit præterea Berolini societas quædam *Anonymorum*, vt vocari volebat. In eruditissimi viri IAC. LENFANT ædibus congregabantur singulis hebdomadibus viri litterariæ rei amplificandæ cupidissi-

pidissi-

pidissimi, deque argumentis eruditionem spectantibus sermones miscebant, dissertationes a se conscriptas recitabant, deque libris & veteribus & nouis sententiam dicebant. Inde enata est bibliotheca germanica: quod quidem diarium Amstelodami impressum non paucos aestimatores nactum, & vel ea de re hoc loco memorandum est, quod rei litterariae in Marchia progressus studiose narrat.

§. V.

Hisce societatibus eruditis adnumero societatem doctorum quorundam virorum, qui exercitationes subcesiuas Francofurtenses ediderunt, quorum tomi tres prodierunt, sex sectionibus constantes. Recensent Acta eruditorum Lips. a. 1718. p. 44. & 499. a. 1719. p. 169. a. 1720. p. 314. & 464. a. 1722 p. 446.

CAPVT IV.

DE GYMNASIIS ET SCHOLIS.

§. I. — III. *Gymnasia Berolini florentia, Ioachimicum.*
§. IV. — VI. *Leucophaeum,*
§. VII. *Coloniense,*
§. VIII. *Fridericianum,*
§. IX. *Schola Bescouiana.*
§. X. — XII. *Lycea Brandenburgensia.*
§. XIII. *Schola Cotbusiensis.*
§. XIV. XV. *Lycea Francofurtensia,*
§. XVI. *Schola Fürstenwaldensis.*
§. XVII. *Landsbergensis ad Wahrtam,*
§. XVIII. *Primislauiensis,*
§. XIX. *Rathenoensis,*
§. XX. *Regismontana,*
§. XXI. *Ruppinensis,*
§. XXII. *Spandouiensis,*
§. XXIII. *VVittstockiensis,*
§. XXIV. *VVoldenbergensis,*
§. XXV. *VVrizensis,*
§. XXVI. *Zullichouiana.*

§. I.

B*erolini* floret Gymnasium IOACHIMICVM, ad cuius historiam pertinet *fundatio* Diui Ele-

 ctoris

ctoris IOACH. FRIDRICI diario theol. quod sub titulo relationum innoxiarum innotuit, a. a. 1739. p. 157. inserta. Homiliam ipso inaugurationis die habitam supra p. 455. allegauimus. Initia, præceptores, docendi methodum, aliaque huc pertinentia docet LAVR. SCHVLZII *Garten-Lob, d. i. anmuthige Beschreibung der Ergözlichkeit, die einem ehrl. und freygelassen Gemüth aus Betrachtung der Gärten nützl. und lieblich empfinden kann, dafürhero auch eine bequeml. Vergleichung der Schul- und natürl. Garten auf das (leider ruinirte) Churfürstl.* Gymnasium Iochimsthal *und auf die blühende Schul zu Schöningen,* Halberst. 1648. 4. pl. 13. Huc etiam referas CHRIST. PELARGI *pleiadem orationum*, Ff. 1618. 4. & SAM. DRESEMII orationes (a) *de industria & studio laboris*, (b) *de aëris salubritate & studiorum commoditate in valle Ioachimica*, ib. 1617. 4. pl. 4½. Fata Gymnasii enarrant CHR. FRIDR. SCHVLTETI *oratio de fatis Gymnasii Electoralis Ioachimici*, Col. 1688. 4. pl. 2. & GERS. VECHNERI *oratio sæcularis*, Berol. 1707. 4. inserta collectionis opusculorum Hist. March. illustr. Fascic. VIII. p. 145. f.

§. II.

Notari quoque merentur *leges Gymn. Electoralis Brand.* eidem diario anno dicto insertæ p. 281. quibus continentur leges (a) *docentium* (b) *discentium* (c) *conuescentium in coenobio.* Leges discentium, & alumnorum recusæ sunt sub tit: *Regii Gymnasii Ioachimici leges*, Col. 4. pl. 2½.

§. III.

Denique prætermitti non debet *Königl. Preuss.*

Verord-

Verordnung wegen des im Ioachimthalischen Gymnasio aufgerichteten Seminarii theologici mit IO. ARN. NOLTENII Vorrede, Berlin 1731. 4. pl. 4. inserta Ill. MYLII constitut. March.

§. IV.

Quod ad Gymnasium *Leucophæum* attinet (*zum grauen Closter*) eius historiam diligentissime exposuit max. reu. MART. DIETERICVS, cuius *Berlinische Kloster u. Schul-Historie* prod. Berol. 1732. 8. Alph. 1. pl. 2. Idem argumentum tractat SEBAST. GOTHOFREDI STARKII *oratio de originibus scholæ Berlinensis* Col. 1705. 4. pl. 3.

§. IV. (a)

Iuuabit scripta quædam commemorare ad Leucophæum spectantia. Huc refero (1) IAC. COLERI *Sbhul-Predigt zu Berlin, im grauen Closter d. 23. Mai. 1581. gethan in der Anweisung eines neuen Rectoris, it. 2. Orationes, die erste so der izo regierende Burgemeister, Hr. M. IO. EISLEBEN in der Schule gethan, und die andere, so der neue Rector, M. GVIL. HILDENIVS gehalten*, Berl. 1581. 4. pl. 11½. Adiicitur catalogus autorum & lectionum ac exercitiorum scholæ Berolinensis (2) *BENED. REICHARDI sermones duo scholastici, quorum* (a) *tempore introductionis IO. BORNEMANNI habitus*, (b) *alter institutus, cum iussu Senatus speciali ab eod. Rectore examen instituebatur, & catalogus lectionum futurarum promulgabatur*, ib. 1635. 4. pl. 4½. (3) Ei. *libellus, vel sermo scholasticus ordine tertius, continens*, (a) *IO. BORNEMANNI parentationem*, (b) *IO. BOLZII dissertationem, num, de lapidis philosophici mysterio, reiecta*

reiecta philosophia Ægyptii Herm. Trismegisti, in doctrina Aristotelica linguarum bonarumque artium cultura sit aliquid studii ponendum? ib. 1637. 4. Alph. 1½. (4) CHR. FRID. BODENBVRG *Fußtapffen göttl. Vorsorge in wunderbarer Erhaltung des Berlinischen Gymnasii sonderlich bey der grossen Feuersbrunst* 1712 f. pl. 1.

§. V.

Leges docentium prostant Berolini a. 1658 impressae. Mutatae postea & reuisae prodierunt Berolini a. 1717. 4. pl. 1. sub tit: *leges docentium Gymnasio Berolinensi olim suprema Electorali auctoritate concessae, Patronorum iussu aliquoties impressae, anno autem 1708. iisdem auspiciis reuisae, renouatae, & promulgatae.*

§. VI.

Centum annis elapsis iubilaei solemnia fuerunt celebrata. Prodiit eo tempore GOTTFR. WEBERI *saecularis Gymnasii Berol. recordatio a. 1674 publica auctoritate intimata*, Berol. f. Inserta est historiae a Max. Reu. DIETERICO conscriptae, & supra allegatae.

§. VII

Gymnasii *Coloniensis* praeceptores & historiam memorabilia nostra Coloniensia exhibent, quorum p. 797 mentionem fecimus. Huc quoque pertinet V. C. CHR. TOB. DAMM *Denkmahl des Amts-Iubel-Tages, welchen Hr. IAC. BVTTEN feyerlich begangen, durch Sammlung der an denselben Tage gelesenen Schrifften u. gehörten Reden gestifftet*, Berl. 1739. 8. pl. 4½.

§. VIII.

Ad gymnasii *Fridriciani* historiam pertinet (1)

IOACH.

)ACH. LANGII *catalogus lectionum publicar.* *m docendi methodo, & legibus scholasticis pro* *imi ordinis discipulis in Gymnasio Fridericiano,* olon. 1698 4. pl. 4. (2) LAMP. GEDICKE *Lob u.* *eis der Schulen, bey solenner Einweihung der Fri-* *ichs-Schule, als dieselbe d. 28 Nou. 1701 auf das obe-* *Theil des Fridrichswerd. Rathhauses verleget* *urde*, Berl. 4. pl. 3½. Sumtus huic orationi impri-endæ necessarios PAVLVS a FVCHS erogauit.) FRID. BAKE 2 *programmata, quibus nomina* *ectorum & reliquorum collegarum recensentur,* id. 1720. f. pl. 2.

§. IX.

Ad ludi *Bescouiani* historiam refertur MICH. OLLERI oratio *de vero studiosorum ornatu in* *lida artium liberalium cognitione, & assiduo vir-* *itum exercitio consistente*, Ff. 1589. 8. pl. 7½. Hac ccasione non possum non commemorare WOLFG. OLLERI *erotemata artis dialectices, Marchicæ* *iuentuti præscripta*, Lipſ. 1537. 8. pl. 3. IOANNI GEOR-io, principi iuuentutis inscripta. Vt ex epistola de-ic. patet, auctor hæc erotemata & Principi gra-, & adolescentibus in patria, Marchia nempe, com-iendata esse voluit.

§. X.

Brandeburgi tria florent lycea; de singulis seorsim. d notitiam illius, quod reuerendissimum Capitu-im alit, pertinent (1) *Eines Hochw. Dohm-Capi-* *uls zu Brandenb. erlæuterte Intimation der von* *hm auf der Burg angelegten Ritter-Schule*, Berlin 712. f. pl. 4. (2) Eiusd. *Notification, die bestän-* *ige Einrichtung betr. welche von demselben nun-* *nehro zur Aufnahme des Adel. Collegii allhier be-* *iebet u. bestätiget worden ist*, Brandenb. 1722. f. l. 7. (3) Eiusd. *neue Notification die beständige*

Ein-

Einrichtung betreffend, welche von demselben zur Aufnahme des Adel. Collegii beliebet u. bestätiget worden, ibid. 1727. f. pl. 8. (4) Eiusd. *letzterer Notification abgenöthigter Anhang die Beschwerden wieder das Ritter-Collegium daselbst betreffend*, ib. 1728. pl. 1.

§. XI.

Historiam scholæ, quæ in noua vrbe floret, spectat (1) IO. GARCAEI *Vermanung von Schulen, da zu Brandenb. eine neue Schule zu GOttes Ehren erbauet u. aufgerichtet worden*, Witt. 1571. 4. pl. 6. (2) VAL. FROMMII *instauratio & institutio scholæ Brandenb.* Witt. 1632. 4. pl. 1. (3) CASP. GOTTSCHLING *Nachr. wie die Auferziehung hochadel. Jugend aus Schlesien in Alt-Brandenb. an der Hauel von ihm durch göttl. Seegen bisher geführet worden ist, u. noch geführet wird*, Brandenb. 1710. 8. pl. 3. 1716. 4. pl. 1. recus. 1717. pl. 1. it. 1719. pl. 3. (4) Eiusd. *Entwurff von den Lectionibus, der Disciplin, u. übrigen Anstalten in dem Lyceo zu Alt-Brandenb. in der Neustadt*, ib. 1710. 8. & 1719. 8. pl. 3. 1731. 4. pl. 4. (5) Eiusd. *res præceptorum Neo-Brandenburgensium*, ib. 1710. 8. pl. 6½. (6) *Leges lycei Neo-Brandenb.* 1725. 8. pl. 1.

§. XII.

Scholam *Saldriam*, quæ in veteri vrbe floret, quod spectat, ad eius historiam sequentia scripta referuntur (1) *Delineatio lectionum in noua schola, quam* GERTRVDIS HAKEN, MATTH. a SALDERN *Cons. Brand. vidua in veteri Brenni vrbe aperuit 1591.* 4. in bibliotheca Mariana Halensi. (2) IOS. GOEZII *lacrymæ scholæ Salderianæ 1595. recus.* 1713. Brand. f. pl. 2. (3) TOB. IERASII *Phoenix Saldria s. parentatio in* GERTRVDIS ab HAKEN, *viduæ* MATTHIAE a SALDERN *scholæ nouæ Brandenbur-*

ırgensium in veteri vrbe Salderianæ fundatricis citata, Witteb. 1601. 4. pl. 1. (4) Eiusd. *phoenix ıldria secundum reuiuiscens & inferias soluens* ERTRVDI ab HACKEN, MATTHIAE a SALERN *viduæ recitata 1601.* ibid. 4. pl. 1½. (5) IAC. ROSSII *Rectoris quondam Saldriæ, post Hamırgensium P.* (cuius extat vita in *IO. ALB. FA'RICII* memoriis Hamburg.) *Hendecas declaıationum in schola Saldriana recitatarum*, Magd. 621. 8. (6) GOTHOFR. BERGNERI *memoria ıbolæ Saldriæ in Palæopoli Brandenb. abbinc seılo fundatæ*, Brandenb. 1689. 4. (7) LEVIN IO. CHLICHT *Nachricht von Einrichtung der Aufrziehung u. Information in der Salderischen Schu: zu Alt-Brandenburg*, Halle 1711. 8. pl. 3. (8) Ei. *istorische Nachricht vom Vrsprung u. Fatis der ıutherischen, insonderheit der Salderischen Schule n Alt-Brandenburg*, Brand. 1713. 8. pl. 6. (9) Ei. *Schola Saldria instituta, destituta, restituta*, Berol. 717. f. pl. 2. (10) Io. CASP. CARSTEDT *Entwurf ıon der Information u. Education der studirenlen Iugend.* Brand. 1715. 8. pl. 2. (11) Ei. *Salderische Schul-Einrichtung in der Chur- u. Altenstadt Branlenburg*, Berlin 1720. 4. pl. 6. (12) Ei. *leges præceıtorum in schola Saldria*, Brandeb. 1722. 4. pl. 1. (13) Ei. *de scholæ Saldriæ primordiis*, ib. 1726. f. pl. 1 (14) Ei. *Die vnter seinem Rectorat vorgefallene Merkwürdigk. in dem Salderis. Lyceo*, ib. 1727. 4. pl. 2. (15) *CHRIST. STARK das wahre und rare Glück einer christlichen Schule zum Andenken der von Hrn. LVDOLF ERNST von STRANTZ der Saldrischen Schule erwiesenen Wolthat*, ib. 1725. f. pl. 2. (16) IO. GEORG WIDENMANN *Nachricht vom gegenwærtigen Zustand der Saldrischen Schule*, ib. 1731. 8. pl. 8. (17) BRANDANI FRID. MYLII

bisto-

historische Nachricht von einer en faveur de Saldrischen Schule geschehenen Donation, ib. 17[illegible] 4. pl. 1½.

§. XIII.

Lectionum in schola *Cotbusiensi* elenchum edidit MART. BVSSE, Rector, Ff. 1682. 4. pl. 2. Innotuit etiam MELCH. KRÜGERI Cotbusiani oratio de tranquillitate animi hab. in abdicatione functionis scholasticæ Cotbusii Budiss. 1630. 4. pl. 5.

§. XIV.

Francofurti ad Viadrum condidit Rex Diuus FRIDRICVS I. scholam sic dictam *Fridricianam*, ad cuius historiam pertinent (1) SAM. STRIMESII *christl. Kinder-Ruff zur christl. Evangelisch-Reformirten Fridrichs-Schule*, Ff 1694. f. pl. 7½. (2) *P. VOLCKMANNI oratiuncula breuis, qua scholam hanc auspicatus est*, ib. e. f. pl. 4. (3) *MICH. RHODII grande pacis opus nouum litterariæ Reip. seminarium*, ib. f. pl. 2. (4) *WILH. SIGF. RING allgemeine Freude, als die Fridrichs-Schule eingeweyhet wurde*, ib. e. f. pl. 3. (5) IO. CHR BECMANNI *Eröffnung der Fridrichs-Schule in einer Stand-Rede vor dem neuen Schul-Hause*, ib. e. f. pl. 3. (6) T. H. a LITH *progr. solemnibus inaugurationis præmissum* ib. f. pl. 2. (7) *der neuen Fridrichs-Schule Inaugurations-Fest*, ib. f. pl. 2.

§. XV.

Scholæ Senatoriæ, quæ in eadem Francofurtensium vrbe floret, historiam parat Cl. CHRIST. GAVIVS.

§. XVI.

De schola *Fürstenwaldensi*, quæ moderante GEORGIO ROTHIO fuit florentissima, ad manus

nus

ıs est eiusdem *Berechnung seiner Lectionen bey* *'m examine publico 1710*, Ff. 4. pl. 1.

§. XVII.

De schola *Landsbergensi* ad *Wahrtam* nihil notuit, præter I. C. B. (BARTSCHII) *leges scho-licas lyceo Landsb. ante 150. annos præscriptas, ınc renouatas, acc. consignatio lectionum*, (Ff.) 17. 8. pl. 7.

§. XVIII.

Ad scholæ Primislauiensis notitiam pertinet LEV. :OP. PROCOPII *ratio rerum scholasticarum Pri-islauiensium, & lectiones eiusdem scholæ Prim.* '17. 4. pl. 1½.

§. XIX.

Rathenouiensem scholam quod spectat, seriem :ctorum V. C. ERN. PETRI programmate sin-ılari communicauit. Prostat eiusdem libellus, hoc ıbro: *lyceum Rathenöense ex lectionibus legibus-ıe publica auctoritate a. 1724 approbatis cogno-endum sistit ERN. PETRI*, Brand. 8. pl. 5.

§. XX.

De schola Regismontana in Noua Marchia præter ı, quæ KEHRBERGIVS l. c. habet prostat IO. VOITI *'atio de cathedra in noua cathedra ibidem ex-ructa, & leges scholasticæ*, Ff. 1603. 4. pl. 3.

§. XVI.

Ad historiam scholæ *Ruppinensis* pertinent (1) HRIST. ROSAE *delineatio methodi in schola Neo-uppinate receptæ & vsitatæ: adn. eiusd. orationi : triuialium scholarum gloria*, Berol. 1655. 4. pl 6½. :) IO. WILH. GERRESHEIMII *intimatio natalis holæ Neo-Ruppinensis primi ab exacto post muni-:am eius reparationem seculo celebrandi*, ib. 1680.

 4. pl. 1.

4. pl. 1. Rectores, qui ſcholam inde ab a. 147 gubernarunt, hoc progr. recenſentur. (3) *Synopſis legum ſcholæ Neo-Ruppin. renouata*, Ruppin. 4 pl. 1. (4) *Lectiones in ſcholæ Neo-Ruppin. ordinibus præcipue ſuperioribus*, ib. 1728. 4. pl. 1. (5) C. I. E. HOPPII *conſilia ſcholaſtica lyceo Ruppinenſi data*, ibid. 1730. 4. pl. 2.

§. XXII.

Ad ſcholæ *Spandouienſis* notitiam pertinent (1) HENR. ZENCKFREY *or. de militia ſcholaſtica, in exam. quod Spandouii quotannis ſolenniter inſtitui ſolet, habita*, Berl. 1611. 4. pl. 2½. (2) IO. HOEFERI *tuba immortalitatis* FOELDERICHIANÆ *ex munificentiæ erga ſcholam Spandouienſem exempio*, Berol. 1629. 4. (3) *lycei Spandouienſis leges*, Colon. 4. pl. 1.

§. XXIII.

Ad ſcholam *Wittſtochienſem* pertinet ALB. BVLICHII *neodidactica triuial - academica publica, ſeu modus in ſcholis triuialibus publicis artes humaniores & præguſtum Philoſophiæ, facultatumque docendi, in vſum ſcholæ Wittſtochienſis*, Berol. 1626. 8. pl. 2. (2) Ei. *deutſches Leſe-Büchlein*, Berl. 1639. 8. pl. 2. (3) Ei. *Chriſto-didactica, ſiue educatorium latino germanicum*, Roſt. 1642. 8. pl. 1½. (4) Ei. *educatorii pars I. præparatorium iuuentutis*, Berl. e. 8. pl. 5. (5) Ei. *Lutheriſche Catechiſmus-Vbung auf eine neue Art alſo geſtellet, daß die Iugend in Hæuſern u. Schulen möge etwas beſſer bereitet werden, die Predigten nützl. zu hören, als wie man ſonſt gewohnet iſt*, ib. e. 8. pl. 12. Auctor, Medicinæ D. & Poliater Ruppinenſis hos libellos in gratiam patriæ, Wittſtochii, conſcripſit, ſimulque de familia ſua bene mereri voluit.

§. XXIV.

§. XXIV.

Woldenbergensis scholæ non meminissem, nisi prostaret *Woldenbergische Schulordnung*, leges scholasticas discentibus obseruandas continens, Ff. 1729. 8.

§. XXV.

Wrizensis nunc scholæ notitiam dabimus. Huc pertinet *designatio lectionum in schola Wrizensi publicarum*, it. *leges præceptorum & discipulorum in schola Wrizenensi*, Berol. 1715. f. pl. 4. (2) LEONH. MEYER *Progr. de beneficiis prouidentiæ diuinæ in vrbem & scholam Wricensem.*

§. XXVI.

Züllichouianæ scholæ, quæ in orphanotropheo condita est, initia, methodum docendi, bibliothecam, aliaque huc pertinentia recensent SIGM. STEINBARTI relationes, quarum iam alio loco mentionem fecimus.

CAPVT V.

DE BIBLIOTHECIS TAM PVBLICIS QVAM PRIVATIS.

§. I. *Bibliothecæ Regiæ Berolinensis notitiam qui dederunt, scriptores,*
§. II. *eius præsidiis instructus Hendreichius pandectas parauit.*
§. III. — VII. *Laudes huius bibliothecæ a multis decantatæ.*
§. VIII. *Augmenta eius ex Croyana & Spanhemiana.*
§. IX. *Bibliotheca Gymnasiorum Berolinensium, Regii, Leucophæi, Coloniensis,*
§. X. *Bibliothecæ aliæ, quæ Berolini adseruantur,*
§. XI. *Bibliothecæ, quæ Berolinenses esse desierunt,*
§. XII. *Bibliothecæ quædam celebriores priuatæ Berolinenses,*
§. XIII. *Bibliotheca Brandenburgi,*
§. XIV. *& Francofurti adseruata,*
§. XV. *Aluenslebiana.*
§. XVI. *Conclusio.*

§. I.

Regia bibliotheca reliquis, quas Marchia habet, omnino antecellit, tantum ſane, quantum cupreſſus inter viburna lenta. Proſtat de illuſtri hoc theſauro librario CHRIST. HENDREICH *notitia bibliothecæ, quam Elector Brandenb. in aula ſua fundauit*, Berol. 1687. 4. pl. 2. Recuſa eſt hæc notitia, & inſerta libello, qui ita inſcribitur: *de ſcribenda hiſtoria bibliothecæ Regiæ Berolinenſis conſilium & occaſio calamo epiſtolographico trigæ virorum expreſſa. Coronidis loco acc. denuo recuſa CHR. HENDREICHII de modo memoratæ bibliothecæ incunabulis*, Berol. 1725. 4. pl. 4. Continentur (1) IOACH. ERN. BERGERI epiſtola ad M. V. LACROZE. (2) LA CROZII *reſponſoria ad I. E. BERGERVM, qua incrementa bibliothecæ, & bibliothecarios recenſet, deque numero librorum & multis bibliothecæ cimeliis diſſerit.* (3) *IOA. ERN. BERGERI ep. ad IO. CHR. BECMANNVM.* Ex his epiſtolis intelligitur, IO. CHR. BECMANNVM hiſtoriam bibliothecæ conſignaſſe, IOACH. ERN. BERGERVM de primordiis, incrementis, præfectis, libris, manuſcriptis, ornamentis, catalogo, loco & vſu bibliothecæ ſcribere voluiſſe, huiusque BERGERI filium orationem de admirandis bibliothecæ Regiæ paraſſe. Horum vero nihil, quod ego quidem ſciam, prodiit.

§. II.

Qvi ſecum reputauerit, HENDREICHIVM pandectas Brandenburgicas inprimis ideo ſuſcepiſſe, quod inſtructiſſimo hoc apparatu ſe adiutum videbat; facile intelliget, locupletisſimum hic librorum & impreſſorum, & manuſcriptorum apparatum deprehendi.

§. III.

In laudes huius bibliothecæ excucurrerunt haut pauci. Primus occurrit, si temporis rationem spectes, ANDREAS MÜLLERVS, qui in dedicatione excerptorum MSCti cuiusdam Turcici, quod de cognitione Dei & hominis a quodam AZIZO NEPHAEO, Tataro scriptum in bibliotheca Electorali asseruatur (prod. Berol. 1665. 4. pl. 8) fatetur, se *præter stupendam librorum, qui vulgo noti sunt, copiam non pauca rara & vulgo minus trita, non tantum omnium facultatum, artium, antiquitatum, & similium, sed & variarum linguarum monumenta deprehendisse, Hebraica scilicet, Syriaca, Arabica, Persica, Turcica, Slauonica, Russica, Tschinensia, & quæ nemo antea indicauerat, Malabarica atque Peruuiana, vel in charta, vel in serico, vel in membrana, partim manuscripta, partim typis expressa.* Idem hic MÜLLERVS edidit *catalogum der Sinesischen Bücher in der Churf. Brandenb. Bibliothec, samt dem ganzen Innhalt der Sinesischen Jahr-Bücher*, Cölln 1683. f. pl. 7.

§. IV.

CHRISTIANVS MENZELIVS in præf. pugillo Indico nominum plantarum multilingui præmissà, habet digna, quæ h. l. repetantur: *Theatrum*, inquit, *illud rerum naturalium Brasiliæ continet imagines quadrupedum, auium, piscium, & plantarum Brasiliensium, iussu illustriss. Principis MAVRITII Nassouiensis quondam in ipsa regione Brasilia (cum ibi rerum potiretur) iuxta exemplaria viua coloribus oleaginis depictas, & a laudato Principe in Europam thesauri instar transportatas,*

quas ego, dum iacebant in bibliotheca Electoris Brand. dispersæ & neglectæ, iussu Ser. El. collegi, & in 4 Voluminibus chartæ regalis in ornamentum bibliothecæ a. 1664 digessi, illas æri incisas aliquando editurus. IO. GEORGIVS GRAEVIVS in præstantissima operum Luciani editione idem facit, laudesque huius bibliothecæ recenset.

§. V.

Inprimis allegari meretur IACOBVS TOLLIVS, qui in splendidissimæ bibliothecæ laudibus extollendis totus est. Patebit illud inspicienti epistolas ipsius itinerarias, vbi inter alia memorabilia p. 53 duos codices memorat, quorum alter Græcus, duobus voluminibus N. Testamentum complectitur, absque accentuum notis perscriptus, alter versionem continet latinam vulgatam antiquissimam, quo se ERASMVS plurimo cum fructu vsum, bis sua manu adnotauit.

§. VI.

TENZELIVS quoque in bibliotheca, quam vocat, curiosa a. 1704. p. 428. dum STRVVII introductionem ad notitiam rei litterariæ recenset, perhonorificam huius bibliothecæ facit mentionem. Nec prætereunda est M. V. LACROZE *de libris Sinensibus bibliothecæ Regiæ Berolinensis obseruatio*, Tomo I. Miscell. Berolinensium p. 84. f.

§. VII.

Nec defuerunt alii, qui data occasione vnum alterumque bibliothecæ Regiæ cimelium prædicarunt. Ita B. IABLONSKIVS in præfatione bibliis Hebraicis præmissa memorat codicem Euangelii S. IOANNIS græcum. B. FRISCHIVS mentionem facit veteris libri legum MS. qui dicitur *Richtsteig*, vide T. IV. Miscellanor. Berol. p. 197. Cui thesauri

auri epistolici Lacroziani tomum I. perlustrare volu-
e est, eidem de annalibus Sinicis in hac bibliotheca
xstantibus p. 22. de codice LIVII MS. p. 114. de
nultis MS. Armenicis p. 332. de ingenti numero
tterarum Sinensium ligno insculptarum p. 258. de
RAETORII theatro Prussico, (Preuss. Schaubüh-
e) p. 45. de WINTHERI baltho Pomeranico p.
31. aliisque lectu digna se offerent.

§. VIII.

Ceterum ipse eruditissimus LACROZIVS in epistola
I. n. 2. all. fatetur, ERNESTI BOGISLAI Ducis
Croyensis (cuius orationum bigam edidit IO. PHIL.
ALTHENIVS Gryphisw. 1707. notasque adiecit,
ANDR. WESTPHAL vero *in diss. de ducum Pome-
raniæ meritis in rem litterariam* p. 62. memo-
riam recolit) relicta bibliotheca Electoralem biblio-
hecam non parua incrementa cepisse. Idem de
SPANHEMIANA bibliotheca dicendum, quæ Re-
giæ adnexa, & præclaris dapibus litterariis in-
tructa est, quas illustris EZECHIEL SPANHEMIVS
quondam comparauit.

§. IX.

De reliquis, quæ Berolini reperiuntur, bibliothe-
cis vt aliquid attingam, illas commemorabo, de
quibus aliquid constat. De bibliotheca Gymnasii
Regii Ioachimici constat, eius incrementa deberi
bibliothecæ CONR. IOHRENII Prof. Medicinæ in
acad. Viadrina, aliisque hunc in finem coëmtis
De bibliotheca Gymnasio Berolinensi propria
ex litteris B. CHRIST. FRID. BODENBVRGII
quædam in sermone panegyrico CHRIST. FAL-
STERI de variarum gentium bibliothecis
scholasticis (prod. Flensb. 1720. 8. pl. 3½.)
legas: pluribus vero de hoc argumento ex-
posuit MART. GEORGIVS CHRISTGAVIVS in

 progr.

progr. *de initiis, incrementis, & statu hodierno bibliothecæ ſcholaſticæ in Gymn. Berolinenſi dedicatæ*, Berol. 1738. 4. pl. 3. FRIDRICI BAKII *Nachricht von dem Anfange einer Cöllniſchen Schul-Bibliothec* prodiit ib. 1740. 4. pl. 1.

§. X.

Bibliothecas SHWERINIANAM, DANCKELMANNIANAM, ILGENIANAM laudant qui viderunt. De illis, quas templa Nicolaitanum, Petrinum, Marianum, & Georgianum adſeruant, commemorandi dabitur fortaſſe alio tempore occaſio.

§. XI.

Si vero de illis bibliothecis quid addendum eſt, quæ Berolinenſes eſſe deſierunt, inprimis celebrari merentur DISTELMEIERIANA & BESSERIANA. Hanc Regiæ Dresdenſi inſertam, & cum libris impreſſis tum MSCtis quam plurimis aulicas præcipue cærimonias tradentibus refertam IO. VLR. KOENIGIVS præfatione nouiſſimæ carminum IOANNIS a BESSER editioni præmiſſa, & AVG. BEYERVS in epiſtola ad IO. DIETER. de SCHOENBERG de bibliothecis Dresdenſibus (prod. Dresd. 1731. 4. pl. 3.) p. 4. prædicant. Illam Senatus Halenſis ab heredibus LAMP. DISTELMEIERI Cancellarii quondam Brandenb. a. 1616. coëmit, & bibliothecæ Marianæ, quæ Halæ adhuc hodie adſeruatur, inſeruit. Conf. GEORGII FRID. NEVMANNI epiſt. de bibliotheca Halenſi (prod. Halæ 1710. 4. pl. 2.) p. 5.

§. XII.

Ceterum ex bibliothecis priuatis celebrioribus quæ Berolini quondam fuerunt, ſub haſta (hæc enim fata ſupellectilem librariam manere ſolent) venditis eminent CANIZIANA, LVBATHIANA, SEIDELIANA, PLARRIANA, PLOTHOIANA, SCHLIPPENBACHI-

ENBACHIANA, SCHLüTERIANA, IABLONSKIANA, EINBECKIANA, quarum catalogos recenserem, isi verendum esset, me iusto fore longiorem.

§. XIII.

Ad aliarum igitur vrbium bibliothecas properanum est. Brandenburgi sunt bibliothecæ, quarum men catalogus impressus non est præter illum ibliothecæ HEINSIANAE. Titulus hic est: *HRISTOPHORI HEINSII, Neo-Brandenb. Marbici, scholæ Fftanæ ad Viadrum per annos 35. 'acc. superioris catalogus bibliothecæ, quæ pro loria Filii Dei publico vsui nunc & futuris temoribus est destinata florentissimæ scholæ Marchicoum, quæ est Brandenburgi in noua vrbe, patria nea consignatus*, (Ff.) 1700. 4. pl. 16. Pertinet uc CASP. GOTTSCHLINGII *Progr. von der Inauuration der Heinsischen Bibliothec*, Brand. 1717. pl. 1.

§. XIV.

Francofurti ad Viadrum floret bibliotheca academica, cuius catalogum capite huius sectionis II. §. ecensuimus. Conf. Acta erud. Lipsiens. a. 1709. . 155. & bibliothecæ FABRICIANAE partem II. . 522. Bibliothecæ scholasticæ, quæ ibidem est, istoriam illustrauit V. C. CHRIST. SCHOETTGEIVS progr. *von der Ffttischen Schul-Bibliothec*. f. 1719. 4. pl. 2.

§. XV.

Erxlebiensis bibliotheca in primis memorabilis st, deinde Stendaliam, atque hinc Hundesburgum elata. Condidit illam IOACHIMVS ab ALVENSEBEN, de quo LEVTINGERVS multa adfert. Confer bibl. FABRICIANAM parte V. p. 202. & pusculorum historiam March. illustr. fasc. XIII.

§. XVI.

Plures in Marchia sunt bibliothecæ, pluribusque in locis: de quibus vero quum sigillatim non constet, neque de his h. l. fusius agere meum est. Qui vrbium descriptiones dederunt, de hoc etiam argumento differunt, facile ab harum rerum cupidis consulendi. Quæ KIRCHHOFIVS de bibliotheca Gardelegiensi congessit, inter Poleographos allegauimus.

CAPVT VI.

DE SCRIPTORIBVS IVRIS MARCHICI.

§. I. *Ius Marchicum quid sit?*
§. II. *Scriptores iuris ciuilis Darko, Distelmeier, Erasmi, Hoffmann, Koeppen, Kohl, Matthiæ, Fridr. Müller, Andr. Frid. Müller, Planeth, Schartow, Scheplizius, Scheublin, Strykius.*
§. III. *Quibus consilia Godenii & Pruckmanni adiunguntur.*
§. IV. *Inprimis huc pertinent ordinationes Principum.*
§. V. *Iuris ecclesiastici scriptores.*
§. VI. *iuris feudalis Koblius, Tornouius, a Ludevvig,*
§. VII. VIII. *iuris militaris scriptores.*
§. IX. *Conclusio*

§. I.

Quid iuris Marchici nomine intelligatur, docet Nobiliss. IO. GEORGIVS LIPPISCH in præfatione *specimini iuris Marchici hodierni priuati, quo materia de nobilibus Marchicis strictim exponitur*, (prod. Lipsiæ 1742. 4. pl. 5.) præmissa. In catalogo quodam memini me legere *historiam iuris Marchici Bandenburgensis summariam MS.*

§. II.

Ad scriptores *iuris ciuilis* quod attinet, illos ordine alphabetico recensere iuuat. Pertinent igitur

ır huc (a) IO. STEPH. DANCKO I. V. D. & . P. in academia Viadrina, eiusdemque ſyndici ı) *delineatio proceſſus Marchici cum communi,* ꝛ *Saxonico,* Ff. 1723. 8. pl. 5. (2) *kurzer Ent-urf des Mærckiſchen Land-Rechts,* ib. 1730. 4. l. 22. (b) LAMP. DISTELMEIERI *etliche tatuta und Gewohnheiten der Chur- und Bran-enb.* Quum illa etiam ſub nomine IOACH. CHEPLIZII allegari ſoleant: vide, ſi placet, quæ . 875. monentur. (c) GEORG. CHR. ERASMI *Auszug aus den Königl. Pr. und Chur-Brandenb. Landes-Receſſen &c. erſter Theil in ſich haltend die Nachricht alter und neuer Verfaſſungen wegen Wolle, Woll-Manufacturen, und derſelben Depen-lentien* Berlin 1731. 4. 1. Alph. 16. pl. (d) CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNI diſſ. *qua onſtitutio IOACHIMI I. ELECT. de ſucceſſionibus otis illuſtratur, reſp. auctore IO. SAM. STEVE-RO* prod. ib. 1733. 4. pl. 16. Accedunt *reſponſa electiora conſtitutionem Marchicam illuſtrantia, a Facultate Iuridica Viadrina pronuntiata.* (e) IO. KOEPPENIVS edidit *enucleationum ad quæ-ſtiones iuris haud vulgares in forma conſiliorum partim, partim etiam deciſionum conſcriptarum De-cades tres* Lipſ. 1621. fol. Proſtant & eiusdem IO. KOPPENII, ſenioris *Deciſiones, in quibus quæ-ſtiones illuſtres in Germania quotidie occurrentes, & ad praxin iuris communis, Saxonici, & conſue-tudinarii Marchiæ accommodatæ pertractantur & deciduntur, nunc denuo multo correctiores editæ, & adiecto II. Tomo, antehac nunquam promulgato locupletatæ,* Ien. 1663. f. Alph. 5. pl. 6½. (f) AN-DREAE KOHLIO debemus *Declarationem con-ſtitu-*

ſtitutionis Marchicæ, ſub tit. *Erbfælle zwiſchen Eheleuten*, & ſub tit. *von Kinder-Geld und Erb-Geld* adnexam *eius exercitationibus de pactis dotalibus & ſucceſſione coniugum*, Lipſ. 1650. & 1671. 4. it. Ff. 1730. 4. Conf. de KOHLIO diſſertationem HOFFMANNI mox allegandam in fine praef. (f) IO. MATTHIAE Prouinc. iudicii Vet. Marchiæ El. Br. Aduocatus & reip. patriæ, quæ eſt Tangermunda, Conſul edidit *tractationem methodicam politico-iuridicam & theorico-practicam de contributionibus, hodie vt plurimum non tantum in Germania in vna prouincia, aut vno regno, ſed etiam in omnibus regnis totius mundi, & omnium regnorum prouinciis ferme non ſolum vſitatis, ſed & maxime quotidianis* Lipſ. 1632. 4. (g) *FRIDR. MüLLERI practica ciuilis Marchica rerum forenſium, quæ in aula, ac iudicio præſertim Camerali Marchico tractari ſolent, per reſolutiones demonſtrata, ex fontibus iuris tum ciuilis, tum feudalis, conſtitutionibus, ordinationibus, receſſibus, edictis, conſuetudinibus, ac reſponſis Cameræ*, Berol. & Ff. 1678. Alph. 4. pl. 7. Spes eſt, alteram huius practicæ partem hactenus ineditam, LXXIV. reſolutionibus conſtantem ex autographo auctoris editum iri. (h) Auo ſubiungo nepotem ANDREAM FRID. MüLLERVM, cuius proſtat diſſertatio *de præcipuis iuris Marchici a Saxonico differentiis inauguralis, præſide* CHRIST. WILDVOGELIO, Ien. habita 1712. 4. pl. 6. (i) IAC. PLANETH edidit *examen practicum über die wichtige, und im Lande faſt von einem ieden zu wiſſen höchſtnöthige Materie der Mærkiſchen Erb-Folge vnter Ehe-Leuten, und weſſen ſie berechtiget*, Rupp. 1719 4. pl. 9.

(k) IO.

) IO. BENEDICTI SCHARTOW *differentiæ ris ciuilis & Marchici* prodierunt Berol. 1712. Alph. 1. pl. 2. Allegantur interdum sub præ- lis HENRICI COCCEII nomine. (l) IOA- HIMVS SCHEPLIZIVS præcipuus fere est inter os, qui de iure Marchico bene meriti sunt. Scri- a eius, quæ in censum nostrum veniunt, hæc sunt:) *Statuta und Gewohnheiten der Chur-und Mark- randenburg, gezogen aus den Churf. Reuersen, so r Landschafft auf den Land-Tagen geben worden, ich Edicten, Mandaten, gedruckten Constitution, ammer- Gerichts-Reformation, Visitation-Ord- ung, und Obseruationen Hrn. LAMP. DISTEL- IEIERI, iam vero publicata, adiunctis nonnullis locis additionibus, notisque non verbosis quidem d breuibus ac succinctis, quæ tamen in praxi ver- ntibus vsui esse possunt, cura & studio IOACH. CHEPLIZ Ienæ sumtibus Grossi bibliop. Lipsiensis* 507. 4. Auctior hic liber prodiit sub seq. titulo: *onsuetudines Electoratus Marchiæ Brandenbur- ensiæ collectæ & illustratæ Lips. sumtibus eiusd.* irossii 1617. f. Hasce consuetudines altera parte uctiores ex autographo auctoris propediem edi- urus est Vir Consultissimus CHRISTIANVS BE- IONI PAPE. Auctorem, eiusque scripta quod pectat, itemque controuersiam de quæstione, vtrum atuta sub SCHEPLIZII nomine edita DISTEL- EIERO sint tribuenda, nec ne? de his exposui commentatione de IOACH. SCHEPLZIO. (m) RHARDVS SCHEVBLINVS edidit (1) *Ord- ung der Erb-Fælle in der Marck Brandenb.* (2) *Arborem consanguinitatis & materiam successio- is ab intestato*, Ff. 1609. 4. pl. 1. (n) SAM. STRY- CKII

CKII *dissertatio de vidua nobili Marchica* prodiit FF. 1679. 4. Conf. dispp. eius Francofurtens. Vol. IV.

§. III.

Ad ICtos Marchiæ referuntur etiam (1) HENR. GOEDEN *consilia*, Budiss. 1575. f. De auctore hoc pluribus commentatur IVSTVS CHRIST. MOTSCHMANNVS in Erfordia litterata continuata p. 506. De obitu eius conf. LVTHERI colloquia mensalia p. 236. (2) FRID. PRVCKMANNI *opera iuridico-practica, seu responsa iuris Electoralis*, Fr. 1671. fol.

§. IV.

Inprimis huc pertinent ordinationes Serenissimorum Principum Electorum Brandenb. & Regum Prussiæ, quas dum Illustris MYLIVS collegit, egregie de Marchia, & omnibus illis, quibus tractandorum iurium cura incumbit, promeritus est. Prostat eius corpus constitutionum Marchicarum V Tomis constans, quibus vt reliqui propediem addantur, in votis optatisque habemus. Eminent in hisce constitutionibus

Höff- u. Land-Gerichts-Ordnung in der Alt-Mark de a. 1602. item de a. 1621 Parte II. a p. 71 ad p. 83 & a p. 91 ad p. 103. (2) *Quartal-Gerichts-Ordnung in der Alten-Marck* de a. 1602. & 1621. ibid. p. 83. & 103 seqq. (3) *Ordnung u. Constit. wie es mit den Verlöbnissen, Hochzeiten, Kindelbieren, Begræbnissen, u. a. Gelagen der Bauersleute auf den Dörfern der Alt-Mark u. Prignitz auch Mittel-Mark, ingl. der Gr. Rupin geb. werden soll*, de a. 1655. insert. P. V. p. 8.

Vckermærkische Quartal-Gerichts-Ordnung, de

a. 1585.

1585. apud MYLIVM in corpore constitut. Marchic. arte II. p. 59. (2) *Allergn. Declaration, daß das kermærck. Quartal-Gericht, nunmehro den Nahen eines Ober-Gerichts führen soll.* ap. MYLIVM c. p. 816.

Neumærkische Cammer- u. Hoff-Gerichts-Ordnung, a. 1561. it. *der Neumærkischen Cammer- u. Hoff-erichts-Ræthe, Canzeley- u. Tax-Ordnung, de dicto a.* pud MYLIVM in corpore Constitutionum Marnicarum Parte II. a p. 35. vsque ad p. 53. (2) *Neumærkische Cammer-Gerichts-Ordnung, de a. 1646.* id. p. 123 sqq. (3) *Neumærkische verbesserte Cammer-Gerichts-Ordnung, de a.* 1700. ibid. p. 219 seqq. ddimus hisce, quæ primo loco poni debebat camerae illustris, quæ Berolini est, ordinationem, quæ corpori MYLIANO inserta & seorsim impressa rostat, Berol. 1709. f. Titulus hic est: *S. K. M. Preussen neu-verfaßte Cammer-Gerichts-Ordung in Dero Chur- u. Mark Brandenburg,* Alph. 3. l. 6. Quibus gallicanæ genti a Serenissimis Eletoribus clementissime prospectum fuit, edicta huc ertinentia apud MYLIVM legas.

§. IV.

Hisce subiungo, quæ omnino ad iura statutaria eferuntur, ordinationes & statuta (a) *Marchionum* OHANNIS OTTONIS & CONRADI *literæ, uibus ciuitati Primislauiæ donant ius Magdeurgense, de a. 1278.* (b) OTTONIS & CONRADI *March. literæ, quibus dictæ ciuitati denuo donant ius Magdeb. de a. 1292.* (c) LVDOVICI *March. Brand. confirmatio iuris Magdeburgensis, reliquorumque Priuilegiorum de a. 1324.* (d) *Marggr.* OTTEN *Brief, darinnen er der Stadt Prenzlau die Orbede u. Gerichte vor 1300 Marck verpfændet, de a. 1370.*

a. 1370. (e) *Vertrag zwischen dem Rath zu Prenzlo u. zu Pasewalck das Erbe zu nehmen u. zu geben den zehnden Pfennig* 1476. (f) *Marggr.* IOHANNS *von Br. Verordnung, wie die Gerade abgethan, u. die Erbschichtungen sollen gehalten werden, de a.* 1486.

§. V.

Ad ius ecclesiasticum præter ordinationem Dñi IO. GEORGII consistorialem, cuius supra fecimus mentionem, referuntur (1) IO. BRVNNEMANNI *ius ecclesiasticum a* SAM. STRYKIO *editum*, Ff. & Lipſ. 1681. Witt. 1609. 1707. 1721. 4. (2) FRANC. IVL. LÜTKENS *Præiudicia Consistorialia* MSC. quæ regio iussu exarata dicit *IOACH. ERN. BERGERVS in delineatione scriptorum Marchiæ Brand.* p. 20. (3) IO. PORST *Auszug aus den vornehmsten Königl. Preuss. Edicten u. Verordnungen, die etwa einem Inspectori, Prediger, Candidaten, u. andern zu wissen nöthig seyn möchten*, Berl. 1727. 4. pl. 21. (4) *Königl. Preuss. Euangelisch-Reformirte Inspections-Presbyterial-Classical-Gymnasien und Schul-Ordnung, ingl. Prediger Bestallungs-Puncte, nebst den 3 Confessionen*, Berl. 1714. 4. pl. 14½.

§. VI.

